EPITOME

DOCTRINÆ MORALIS,

Ex decem libris Ethicorum *Aristotelis* ad *Nicomachum* collecta, pro Academia

ARGENTINENSI,

PER

THEOPHILUM GOLIUM.

Adjectus est ad calcem aureus ejusdem *Aristotelis* libellus

Περὶ ἀρετῆς καὶ κακιῶν,

hoc est,

De VIRTUTIBUS & VITIIS,

Simone Grynæo Interprete.

Editio cæteris aliquantulùm auctior atque longè emendatior.

CANTABRIGIÆ:

Apud *Thom.* & *Joan. Buck*, ac *Rog. Daniel*, celeberrimæ Academiæ Typographos.

MDCXXXIIII.

Generoso Domino, D. GUNDACCARO BARONI A' TANBERG,

Domino in *Auroltzmiinster*, & *Offenberg*, &c.

THEOPHILUS GOLIUS
S. P. D.

QVi in Sapientiæ ſtudio primas illi parti tribuendas eſſe exiſtimant, quæ de hominis vita moribúſque agit: iſti & ſentire præclaré, & verè judicare videntur. Etenim ſi quæ ità neceſſaria, ut carere iis nequeamus, ſunt excolenda: Quis non huic Scientiæ palmam daret, niſi illud qui ignorat, Sine prudentia, juſtitia, cæteriſq; virtutibus, nec hominum olim cœtus inſtituì potuiſſe, nec inſtitutos adhuc hodie ſervari? Si quò quidq; finem nobiliorem propoſitum habet, eò & ipſum nobilius atque illuſtrius cenſetur: ecqua cum morum hac in arenam deſcendere diſciplina audet, cui felicitas, & ſummum hominis bonum

propoſitum eſt; Quo ignorato, *ut præclarè quodam in loco Cicero ſcribit*, vivendi ratio omnis ignoratur, errórq; tantus conſequitur, ut, quem ſeſe in portum homines recipiant, ſcire minimè queant; nec vel vitæ viam, vel officiorum conformationē ullam teneant? *Siqua ejuſmodi ſunt, ut ſine his reliqua, quæ in bonis numerantur, uſum ſui aut nullum, aut perverſum præbeant: Quis non in Ethicorum caſtris lubens mereret, qui, quonam pacto & ſeipſum & alia rectè nôſſe, atque uſurpare homo poſſit, ſoli docent; ità quidem, ut, niſi quis ab horum præceptis inſtructus paratúſque fuerit, illis omnibus haud ſecùs atque ſtricto furens gladio, ínque cùm ſuam tum aliorum perniciem utatur?*

Verùm Facilè, *ut ille ait*, merx proba emptorem reperit: *ut nec iſtud in controverſiam venit, quonam potiſſimùm ex autore illa diſcenda ſint. Eſt hæc Socrati à veteribus laus tributa, quòd hanc Philoſophiæ partem primus è cœlo deductam privatas ſubire domos coëgerit. Et notum illud apud Ciceronem Varronis de eodem judicium eſt, quòd primus à rebus occultis, & à natura ipſa involutis, in quibus omnes ante eum Philoſophi occupati fuerunt, ad vitam communem Philoſophiam adduxerit: cùm de rebus bonis ac vitiis, omninóque de rebus bonis ac malis quæreret. Sunt qui plurimum hac in re Pythagoræ, Simmiæ, Thebano Cebetì, aliis tribuunt. Illud interim nemo, opinor, negabit, Ariſtotelem, ut in pleriſque*

omnibus,

omnibus, ità hac quoque Philoſophiæ parte, præceptore ſuo Platone, cæteríſque, ſi non inventione, ſaltem docendi viâ atque ratione ſuperiorem extitiſſe: planè, plenè, perſpicuè omnia tradidiſſe ea, quæ ad ſingulorum hominum mores ritè informandos, & ad rem cùm familiarem gubernandam, tum capeſſendam publicam utilia, atque neceſſaria eſſe videntur.

Itaque laudandum cum primis Senatûs Academici apud nos eſt inſtitutum: qui μέθοδον, & docendi rationem, à clariſſimo illo viro, communíq; noſtro præceptore, D. Joanne Sturmio *præſcriptam ſecutus, fontes tradi ipſos in artibus, atque ſcientiis, ſed non negligi interim εἰσαγωγὰς & compendia cupit: hócque in mandatis mihi dedit, ut ea præcepta morum, quæ ab Ariſtotele ad filium ſuum Nicomachum decem libris ſcripta ſunt fuſiús, & à me hactenus in ſcholis noſtris explicata, paucis comprehenderem.*

Etſi enim Compendia hodie à nonnullis appellentur Diſpendia, & fiant, atque ſint revera talia; cùm his contenta, inaníque ὀιήσει ac perſuaſione inflata juventus, de ſolidæ eruditionis paranda ſupellectili curam, cogitationémque omnem abjicit; ſæpe quoque eorundem cùm varietate, tum copiâ, magìs ſeſe impedit, quàm expedit: tamen non propterea hæc damnanda, atque rejicienda prorſus ſunt, cùm ad diſcendum adoleſcentes acuant, atq; excuſcitent, memoriam juvent, tyrones viæ ignaros quaſi manu ad fontes ducant, maximè ſi ab iiſ-

dem præceptis, verbis, docendique ratione non procul abfuerint. Quæ quidem in hac Epitome textum Aristotelicum secutus observare conatus sum: utrùm verò præstiterim, nécne, judicabunt ii, qui in hoc genere studii versati sunt; dexterè quoque judicare & volunt, & possunt. Institutum certè hac in re illud meum fuit, Senatûs nostri Academici voluntati ac mandato satisfacere, juventutis doctrinæ morum cupidæ commoda provehere, eidem occasionem præbere, ut majori cum utilitate, addo etiam voluptate, quæ sunt in libris illis decem ad Nicomachum ab Aristotele tradita, legant: indéque quasi à limpidissimo fonte, ad Politicæ finem Beatitudinem, ad virtutis cùm ortum tum definitionem, ad actionum fontes, ad virtutes in more rationéq; positas, ad amicitiæ genera varia, ad voluptates pertinentia hauriant.

Tuo verò, Generose D. Baro Gundaccare, nomini cur hanc à me conscriptam Epitomen in aliorum manus pervenire, & sic Tui memoriam apud nostros quodam modo perpetuam extare voluerim: sunt quæ me moverunt causæ plurimæ. Triennium jam in nostra Academia studiorum gratiâ commoraris, atque ità commoraris ut non modò in Tui amorem pellicias omnes eos, qui de ingeniis judicare aliquid possunt, sed & in ἐπισημασίαν, atque admirationem alios rapias. Non ventosa, ínque labiis solùm natans tibi sapientia placet: solidâ te instruere eruditione, ac doctrinâ conaris: veram DEI commendatam tibi cognitionem

onem habes: cum Juris illo ampliſſimo, auguſtiſſimóque ſtudio, diſſerendi, dicendíque facultate, antiquitatis ſcientia, Philoſophiam etiam conjungis: non quæ de vita ac moribus tradita ſunt negligis, verùm ex ſcholis partim publicis, partim privatis ſtudiis addiſcis. Id quod fateri neceſſe eſt omnes eos, qui vel in collocutionem tecum de re literaria venerunt, vel publicè de ejuſmodi materiis te ſubtiliter, acutè, eleganter, ornatéque diſſerentem, dicentémque audiverunt.

Intelligis nimirum ſolâ inani linguæ volubilitate, verborúmque profluentiâ, ac nugis canoris, neminem viris prudentibus atque doctis placere poſſe. Probas id quod optimus & ſentiendi & dicendi magiſter Cicero quodam in loco ſcribit: Nihil de religione, nihil de morte, nihil de pietate, nihil de charitate patriæ, nihil de rebus bonis aut malis, nihil de virtutibus aut vitiis, nihil de officio, nihil de dolore, nihil de voluptate, nihil de perturbationibus animi & erroribus, quæ ſæpe in cauſas cadunt, graviter, amplè, copiosè dici, & explicari ſine morali Philoſophia poſſe. *In mentem tibi Generoſus D. parens D.* Joannes Georgius *venit: qui, in vivis dum fuit, non ob generis ſolùm ſplendorem, ac virtutes eximias, verùm etiam eruditionem atq; doctrinam egregiam, charus omnibus extitit: pòst morte præmaturâ abreptus, triſte Sui apud eoſdem deſiderium reliquit. Ob oculos exemplum Fratris Generoſi D.* Joannis Henrici *verſatur, qui,*

quamdiu licuit, in ſtudiis totus fuit: nec adhuc voluptatem ulla ex re alia majorem, quàm literis, literatorúmque converſatione percipit. Pleno te gradu ingreſſum, accurrentem magìs magíſque incitat, is cujus & tecto, & mensâ, & inſtitutione triennium jam uteris, clariſſimus vir Melchior Junius, *Academiæ noſtræ Rector, & Eloquentiæ Profeſſor: qui illud ſæpe inculcat, quod prudentes aſſerunt, & tu tuâ ſponte verum eſſe credis, Rem eſſe quidem præclaram, inſigni, nobilíq; natum familiâ eſſe; ſed nec ſtemmata prodeſſe, nec fumoſas majorum imagines conducere, ſi malè aut inſcitè vivatur: neque plura diſcenda, tenendáque quàm iis eſſe, quorum doctrina atque eruditio pluribus ſit præfutura. Memor & voluntatis olim paternæ, & admonitionum nobiliſſimorum Tuíque amantiſſimorum tutorum,* D. Gundaccari Taimeri *in* Mulheim *ac* Hagenaw, & D. Henrici *à* Taufkirchen, *&c. expectationis ſuſcitatæ, & ingenii, cæterorúmq; donorum, quæ in te DEUS OPT. MAX. contulit, facis quod facis. Ità ſtudes, ut exemplo præeas bono etiam inferioris ordinis atque conditionis adoleſcentibus, qui ſtudiorum causâ apud nos verſantur: magnum aliquando in te præſidium Patria, ornamentũ Familia, decus Reſpublica hæc literaria eſt habitura. Ità vivis ut, quæ tractas ſtudia, moribus exprimas: nemo bonus ac erectis generoſíſque favens ingeniis reperiatur, qui non votis atque ominibus ſecundis vitam, ſtudia, actionéſq; tuas cunctas*

proſe-

prosequatur. Me profectò hæc, aliáque plura, quæ lubens latere nunc patior, moverunt: ut, cùm aliâ ratione meam in te testatam facere observantiam non possem, hanc Moralis doctrinæ Epitomen, tuo dicatam nomini, lucem adspicere vellem. Quod meum factum boni ut consulas, solitâque cùm me, tum Academiam nostram hanc totam benevolentiâ complectaris, etiam atq; etiam rogo. Vale. Argentorati *Calend.* Septemb. *Anno recuperatæ per* CHRISTUM *salutis,*

M D XCII.

¶ Ad studiosos Adolescentes,

De Compendio Ethico clarissimi viri

THEOPHILI GOLII

senioris Νηθετικόν.

ARdua quid possit virtus, quem præbeat usum
Doctrinæ morum pagina culta Sophῶn;
En bene contractum liquidis de fontibus omne,
GOLIUS optata nunc brevitate docet:
GOLIUS ille bonus morum formator, honesti
Custos, Pierii gloria rara chori.
Discite, felices juvenes: jam discite, quid sit
Utile, quid Rectum, quod Probitatis iter.
Sic facili radix vitiorum evulsa labore,
Causa minùs sortis deterioris erit.

ALIUD.

Τρηχὺς μὲν ζαθέης ἀρετῆς ὁδός· αὐτὰρ ἐκείνης
Ἴχνια σοὶ δείξει ΓΩΛΙΟΣ ἀπλανέα.

Philippus Glaserus J.V.D.
Profess. Histor. *Argent.* F.

¶ CLARISSIMO VIRO D. M. THEOPH. GOLIO

seniori, Professori Ethico, Præceptori suo.

Quàm tua sit studiis Juvenum solertia, Goli,
Utilis, & publicis commoda rebus eat:
Dicere si nolit schola patria; dicet abundè
Fama per Europæ jam tua nota plagas.
Testabuntur idem, ad Latias Graiásque Camœnas
Fecerunt primùm te duce quotquot iter.
Antea quæ spinis, & acutis aspera dumis
Semita erat, cura planior illa tua est.
Nunc etiam haud fessus, quamvis ætate senecta,
Procuras publicæ commoditatis opus.
Phœbicolis donas grata brevitate libellum,
Quo Stagireas non malè prodis opes:
Quale decus, monstrans, virtutis; qualis honesti
Splendor; quod vitæ prosperioris iter.
Macte, senex venerande, animo, curáque fideli:
Sic præsens, sic te postera turba canet.

M. Josephus Langius Cæsaremontanus.

AD EUNDEM.

Maximus ingenio, præstanti flumine mentis
Ille Stagirites, *quem stupet omne solum;*
Gnatum Nicomachum veluti bene moribus auxit,
Felix quò vitam transigat ipse suam:
Sic etiam sobolem quam Sturmius *ille beatus*
Progenuit, Goli, *moribus instituis.*
Denis namq; libris claris abstrusa resolvis,
Quotquot Aristotelis grande volumen habet.
Et fugienda bonis, faciendum quidque beatis,
Omne velut magnus Dædalus arte doces.
Hinc meritæ laudis tibi cuncti munia pandunt,
Quos fovet Ascræus, Pieriúsque chorus.
Hinc meritò ingenii vivet post funera virtus.
Dignum laude virum Musa perire vetat.

Sebastianus Prenner M. Bavarus.

QUÆSTIONES IN PROLEGOMENA Ethicorum ARISTOTELIS ad NICOMACHUM.

Quo nomine Doctrina Moralis à Græcis appellatur?



ARISTOTELES in libro ſecundo Ethicorum, cap. 1. ait hanc doctrinam à Græcis nominatam eſſe Ἠθικὴν, ἀπὸ τῆς ἔθους, *Ab aſſuefactione:* vel ἀπὸ τῆς ἠθῶν, *A moribus*, mutatâ vocali brevi ε in vocalem longam η. Quoniam per aſſuefactionem & conſuetudinem mores paulatim formantur & mutantur.

Quot modis vocabulum τῆς ἠθικῆς accipitur?

Vocabulum ETHICÆ duobus modis uſurpatur: vel enim *accipitur Generatim*, pro tota Philoſophia Practica; vel *Specialiter*, pro ea parte Philoſophiæ, quâ ſingulorum hominum mores & actiones ſecundum virtutem informantur.

Quot ſunt partes Philoſophiæ Practicæ?

Philoſophia Practica in tres partes diſtribuitur. Quarum Una ſpeciali nomine Ἠθικὴ appellatur: quâ oſtenditur, quodnam ſit officium viri boni. Altera vocatur Οἰκονομικὴ· quâ oſtenditur, quod ſit officium boni patrisfamiliâs. Tertia nominatur Πολιτικὴ· quâ traditur officium boni civis, & boni magiſtratûs.

Quid

Quid est Ethica?

ETHICA, ἡ ἠθικὴ, est doctrina seu præceptio de externis moribus & actionibus secundum virtutem ità instituendis: ut, quoad fieri possit, homo in hac civili vita bene beatéq; vivat. Cic. lib. 1 & 5 de Finibus, eam breviter definit, Quòd sit *Ars vivendi*; aut, *Doctrina bene vivendi.*

Quis est Scopus hujus Doctrinæ?

Scopus hujus doctrinæ est, tradere præcepta rectè & secundum virtutem vivendi: & ostendere quid in actionibus sit honestum, vel turpe; quid naturæ hominis conveniens, aut repugnans.

Quis est Finis hujus Doctrinæ?

Finis hujus doctrinæ est: ut homines his præceptis obtemperantes, in hac civili societate bene beatéq; inter se vivere possint.

Quod est Objectum hujus Doctrinæ?

Objectum circa quod hæc doctrina versatur, sunt mores & actiones totius vitæ humanæ secundum virtutem conformandæ.

Quæ est Utilitas hujus Doctrinæ?

Etsi hæc doctrina de vita rectè instituenda, & de ratione consequendæ Beatitudinis, admodum sit imperfecta, si ad normam Christianæ Ethicæ, hoc est, sacrarum literarum examinetur: tamen permagna & multiplex est ejus *Utilitas* in vita civili; adeò ut Cic. in lib. 3 Offic. scribat, *Nullum esse in Philosophia locum feraciorem, nec uberiorem, quàm hunc, qui est de officiis: à quibus constanter honestéque vivendi præcepta ducuntur.*

Quæ sunt ergò Præcipuæ Utilitates hujus Doctrinæ?

Tres. Quarum *Prima utilis* est homini *Quoad seipsum*, ut indè cognoscat, quid naturæ, præstantiæ, atq; excellentiæ hominis maximè sit conveniens, aut repugnans; & hoc modo discat id, quod, ut Cicero ait, difficillimum est, ΓΝΩΘΙ ΣΕΑΥΤΟ'Ν, Seipsum Nosse.

Quæ est Altera utilitas?

Deinde, Utilis est hæc doctrina homini *Quoad alios*, cum

cum quibus vivit, & conversatur. Ostendit enim quodnam sit officium viri boni erga alios, tam in privata & quotidiana conversatione, quàm in publica & civili vita: quibus nimirum officiis vinculum civilis societatis sit conservandum.

Quæ est Tertia utilitas?

Tertiò, Habet hæc doctrina etiam peculiares quasdam utilitates *In aliis scientiis & facultatibus:* veluti in *Theologia*, in explicatione secundæ tabulæ Decalogi. Præsertim verò in *Jurisprudentia:* continet enim fontes, & primas demonstrationes juris atque legum. Eam ob causam *Cic.* in lib. 1 de Legib. inquit, *Juris disciplinã non à Prætoris edicto, neque à XII Tabulis, sed penitus ex intima Philosophia hauriendam esse, eámque ab hominis natura repetendam: & qui aliter jus civile tradunt, eos non tam justitiæ, quàm litigandi tradere vias.*

Existimásne hanc partem Philosophiæ, ab Ethnico Philosopho traditam, posse in Scholis Christianorum utiliter retineri, & explicari?

Maximé. Etsi enim rectè vivendi præcepta puriùs & salubriùs hauriantur ex fontibus Israël, hoc est, ex sacris literis: nihilominus tamen possunt etiam hæc Ethnicorum Philosophorum præcepta utiliter retineri: eâ videlicet conditione, ut divina seu Christiana Ethica, tanquam domina præluceat, & præcedat; hæc autem profana & Philosophica Ethica, tanquam famula & ministra subsequatur, ac illius lumine regatur.

Sintne hi decem libri, qui in Scholis explicantur, ab ipso Aristotele conscripti?

Etiamsi Cicero in libro quinto de Finibus videatur apertè affirmare, hos libros non ab ipso Aristotele, sed ejus filio Nicomacho fuisse conscriptos: tamen non solùm ipsa inventio, methodus, ἐργασία, φράσις, ac probandi ratio repræsentant Aristotelicum ingenium & acumen; verùm etiam ipse Aristoteles videtur hos libros pro suis agnoscere. Nam & in aliis suis scriptis etiam istorum librorum mentionem facit: & in his ipsis libris lectorem remittit

lectorem remittit ad posteriora *Analytica*: denique in fine hos libros connectit cum *Politicis*; quos ab ipso Aristotele conscriptos esse, extra controversiam est. De his consule lib. 2. cap. 1. lib. 7. *Pol.* cap. 1. lib. 1. *Metaph.* cap. 1. lib. 5. *Eth.* cap. 2. lib. 6. *Eth.* cap. 2.

Quare igitur inscribuntur Ethica Nicomachia, si non sunt à Nicomacho conscripta?

Hoc factum est ad differentiam reliquorum duorum voluminum, quæ inter opera Aristotelis recensentur; in quibus idem argumentum tractatur: quorum unum continet octo libros, qui appellantur *Ethica Eudemia*: alterum continet duos libros, qui dicuntur *Magna Moralia*. Hi autem inscribuntur *Nicomachia*, quia ab Aristotele scripti sunt ad filium Nicomachum.

Quod est argumentum horum librorum?

Argumentum horum librorum ex ipsa inscriptione, seu titulo facilè intelligitur. Inscribuntur enim ἠθικά· quia in illis agitur περὶ τῶν ἠθῶν, *de moribus*, & virtutibus moralibus, earúmque actionibus.

Quot sunt præcipua capita omnium eorum, quæ in his libris explicantur?

Aristoteles in postremo libro, capite sexto, & nono, totam hanc doctrinam restringit ad quatuor capita. Quorum Primum est de BEATITUDINE, & felicitate Politica seu Civili, tanquam Fine hujus doctrinæ: De hac autem agitur in toto primo libro, & in fine postremi libri. Alterum caput est de VIRTUTE, tanquam Causa Efficiente Beatitudinis: de hac agitur à secundo libro, usquè ad undecimum caput septimi libri. Tertium caput est de AMICITIA, quæ virtuti admodum est similis: de ea agitur in octavo & nono libro. Quartum caput est de VOLUPTATE, quæ est individua Comes & socia Beatitudinis: de hac agitur partim in fine septimi, partim in principio decimi libri.

Quâ

Quâ autem methodo utitur in horum omnium explicationes?

Methodo ἀναλυτικῇ. Nam initium facit à Fine hujus doctrinæ, tanquam à toto, nempe à Beatitudine: atque hunc Finem proponit primùm per Definitionem; deinde per ἀνάλυσιν omnes partes Definitionis examinat, investigando causas, modos, & rationes, quibus iste Finis possit ab homine comparari. Tandem rursus in hoc ipso toto, hoc est, in Beatitudine hanc doctrinam claudit: ità ut ipsa ἐργασία, *tractatio*, sit quodammodo κυκλοειδής, *circularis*, & proinde perfecta.

LIBER I.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes primi libri?

IN primo libro Aristoteles agit de Fine Doctrinæ Moralis, qui vocatur BEATITUDO, seu felicitas Civilis. Dividitur in tres partes: in προοίμιον, *Exordium*; ἔκθεσιν, *Expositionem*; & in ἐπίλογον, *Conclusionem*.

Quid agit in Exordio?

Exordium continetur tribus primis capitibus: in quibus hæc tria explicantur. Primùm, *An sit ultimus aliquis finis actionum humanarum*. Deinde, *Quâ methodo & ratione hic finis sit explicandus*. Tertiò, *De idoneo auditore hujus doctrinæ*.

Quid agit in altera parte hujus libri?

A quarto capite usquè ad postremum caput continetur *Explicatio* ultimi finis hujus doctrinæ: Nempe, *Quod sit ejus nomen: Quæ hominum de eo opiniones: Quæ ejus Definitio, tam Nominis, quàm Rei: Quæ ejus Causa Efficiens: Quale denique bonum.*

Quid

Quid in Epilogo agit?

In postremo capite hujus libri claudit quæstionem de *Ultimo Fine:* &, præmissâ duplici *divisione*, unâ, *Animi humani*, qui est subjectum virtutum; alterâ, ipsius *Virtutis:* aditum sibi facit ad Virtutum explicationem.

CAPUT I.

Quare Aristoteles auspicatur Doctrinam Moralem à quæstione de Fine?

QVia doctrina hæc est *Practica*, hoc est, referenda est ad actionem: *Finis* autem in omni actione præcipuè consideratur; utpote à quo actio ipsa informatur, æstimatur, & denominatur. Præterea *Finis* in actionibus habet rationem principii, ut inquit *Aristoteles*, infrà lib. 6. cap. 5. αἱ ἀρχαὶ τῶν πρακτῶν τὸ οὗ ἕνεκα τὰ πρακτά, id est, *Principium in rebus gerendis est ipse Finis, cujus gratiâ actiones suscipiuntur.*

Estnè aliquis Finis rerum & actionum humanarum?

Πᾶσα τέχνη, καὶ πᾶσα μέθοδος.

Est: quod sic probo. *Quicquid* in omni arte, doctrina, seu docendi ratione, electione, & actione, præcipuè ab hominibus spectatur, & expetitur: illud necesse est esse in rebus humanis. Siquidem ejus quod non est, nulla potest esse expetitio: quemadmodum etiam vulgò dicitur, *Ignoti nulla cupido. Sed Finis*, tanquam bonum quoddam, in omni arte, doctrinâ, seu docendi ratione, electione, & actione expetitur. *Igitur* necesse est esse *Finem* aliquem in rebus humanis. *Minor* probatur ex utriusque, nempe BONI & FINIS, definitione. BONUM enim definitur esse *id, quod omnia expetunt.* FINIS autem est, ut Aristot. inquit in lib. 2. Post. cap. 9. *Bonum quoddam, cujus gratiâ aliquid fit, vel à natura, vel ab arte.*

Estnè tantùm unus, an verò sunt plures Fines rerum humanarum?

Quia plures & diversæ sunt res, actiones, artes, atq; scientiæ;

tiæ; quarum ſingulæ habent ſuos proprios fines: ideo etiam neceſſe eſt, plures & diverſos eſſe fines in rebus humanis.

Quæ eſt finium differentia?

Διαφορὰ δὲ τῶν φαίνεται τῶν τελῶν.

Primùm, Fines alii dicuntur ἐνέργειαι, qui in ſola operatione conquieſcunt & terminantur; ut eſt contemplatio, meditatio, deambulatio: Alii dicuntur ἔργα, id eſt, opera, quæ ex operatione ſunt effecta; ut domus eſt opus architecti, olla eſt opus figuli.

Deinde, Fines alii ſunt *Ultimi*, qui vocabulo metaphorico *Architectonici* nominantur, quia inſtar architecti gubernant totam actionem: alii ſunt *Intermedii*, per quos ad ultimum finem pervenitur.

Qui fines ex his ſunt præſtantiores?

Primùm, τὰ ἔργα ſunt præſtantiora ipſis operationibus: in iis nimirum artibus, in quibus operationes propter opera ſuſcipiuntur. Deinde Ultimi fines ſemper ſunt præſtantiores finibus intermediis: quoniam illi propter ſe, hi autem propter illos expetuntur.

CAPUT II.

Eſtnè unus aliquis ultimus finis rerum & actionum humanarum?

Εἰ δὴ τέλος ἐστὶ τῶν πρακτῶν.

EST.

Quomodo ille definitur?

Ultimus finis eſt, qui propter ſe expetitur, & omnia propter illum. Atque ideo dicitur eſſe finis bonorum, & ſummum bonum. De hoc fine Cic. lib. 1. de Finibus, ait, *Quærimus hîc quid ſit extremum, quid ultimum bonorum: quod omnium Philoſophorum ſententiâ tale eſſe debet; ut ad omnia referri oporteat, ipſum autem nuſquam.*

Quare neceſſe eſt ſtatuere ultimum aliquem finem?

Quoniam, niſi talis aliquis eſſet finis, tum appetitus

humanus progrederetur in infinitum, ſemper unum bonum propter aliud expetendo: atque hoc modo redderetur irritus atque vanus; quia nihil haberet, in quo conquieſceret: & per conſequens, videretur fruſtra homini à natura eſſe datus. Quod eſt abſurdum: ſiquidem *Deus & Natura nihil faciunt fruſtra.*

Eſtnè hujus finis cognitio homini utilis?

Ἆρ' οὖν καὶ πρὸς τὸν βίον ἡ γνῶσις αὐτοῦ μεγάλην ἔχει ῥοπήν;

Cognitio ultimi finis magnum momentum habet ad vitam rectè inſtituendam. Eſt enim veluti ſcopus, ad quem homo ſuas actiones, atque adeò totam vitam debet dirigere. Ideo Cic. lib. 4. Academ. ait, *Omnis ratio vitæ definitione ſummi boni continetur.*

Ad quam ſcientiam propriè pertinet ultimi finis inquiſitio & explicatio?

Δόξειε δ' ἂν τῆς κυριωτάτης.

Ad Politicam: quæ quia eſt præſtantiſſima, ideo etiam meritò ad eam pertinet præſtantiſſimi finis inquiſitio & explicatio.

Quare Politica dicitur eſſe præſtantiſſima ſcientia?

Propter tres cauſas. Primùm, Quia Politica cæteris omnibus artibus & ſcientiis quodammodo præeſt; & præſcribit quatenus, & quomodo in civitatibus ſint tolerandæ & excolendæ. Deinde, Quia ſub ſe complectitur honoratiſſimas ſcientias, Oeconomicam dico, Rhetoricam, & Imperatoriam: quarum operâ & miniſterio in adminiſtratione Reipub. utitur. Tertiò, Quia omnium aliarum artium & ſcientiarum fines ad finem Politicæ ſcientiæ ſunt referendi. Non enim Politica tantùm conſiderat privatum unius aut alterius hominis, ſed commune & publicum omnium civium, imò totius alicujus vel civitatis, vel regni, vel nationis bonum.

CAPUT III, & IV.

Potéſtne hæc doctrina exquiſitis rationibus & demonſtrationibus explicari?

Λέγεται δ' ἐν ἐγκυκλίοις.

QUia in tradendis artibus & diſciplinis, omnis ratio docendi & probandi accommodanda eſt materiæ ſubjectæ;

ſubjectæ; hæc autem doctrina eſt tantùm rerum contingentium & probabilium: ideo non admittit accuratas & exquiſitas demonſtrationes; quemadmodum Mathematicæ ſcientiæ: ſed contenta eſt populari formâ docendi, & probabilibus argumentis atque rationibus, ex quotidiana vita deſumptis.

Quænam ſunt illa contingentia & probabilia, circa quæ hæc doctrina verſatur?

Sunt τὰ ἀγαθὰ τὰ καλὰ, καὶ τὰ δίκαια, h. e. bona honeſta, & in univerſum τὰ πρακτὰ, ea quæ in hac vita ſunt agenda. Quorum omnium, propter circumſtantias, & diverſa hominum judicia, tanta eſt varietas & incertitudo; ut quibuſdam videantur ſolùm conſuetudine, & hominum opinione, non autem ſuâ naturâ, talia eſſe: quorum tamen ſententia falſa eſt.

Quâ viâ, & quo ordine progrediendum eſt in hujus doctrinæ explicatione?

Duplex eſt πορεία, h. e. via & ratio tradendi artes & diſciplinas: una dicitur ἡ ἀπὸ τῶν ἀρχῶν ὁδὸς, id eſt, via quâ à principiis progredimur ad principiata, à ſimplicibus ad compoſita, à cauſis ad effecta, ab univerſalibus ad ſingularia: & omnino à prioribus & naturâ notioribus, ad poſteriora & nobis notiora. Atque hæc ratio docendi & probandi accommodata eſt diſciplinis & demonſtrationibus Mathematicis: quibus ſcientia comparatur. Altera via dicitur ἡ ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ὁδὸς, quâ contrario ordine, à poſterioribus ad priora, à compoſitis ad ſimplicia, à ſingularibus ad univerſalia progredimur. Atque hic ordo docendi & probandi in hac doctrina tenendus eſt.

Μὴ λανθανέτω ὑμᾶς. Cap. 4.

Quam ob rem?

Quia omnis doctrina & probatio debet fieri per notiora. Actiones autem, tanquam effectus virtutum, nobis ſunt notiores, quàm ipſæ virtutes; quia incurrunt in ſenſus: ideo ex illis virtutum natura eſt inveſtiganda, & cognoſcenda.

Quotuplicia sunt Notiora?

Duplicia: Alia enim dicuntur ἁπλῶς καὶ τῇ φύσει γνωριμώτερα, *Simpliciter*, & Naturæ notiora: cujusmodi sunt universalia, principia, & causæ rerum; quæ mente percipiuntur. Alia verò dicuntur γνωριμώτερα πρὸς ἡμᾶς, ἢ ἡμῖν, *Quoad nos*, seu nobis notiora: cujusmodi sunt singularia, composita, & causarum effectus; quæ à sensibus nostris primò percipiuntur.

Quare dicit juvenes non esse idoneos Ethicæ auditores?

Τῆς πολιτικῆς ἐκ ἔστιν οἰκεῖος ἀκροατής, ὁ νέος. Cap. 3.

Primùm, Quia destituti sunt usu & experientiâ rerum agendarum: ideóque non possunt de his præceptis rectè judicare. Deinde, Quia propter animi perturbationes & affectus, quibus agitantur & indulgent, non student ea, quæ hîc præcipiuntur, in usum transferre; & secundum ea, mores, actiones, & vitam suam instituere: propter quam causam etiam hæc doctrina redditur inutilis.

Num igitur simpliciter excludit ab hac doctrina omnes juvenes?

Διαφέρει δ' ἐνίοτε νέος τῷ ἡλικίαν, ἢ τὸ ἦθος νεαρός. Cap. 3.

Nequaquam: Sed tantùm eos, qui ingenio & moribus juvenilibus sunt præditi, etiamsi ætate & annis sint adulti. Reperiuntur enim etiam prudentes quidam juvenes: qui licèt paucos habeant annos, tamen ingenio & judicio propè senili sunt præditi.

In quibus igitur consistit officium auditoris Ethici?

Τὸν αὐτὸν ἢ τρόπον. Cap. 3.

In tribus. Primùm, Ut in hac doctrina non postulet exquisitas demonstrationes, sed contentus sit & acquiescat argumentis probabilibus. Est enim hominis imperiti & inepti, aliud genus probationis requirere, quàm materia ipsius artis patitur: veluti si quis ab Oratore velit exigere demonstrationes; aut in Mathematicis disciplinis acquiescere probabilibus argumentis.

Quod

Quod eſt alterum?

Ut de præceptis rerum agendarum, quæ hîc traduntur, rectè poſſit judicare. Quam ad rem requiritur uſus & experientia circa actiones civilium negotiorum: quibus comparatur rerum cognitio, & confirmatur judicium.

Quod eſt tertium?

Ut præcepta, quæ hîc traduntur, cupiat quoque transferre ad uſum, h. e. ſecundum illa mores, actiones, & vitam ſuam inſtituere: Quoniam hujus doctrinæ præcipuus ſcopus & finis eſt, ut ſecundum virtutem agentes & viventes, viri boni, & beati, atque felices in hac civili vita evadamus.

Qualis igitur debet eſſe idoneus hujus doctrinæ auditor?

Qui futurus eſt idoneus hujus doctrinæ auditor, debet ſecum adferre animum aliquo modo præparatum ad præcepta iſta utiliter percipienda. Διὸ δεῖ τοῖς ἔθεσιν ἦχθαι καλῶς. Cap. 4.

In quibus conſiſtit hæc præparatio?

In tribus. Primùm, Ut habeat notitiam honeſtorum & turpium; ac poſſit ea à ſe mutuò diſcernere. Deinde, Ut ſit amans honeſtatis, alienus autem à turpitudine. Tertiò, Ut cupiat bonis præceptis & admonitionibus obtemperare: facere nimirum ea, quæ honeſta & recta ſunt; quæ autem turpia & vitioſa ſunt, vitare. Qui hoc modo affectus eſt, is idoneus eſt Ethicæ auditor, eíque hæc præcepta plurimùm poterunt prodeſſe. Qui verò talis non eſt, is ab hac doctrina eſt arcendus: quoniam abſque fructu hæc præcepta audiet.

Quomodo hæc confirmat Ariſtoteles?

Autoritate, & teſtimonio Heſiodi: qui in lib. primo ἔργων, tria commemorat hominum genera. Unum eorum, qui ex ſeipſis non ſolùm intelligunt, ſed etiam cupiunt agere ea quæ ſunt recta & honeſta. Alterum eorum, qui licèt ex ſeipſis non intelligant quid rectum & Οὗτος μὲν πανάριστος. Cap. 4.

honeſtum ſit: tamen cùm ex aliis ea audiunt, ſtudent illis obtemperare. Tertium eorum, qui neque ex ſeipſis ſapiunt, neque bene monentibus cupiunt obtemperare. Quod genus hominum eſt planè inutile.

CAPUT IV, & V.

Quoniam in hac doctrina de ultimo fine, ſeu ſummo bono quæritur: quo nomine illud appellatur?

Ὄνομα μὲν οὖν σχεδὸν ἁπάντων τῶν πλείστων ὁμολογεῖται. Cap. 4.

OMnes ferè tam docti quàm indocti bonum illud nominant, εὐδαιμονίαν, hoc eſt, felicitatem ſeu beatitudinem: Nam τὸ εὐδαιμονεῖν, idem eſt quod τὸ εὖ ζῆν καὶ τὸ εὖ πράττειν, bene vivere & bene agere: εὐδαιμονία nihil aliud eſt, quàm εὐζωία καὶ εὐπραξία· quemadmodum etiam infrà cap. 8. Ariſtoteles indicat.

In qua re autem ſummum illud bonum, ſeu beatitudo hominis conſiſtit?

Περὶ δὲ τῆς εὐδαιμονίας, τίς ἐστιν, ἀμφισβητοῦσι. Cap. 4.

De hac quæſtione variæ ac diſcrepantes non ſolùm vulgi & imperitorum hominum, ſed etiam Philoſophorum & doctorum virorum fuerunt ſententiæ: adeò ut *Cicero* in libris de *Finibus* bonorum affirmet, de nulla quæſtione majorem, etiam inter ſummos viros, fuiſſe diſſenſionem, quàm de ea quâ quæritur, quænam res ſit hominis ſummum bonum. Et *Auguſtinus* lib. 19. *de civitate Dei* ſcribit, Varronem annotâſſe, ſuo tempore fuiſſe circiter ducentas octuaginta octo opiniones Philoſophorum de ſummo bono. Neque ſolùm diverſorum hominum diverſæ ſunt de ſummo bono opiniones; ſed etiam unus idémque homo non ſemper eodem modo de eo judicat & ſtatuit. Etenim in morbo, ſanitatem; in paupertate, divitias; in captivitate, libertatem; in exilio, patriam; in naufragio, portum; in bello & militia, prædam vel victoriam; in fame & ſiti, cibum & potum tanquam ſummum bonum expetit.

Sed

Sed quæ est præcipua causa, quòd adeò diversæ sint hominum de summo bono opiniones?

Hæc opinionum diversitas præcipuè proficiscitur ex diverso vitæ genere, quod homines sectantur: quorum unumquodque peculiarem & proprium finem sibi habet propositum, ad quem respicit. Quilque enim id putat esse bonum, propter quod amplexus est certum vitæ genus: veluti mercator lucrum & quæstum; miles prædam; literarum studiosus, doctrinam & eruditionem; Orator, eloquentiam; ambitiosus, honorem; agricola, fertilitatem agrorum: & sic de cæteris.

Τὸ γὰρ ἀγαθὸν καὶ τέλος εὐδαιμονίαν οὐκ ἀλόγως εἰσάγουσιν ἐν τῷ βίων ὑπολαμβάνειν. Cap. 5.

Quot sunt præcipua vitæ genera, quæ homines sectantur?

Aristoteles quatuor vitæ genera enumerat, quæ dicit esse præ cæteris μάλιστα πρόεχοντα, maximè conspicua. Quorum unum genus nominat ἀπολαυστικόν, voluptuarium, delicatum, & molle: eorum nimirum hominum, qui in voluptate summum bonum collocant; ideóque solùm voluptates sectantur; & cupiunt tantùm ἀπολαύειν frui voluptatibus & hujus mundi bonis: Qui sunt, ut Horatius ait, *Numerus, & fruges consumere nati*; solùm in curanda cute occupati: quorum Deus venter est; sempérque Epicureum illud in ore habent, *Ede, bibe, lude: post mortem nulla voluptas.*

Οἱ μὲν πολλοὶ καὶ φορτικώτατοι, ἡδονήν.

Quod est alterum genus?

Πολιτικὸν καὶ πρακτικόν, civile & actuosum: eorum hominum, qui honestatis, laudis, & gloriæ sunt studiosi, utiles ad juvandam & conservandam civilem societatem, in Reip. negotiis administrandis: ideóque etiam nominantur χαρίεντες, quasi gratiosi, elegantes, & politi. Horum alii summum bonum ponunt in honore: alii in virtute, quam comitatur honor, qui virtutis est præmium.

Οἱ δὲ χαρίεντες καὶ πρακτικοί, τιμήν.

Quod est tertium genus?

Τρίτος δ' ἐστὶν ὁ θεωρητικός,

Θεωρητικόν, contemplativum seu speculativum: eorum

videlicet hominum, qui amore veritatis flagrantes, totos se tradunt contemplationi & inquisitioni rerum tam divinarum quàm naturalium; conantúrque veritatem in profundum demersam iterum eruere, & in lucem producere. Atqui hi ponunt summum bonum in scientia & cognitione rerum, maximè verò in contemplatione BONI per se, quod Platonici Ideam bonorum nominant.

Quod est quartum genus?

Ὁ δὲ χρηματιστὴς, βίαιός πως ἄρα. — Χρηματιστικὸν καὶ φιλόκερδες, lucro & quæstui deditum: eorum scilicet hominum, qui omnes suas cogitationes, studia, & actiones eò dirigunt, ut possint opes atque divitias cumulare; in quibus ipsi suam felicitatem positam esse existimant.

Quid tibi de his opinionibus videtur?

Οἱ μὲν οὖν πολλοὶ παντελῶς ἀνδραποδώδεις φαίνονται. — Prima opinio, quæ est de voluptate, ejusmodi est, teste *Cicer.* in lib. 1. de *Fin.* ut nihil homine videatur indignius: siquidem eum Natura ad majora quàm ad voluptatem genuit. Magis autem ea convenit bestiis, quæ non ratione, sed sensuum judicio summum bonum æstimant. Hanc ob causam Aristoteles istorum opinionem, tanquam per se absurdam, non refutat argumentis & rationibus, sed potiùs eos reprehendit tanquam φορτικὲς, h. e. importunos, molestos, & ineptos homines, & ἀνδραποδώδεις, id est, mancipiis similes, eò quòd toti dediti sunt, & serviunt voluptatibus atque cupiditatibus suis.

Sed quare major ferè hominum pars hanc opinionem de voluptate approbat?

Hoc fit partim, quia voluptas naturæ est amica, grata sensibus, ac propè per omnes corporis partes diffusa: partim etiam, quia decipiuntur exemplo magnatum, regum, & principum, quorum aulæ & mensæ, omniáque reliqua studia & exercitia, solùm ad voluptates & delicias sunt comparata: quo nomine etiam homines solent eos, tanquam felices & beatos, admirari & prædicare.

Quid

Quid dicis de honore? Potéſtne in eo ſummum hominis bonum poni?

Nequaquam. Primùm, Quia ſummum bonum debet eſſe οἰκεῖον, h.e. proprium ejus qui illud poſſidet: Honor autem non eſt proprium bonum ejus cui defertur; quemadmodum dicitur, *Honor eſt honorantis & non honorati.* Deinde, Quia ſummum bonum eſt δυσαφαίρετον, h.e. difficulter poteſt auferri ab eo, qui illud eſt adeptus: Honor autem facilè iterum poteſt ab aliquo auferri; quoniam ſolùm pendet ex hominum voluntate, quæ eſt inconſtans, & in ſingulas horas poteſt mutari. Tertió, Quia ſummum bonum propter ſe expetitur: Honor autem non propter ſe, ſed propter opinionem virtutis expetitur; undè etiam dicitur eſſe præmium virtutis.

Φαίνεται δ' ὀπποτεροῦν εἶναι τὸ ζητούμενον.

Cur non in habitu virtutis collocari poteſt ſummum hominis bonum?

Quoniam talis habitus poteſt etiam eſſe in homine dormiente, vel otioſo, & nihil agente; item in miſero & calamitoſo, aut alio aliquo modo afflicto: talem autem nemo dixerit actu beatum & felicem eſſe.

Φαίνεται δ' ἀτελεστέρα καὶ αὐτή, ἤγουν ἡ ἀρετή.

Quid videtur tibi de eorum opinione, qui ſummum bonum collocant in divitiis?

Falſa eſt hæc opinio. Primùm, Quia abſurdum eſt, id ſummum bonum vocare, quod eſt violentum. Divitiæ autem dicuntur eſſe violentum bonum, non ſolùm quia plerunque violenter per fas & nefas cum aliorum injuria acquiruntur & poſſidentur: ſed etiam quia pleroſque homines reddunt violentos, petulantes, & contumelioſos adverſus alios. Deinde, Quia conſtat, ſummum bonum ſemper propter ſe, & nunquam propter aliud eſſe expetendum. Divitiæ autem, opes, & pecuniæ nunquam propter ſe ſunt expetendæ; ſed tantùm propter uſum, quem habent in vita humana; extra quem nè inter bona quidem ſunt numerandæ.

Ὁ δὲ χρηματιστής, βίαιός πως ὅτι καὶ ὁ πλοῦτος δῆλον ὅτι τὸ ζητούμενον ἀγαθόν.

CAPUT

CAPUT VI.

Quid sentis de postrema opinione eorum, qui hominis beatitudinem seu summum bonum collocant in contemplatione Ideæ bonorum?

Τὸ δὲ καθόλου βέλτιον ἴσως ἐπισκέψασθαι.

HUjus opinionis autores fuerunt Socrates & Plato: qui sicut omnium aliarum rerum singularium statuerunt universales Ideas; ità etiam omnium bonorum unam quandam communem finxerunt esse Ideam, sive formam essentialem, per se alicubi existentem, à qua omnia reliqua singularia bona habeant suam essentiam & notitiam: atque in hujus contemplatione dixerunt positam esse hominis beatitudinem. Quam opinionem Aristoteles in hoc capite aliquot argumentis impugnat.

Sed quia DEUS *est fons & causa omnium bonorum, atque adeò ipsissima Idea omnis boni, & summum bonum: an non rectè in ejus contemplatione & cognitione statuitur hominis beatitudo?*

Maximé. Nam etiam ipse Christus Servator noster Joan. 17. cap. idem affirmat, cùm ait, *Hæc est vita æterna, ut cognoscant te solum Verum* DEUM, *& quem misisti* JESUM CHRISTUM. Sed quia hunc verum DEUM patrem Domini nostri JESU CHRISTI Plato Philosophus Ethnicus ignoravit, non potest ejus opinio hoc modo defendi.

Quo nomine autem Aristoteles eam improbat?

Quia Plato videtur per Ideam bonorum intellexisse communem aliquam formam essentialem, extra DEUM seorsum alicubi per se existentem, ad cujus exemplar & imaginem omnia reliqua singularia bona sint creata.

Estnè autem talis aliqua Idea?

Nullam talem Ideam esse, probat Aristoteles quatuor argumentis.

Quod

Quod eſt primum argumentum?

Primum argumentum ſumitur ex dogmate Platonicorum: qui dicebant, ideo numerorum non poſſe dari communem Ideam, quia in illis eſt PRIUS & POSTERIUS. Hinc ergò ſic commentatur: *In quibus eſt prius & poſterius, eorum non poteſt eſſe communis Idea. Sed in bonis eſt & prius & poſterius. Ergò bonorum non poteſt dari communis Idea. Minor* declaratur. Quia *Bonum* eſt in *Subſtantia*, & in *Qualitate*, & in *Relatione: Subſtantia* autem ſemper eſt prior *Accidentibus*: & *id quod per ſe eſt*, prius eſt eo *quod ad aliud refertur.*

Οἱ γὰρ νομίσαντες τῶν δόξαν ταύτην, ὡς ἐποίουν ἰδέας ἐν οἷς τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔλεγον.

Dic alterum argumentum.

Quæ in diverſis ſunt Prædicamentis, eorum non eſt una communis Idea: quia non poſſunt habere idem genus in *Definitione. Bona autem ſunt in diverſis Prædicamentis. Ergò non omnium bonorum eſt una communis Idea. Minor* declaratur, Quia *Bonum* eſt in *Subſtantia*, ut DEUS, Mens: in *Qualitate*, ut Virtus, Ars, Sanitas: in *Quantitate*, ut Æquale, Mediocre: in *Relatione*, ut Utile: in *Actione*, ut Vivere, orare, ſcribere: in *Paſſione*, ut Erudiri, ſanari: & ſic de cæteris *Prædicamentis: Bonum* enim æquè latè patet ac ipſum ENS, quod per omnia *Prædicamenta* eſt diffuſum.

Ἐπὶ ἐπεὶ τἀγαθὸν ἰσαχῶς λέγεται τῷ ὄντι, δῆλον ὡς οὐκ ἂν εἴη κοινόν τι καθόλου καὶ ἕν.

Da tertium argumentum.

Quorum una & communis eſt Idea, eorum etiam una eſt ſcientia: quemadmodum inquit *Ariſtoteles* lib. 2. *Poſter.* cap. 2. τῶν ἑνὸς, ἢ ἕν, μία ἐπιστήμη. *Sed non omnium bonorum eſt una ſcientia. Ergò non omnium bonorum eſt una communis Idea. Minor* declaratur, Primùm enim, Bonorum, quæ ſunt in diverſis *Prædicamentis*, etiam diverſa eſt ſcientia: ut alia ſcientia eſt ejus boni, quod eſt in *Subſtantia:* alia ejus, quod eſt in *Qualitate*, aut in *Quantitate*, aut in cæteris *Prædicamentis.* Deinde etiam, Bonorum, quæ ſunt in eodem *Prædicamento*, diverſa eſt ſcientia: ut alia eſt ſcientia virtutis, alia ſanitatis, alia artis

Ἐπὶ ἐπεὶ τὴν αὐτὴν μίαν ἰδέαν, μία καὶ ἐπιστήμη· καὶ τὴν ἀγαθῶν ἁπάντων ἓν μία τις ἐπιστήμη.

Grammaticæ,

Grammaticæ, aut Arithmeticæ, aut Muſicæ, aut alicujus artis. Imò ſæpe ejuſdem boni, quatenus diversâ ratione conſideratur, etiam diverſa eſt ſcientia: ut mediocritatis diverſa eſt ſcientia in ſingulis virtutibus; diverſa in ratione victûs; diverſa in exercitiis, in laboribus, in ſtudiis, & aliis rebus atque actionibus.

Quod eſt quartum argumentum?

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, τί ποτε καὶ βέλονται λέγειν αὐτὰ τὰ εἴκασον.

Si Ideæ ſunt diverſum quid ab eo ſingulari ſeu individuo cujus ſunt Ideæ; tum neceſſe eſt, ut habeant quoque diverſam ab illis Definitionem. Sed Idearum non ſunt diverſæ Definitiones à ſuis ſingularibus, quarum Ideæ eſſe dicuntur. Ergò Ideæ non ſunt diverſum quid à ſuis ſingularibus: & per conſequens, inane eſt Idearum figmentum. *Minor* declaratur, quia hominis & Ideæ hominis, ἄνθρωπος καὶ αὐτοανθρώπου, eadem eſt Definitio: Sic menſæ aut lecti, & Ideæ menſæ vel lecti, eadem eſt Definitio.

At Plato Ideas ſtatuit eſſe ſempiternas; Res verò ſingulares, quarum ſunt Ideæ, caducas: igitur Ideæ, & Res quarum ſunt Ideæ, non poſſunt habere eaſdem Definitiones.

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ πᾶν ἀΐδιον εἶναι, μᾶλλον ἀγαθόν.

Negatur Conſequentia: Nam diſcrimen hoc tantùm eſt ratione temporis, quod eſt Accidens. Accidentia autem non poſſunt Definitiones ſive formas eſſentiales rerum mutare.

Sed videtur Plato tantùm eorum bonorum, quæ per ſe bona dicuntur, ſtatuere unam communem Ideam, ideóque malè ab Ariſtotele reprehendi, quaſi ſimpliciter omnium bonorum ſtatuerit unam Ideam.

Τοῖς δὲ λεχθεῖσιν ἀμφισβήτησίς τις ἂν φαίνεται.

Etiamſi hoc concedatur: tamen neque talium bonorum poteſt eſſe una communis Idea; ſiquidem eorum non eſt Definitio: Exempli gratiâ, *Virtutes, artes,* omnéſque earum ſpecies; item *religio, honor, libertas, ſanitas,* & ſimilia alia, ſunt quidem per ſe bona, non tamen habent eandem Definitionem, ideóque etiam non poteſt eorum eſſe una communis Idea.

Cùm

Cùm autem sint tam multa & varia bonorum genera. Quâ ratione fit, ut conveniant in nomine BONI, *si eorum non est una aliqua communis Idea?*

Hoc fit propter certam quandam ἀναλογίαν, id est, rationem & similitudinem, quâ id quod BONUM dicitur, affectum est erga illud, cujus BONUM esse dicitur: quatenus nimirum illud vel perficit, vel conservat, & propterea sui appetitum in animo excitat. Exempli gratiâ, *Virtus* & *doctrina* dicuntur esse BONUM animi, qua animum meliorem reddunt, & perficiunt. Sic *Sanitas*, *robur*, *pulchritudo*, *vigor sensuum*, dicuntur BONUM corporis, quia corpus in suo statu conservant.

Ἀλλὰ πῶς δὴ λέγεται; ἐ γὰρ ἔοικε πῶς γε ἀπὸ τύχης ὁμωνύμοις.

Quid si concedamus esse talem aliquam communem bonorum Ideam, qualem Platonici fingunt? Poteritne ideo in ejus contemplatione summum hominis bonum collocari?

Nullo modo. Primùm, Quia hîc quæritur ejusmodi bonum, quod hominis studio & industriâ agendo potest acquiri: Idea autem Boni Platonica non potest agendo comparari, cùm vix mente possit percipi. Deinde, Quia hîc quæritur felicitas seu beatitudo Politica & practica: quæ considerat singulare aliquod bonum, quod in actionibus, earúmque circumstantiis consistit. Idea autem Platonica nihil confert ad felicitatem Politicam: est enim Bonum universale ab actionibus remotum, in sola contemplatione consistens. Denique, Si Idearum consideratio & notitia hominibus utilis esset ad civiles actiones meliùs obeundas, aut ad opera suæ artis perfectiùs elaboranda, nequaquam ejus consideratio hactenus à tot viris sapientibus, & peritis artificibus fuisset neglecta: qui cùm reliquas artes, vitæ humanæ utilissimas, summo studio & magno labore invenerunt, & posteris suis tradiderunt; Idearum tamen contemplationem tanquam inutilem præterierunt.

Τάχα δέ τῳ δόξειεν ἂν βέλπιον εἶναι γνωρίζειν αὐτὸ πρὸς τὰ κτητὰ καὶ πρακτὰ τῆδ' ἀγαθῶν.

CAPUT

CAPUT VII.

Quomodo definis εὐδαιμονίαν, hoc est, felicitatem Politicam?

Πάλιν δ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ ζητούμενον ἀγαθόν, τί ποτ' ἂν εἴη.

ARistoteles duas in hoc capite ejus adfert descriptiones, aut definitiones: quarum una est τῆς ποιότητος, qualitatis; quâ ostenditur quale bonum sit ipsa felicitas: & nominatur ὁρισμὸς ἐννοηματικός. Altera est τῆς οὐσίας, ἢ τοῦ πράγματος, ipsius rei & essentiæ: & vocatur ὅρος οὐσιώδης.

Quæ est prior Definitio?

Εὐδαιμονία ἐστὶν ἀκρότατον, καὶ τελειότατον τῶν πρακτῶν ἀγαθόν, hoc est, Felicitas seu Beatitudo est ultimum sive extremum, & perfectissimum actionum humanarum bonum.

Quare dicitur ἀκρότατον ultimum sive extremum bonum?

Quia ejus gratiâ omnes omnia suscipiunt & agunt: & in eo omnia cætera bona concurrunt.

Quare dicitur esse τελειότατον, id est, perfectissimum bonum?

Primùm, Quia semper propter se, & nunquam propter aliud expetitur. Deinde, Quia est bonum αὐτάρκες, id est, seipso contentum. Complectitur enim simul omnia bona, quæ homo potest expetere. Tertiò, Quia beatitudo non potest accessione aliorum bonorum, ratione essentiæ suæ, melior & perfectior fieri: licèt per ejusmodi accessionem interdum reddatur splendidior, & magis expetenda.

Quotuplicia sunt bona?

Triplicia, ut est apud *Platonem* lib. 2. de *Repub.* & *Cic.* lib. 2. de *Invent.* Quædam enim sunt *Imperfecta*; quæ nunquam propter se, sed semper propter aliud aliquod commodum, quod in se habent, expetuntur: ut *pecuniæ, opes, & divitiæ.* Quædam sunt *Perfecta*, quæ partim propter

pter se, partim propter aliud expetuntur: ut *virtus, honor, sanitas, doctrina, voluptas*, &c. Quædam sunt *Perfectissima*, quæ semper propter se, nunquam autem propter aliud expetuntur: cujusmodi est ἡ εὐδαιμονία, felicitas, de qua hîc agitur.

Quid est αὐτάρκεια?

Αὐτάρκεια est affluentia & sufficiens copia omnium eorum bonorum, quæ ad vitam commodè degendam sunt necessaria. φαίνεται ἡ καὶ ἐν τῆς αὐταρκείας.

Quot modis ea consideratur?

Duobus modis: Vel enim αὐτάρκεια *Simpliciter & absolutè* consideratur; atque ea soli DEO tribuitur: qui solus verè est αὐτάρκης, id est, seipso contentus, nullâque aliâ re indigens: quemadmodum *Lucretius* scribit, Naturam divinam suis pollere opibus, nihil indigam nostrî: Vel consideratur *Comparatione* cæterorum bonorum: ac tale bonum est *Felicitas*, de qua hîc inquiritur.

Quomodo hæc αὐτάρκεια est æstimanda?

Quoniam *Non nobis solùm nati sumus*, ut Plato scribit, *sed etiam ortûs nostri partem aliquam sibi vendicat patria, partem parentes, partem cæteri qui ad nos pertinent:* Ideo αὐτάρκεια illa non ex nostra solùm persona æstimanda est; sed etiam eorum quibus vel lege naturæ, vel ratione officii in civili societate tenemur benefacere: quales sunt parentes, liberi, conjuges, fratres, propinqui, domestici, & cives. Quam ob causam homo dicitur τῇ φύσει εἶναι ζῶον πολιτικόν, καὶ κοινωνικόν. Sed tamen etiam in hac parte modus tenendus est, nè αὐτάρκεια in infinitum extendatur, & hoc modo cupiditas in immensum excrescat. Ἀλλ' ἴσως τιὼ μὲν εὐδαιμονίαν τὸ ἀειστον λέγειν, ὁμολογέμενόν τι φαίνεται.

Quæ est altera Definitio felicitatis, quam dixisti ἐσιώδη substantialem?

Εὐδαιμονία ἐστὶν ἐνέργεια ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν ἀρίστην καὶ τελειοτάτην, ἐν βίῳ τελείῳ. Beatitudo est operatio seu functio animi rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam, in vita perfecta.

Expli-

Explica hanc definitionem secundum ejus partes.

Genus in hac Definitione est ἐνέργεια, operatio seu functio. *Differentiæ* sunt tres: Prima est *causæ Efficientis*, unde operatio illa proficiscitur: nempe ab animo rationali. Altera est *causæ Formalis:* nempe quòd dicitur esse operatio secundum virtutem præstantissimam & perfectissimam. Tertia differentia sumitur *à circumstantia temporis*, nimirum in vita perfecta.

Quare beatitudo definitur τῇ ἐνεργείᾳ, operatione seu functione?

Ὥσπερ γὰρ αὐλητῇ καὶ ἀγαλματοποιῷ ἐν τῷ ἔργῳ δοκεῖ τὸ ἀγαθὸν εἶναι, καὶ τὸ εὖ.

Quoniam uniuscujusque rei bonitas & perfectio præcipuè ex ejus operatione & opere æstimatur: si nimirum potest munere suo, ad quod condita est, rectè fungi. Ideo beatitudo, quæ est hominis bonum & perfectio, rectè ex propria ejus operatione, proprióque opere definitur.

Quo pacto id probas?

Inductione. Nam si omnes res ad certum aliquod opus & munus sunt conditæ; si faber, si sutor, si textor, & quilibet alius artifex habet proprium aliquod opus, quod efficere debet; si denique oculi, aures, manus, pedes, omniáque membra corporis propriam habent functionem: Certè etiam homini, quatenus homo est, propriam actionem, propriúmque munus attribuere oportet.

Quænam est illa propria functio, seu actio hominis?

Id ex tribus differentiis, quæ in Definitione Generi sunt adjectæ, intelligi potest. Dicitur enim quòd sit *operatio animi rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam, in vita perfecta.*

Τί γὰρ δὴ τοῦτ' ἂν εἴη.

Quare beatitudo dicitur esse functio animi rationalis?

Primùm, Quia beatitudo non est bonum corporis, sed animi:

animi: Deinde, Quia reliquæ potentiæ seu facultates animi, videlicet vegetativa & sentiens, communes sunt homini partim cum plantis & stirpibus, partim cum brutis animalibus. Hoc autem loco agitur de proprio bono hominis: ideo non potest illud considerari nisi secundum propriam potentiam animi humani; ea autem est rationalis. Sed hæc potentia rursum est duplex: vel enim ex seipsa rationem habet, & intelligentiâ est prædita, ut MENS, cujus ἐνέργεια nominatur θεωρία contemplatio: vel ex seipsa quidem rationem non habet, potest tamen rationi obedire, ut APPETITUS; cujus ἐνέργεια dicitur πρᾶξις actio. Utriusque partis operatio hîc est intelligenda. Unde etiam infrà duplicem hominis beatitudinem facit: unam θεωρητικὴν, contemplativam; alteram πρακτικὴν, activam.

Quare autem beatitudo dicitur operatio secundum virtutem perfectam?

Hæc differentia est εἰδοποιός, specifica; quâ hæc ἐνέργεια separatur ab omnibus aliis actionibus, quæ non ex virtute proficiscuntur: plurimùm enim differunt, AGERE, & SECUNDUM VIRTUTEM AGERE: Illud enim est cujusvis hominis; hoc verò est tantùm viri boni, & virtute prædíti. Etenim quia beatitudo est summum bonum hominis, ideo non qualibet actione seu functione definitur; sed tantùm eâ, quæ virtute perficitur.

Τὸ δ' αὐτόν φαμεν ἔργον εἶναι τῷ γένει τῷδε, καὶ τῷδε ἁπλῶς.

Quam autem optimam & perfectissimam virtutem intelligis?

Quidam hoc loco intelligunt *Prudentiam*: quia eâ in singulis virtutibus ostendit rectam rationem, & mediocritatem, quæ in omnibus virtutum actionibus est observanda: propter hanc causam etiam *Plato* Prudentiam in lib. 3. de *Legibus* Principem omnium virtutum nominat: Et *Crito Pythagorêus* eam Ducem & matrem omnium virtutum appellat. De cujus dignitate & præstantia infrà lib. 6. cap. 12. prolixiùs agitur. Aliqui verò intelligunt *Justitiam universalem*, quæ sub se complectitur omnes alias virtutes:

tes: ut infrà lib. 5. cap. 1. oſtenditur. Poteſt tamen per virtutem perfectam hoc loco intelligi quævis virtus in ſummo gradu: quæ longo uſu & crebris actionibus in animo hominis eſt confirmata.

Cur additur, In vita perfecta?

Ἐπὶ δ' ἐν βίῳ τελείῳ.

Quia ad veram beatitudinem requiritur, non ſolùm diuturnitas quædam temporis; ſed etiam conſtantia, & perſeverantia in actionibus virtutum: nè fiat aliqua interruptio per turpes actiones, & ſcelera; quibus iſta civilis felicitas inquinatur, & labefactatur.

Quo pacto Ariſtoteles hoc declarat?

Μία γὰρ χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ, οὐδὲ μία ἡμέρα.

Similitudine deſumptâ à communi proverbio: Quemadmodum *Una hirundo non facit ver, nec una dies:* ità nec una aut altera actio ſecundum virtutem, aut breve aliquod tempus, facit beatum; ſed oportet ſtudium & actiones virtutum per omnem vitam continuare, nihilque de iis remittere. De qua re *Cicer.* lib. 2. de *Finibus* ſic ſcribit, *Neque enim in aliqua parte, ſed in perpetuitate temporis vita beata duci ſolet: neque appellatur omnino vita, niſi confecta & abſoluta: neque poteſt quiſquam aliàs beatus eſſe, aliàs miſer.*

CAPUT VIII.

Conſentítne definitio beatitudinis Ariſtotelica cum iis, quæ alii ſaniores Philoſophi de beatitudine ſcripſerunt?

Σκεπτέον δὴ περὶ αὐτῆς οὐ μόνον ἐκ τοῦ συμπεράσματος.

MAximé. Primùm enim, Quòd beatitudinem, quæ eſt ultimus finis hominis, definit eſſe ἐνέργειαν id conſentit cum eo quod omnes ſani fateri coguntur: videlicet hominem non ad otium & ignaviam, ſed ad certas aliquas functiones eſſe natum: quarum ſunt duæ præcipuæ; contemplatio, & actio: quæ quoniam finis rationem habent, ideo etiam rectè in Definitione ultimi finis ponuntur. Imò ipſum etiam vocabulum εὐδαιμονίας actionem quandam denotat. Nam εὐδαιμονεῖν eſt εὖ πράττειν καὶ εὖ ζῆν, id eſt, bene

bene agere & bene vivere: εὐδαιμονία est εὐπραξία καὶ εὐζωία.

Deinde, Quòd dicitur esse *actio* seu *functio animi*, & non corporis: id facilè concedunt saniores Philosophi, qui ex tribus bonorum generibus, *animi, corporis*, & *fortunæ*, bonis animi primas partes tribuunt: quia autem beatitudo est præstantissimum hominis bonum; ideo etiam meritò præstantissimæ ejus parti, nempe animo, attribuitur. Νενεμημένων δὲ τῶν ἀγαθῶν τριχῶς.

Tertiò, Quòd dicitur esse *actio secundum virtutem*: etiam hoc non est alienum à veterum Philosophorum sententia; qui omnes in summi boni descriptione, etiam virtutis mentionem fecerunt. Quorum aliqui simpliciter in virtute illud posuerunt; quidam in certa aliqua virtute, veluti in sapientia, ut *Bias, Anaxagoras, Socrates*: aut in prudentia, ut *Plato* in *Phædone*. Aliqui verò virtuti quoque adjunxerunt vel voluptatem, vel bona externa corporis & fortunæ. Qui autem virtutem à beatitudine & summo hominis bono prorsus excluserunt, hi nè quidem Philosophi nomine digni sunt judicandi. Φαίνεται δὲ καὶ τὰ ἐπιζητούμενα περὶ τὴν εὐδαιμονίαν ἅπαντα ὑπάρχειν τῷ λεχθέντι.

Sed quare Aristoteles potiùs in actione, quàm in habitu virtutis, summum bonum hominis collocat?

Quoniam actio & usus virtutis præstantior est, quàm virtutis habitus & possessio. Potest enim habitus virtutis etiam esse in dormiente, aut ægrotante, aut aliàs misero & calamitoso, & similibus hominibus: quos tamen nemo verè & actu beatos & felices esse dixerit. Declarat hoc Aristoteles exemplo certantium. Nam quemadmodum olim in ludis Olympicis coronabantur, non qui habitu solùm corporis pulcherrimo & robustissimo essent præditi; sed qui fortiter pugnando vincebant: ità beatitudinem consequuntur, non qui habitu solùm virtutis sunt præditi; sed qui ex virtute agunt & vivunt. Διαφέρει δ' ἴσως καὶ μικρὸν ἐν ἕξει ἢ ἐνεργείᾳ.

Quare nulla sit mentio voluptatis in definitione beatitudinis: cùm tamen ea sit perpetua ejus comes; & à plerisque philosophis ei quoque annumeretur?

Ἔστι δ' οὐ καὶ ὁ βίος αὐτῶν καθ' αὑτὸν ἡδύς

Etsi Aristoteles voluptatem, tanquam Accidens, noluerit in Definitione beatitudinis ponere: tamen eam non omnino à beatitudine excludit. Loquor autem de voluptate animi: quæ sola vera voluptas est. Nam voluptati corporis cum virtute, & summo hominis bono, nullum potest esse commercium.

Quibus rationibus probas Aristotelem voluptatem non excludere?

Τοῖς δὲ φιλοκάλοις ἔστιν ἡδέα τὰ φύσει ἡδέα.

Primùm, Quia actiones virtutum non solùm suâ naturâ, sed etiam viro bono sunt jucundæ, quatenus in illis sese oblectat: ità ut non opus habeat aliâ aliquâ aliunde accersitâ voluptate. Deinde, Quia si actiones virtutum sunt bonæ & honestæ: necesse est ut etiam sint jucundæ. Neq; enim hæc tria, τὸ ἀγαθόν, τὸ καλόν, καὶ τὸ ἡδύ, in virtutum actionibus ità à se mutuò sunt separata, ut alterum sine altero esse possit: sicut Deliacum epigramma ea videtur sejungere: τὸ καλὸν tribuit justitiæ, τὸ ἀγαθὸν sanitati, τὸ ἡδὺ adeptioni rei desideratæ.

Annon etiam ad felicitatem requiruntur bona externa: quorum tamen Aristoteles in Definitione non meminit?

Φαίνεται δ' ὅμως καὶ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν προσδεομένη.

Ad perfectam Felicitatem etiam externa bona requiri, manifestum est ex ejus Definitione, licèt verbo non exprimantur. Si enim felicitas consistit in actione secundum virtutem: omnino etiam externis illis bonis, tanquam adjumentis & instrumentis, ad ejusmodi actiones commodè præstandas, opus est: quibus qui destituti sunt, non possunt suam virtutem erga alios declarare. Unde *Aristoteles* lib. 7. *Polit.* cap. 13. ait, Τὸ καλῶς ζῆν δεῖται χορηγίας τινός: *Ad honestè vivendum opus est rerum aliquâ copiâ.* Etenim

ad

ad *Fortitudinis* actiones requiritur *robur corporis, ſanitas, arma,* & id genus alia inſtrumenta: Ad *Liberalitatem* exercendam requiruntur *opes* & *facultates;* ſine quibus liberalis ſuam virtutem erga alterum exercere non poteſt. Sic ad multas actiones meliùs obeundas plurimùm nos juvare poſſunt amici partim conſilio, partim auxilio: ſine quibus alioqui illas actiones non poſſemus perficere. Neque verò bona externa ſolùm adjuvant hac in parte felicitatem; ſed etiam eam exornant & ſplendidiorem reddunt: quandoquidem eorum defectu ipſa felicitas veluti obſcuratur. Hanc ob cauſam etiam quidam τὴν εὐδαιμονίαν felicitatem, & τὴν εὐτυχίαν fortunæ proſperitatem eodem numero & loco habuerunt; licèt multùm differant: exiſtimantes neminem verè felicem dici poſſe, cui etiam fortuna non faveat.

CAPUT. IX.

Hæc ergò felicitas, de qua hîc loquimur, contingitne homini divinitus? an poteſt comparari humanâ induſtriâ? an verò pendet à fortuna?

QUoniam DEUS omnium aliorum, etiam minimorum bonorum eſt autor & largitor: ideo ſtatuendum eſt, eum quoque felicitatis, tanquam ſummi boni, eſſe primam & ſummam cauſam. Quia autem hîc de hominis felicitate quæritur, exiſtimo humanam induſtriam, ad eam comparandam, tanquam cauſam ſecundam, plurimùm valere. Quod verò ad fortunam attinet, cùm ſit omnium cauſarum infima, & ignobiliſſima: non poteſt ei felicitas, res præſtantiſſima, attribui.

Ὅθεν καὶ ἀπορεῖται, πότερον ὅτι μαθητόν, ἢ ἐθιστὸν.

Quare autem primæ cauſæ, nempe DEO, *etiam adjungis ſecundariam cauſam, hominum induſtriam?*

Quia DEUS ſua bona non planè immediatè hominibus largitur; ſed vult accedere etiam hominum laborem & induſtriam: quemadmodum etiam Adamo primo noſtro

parenti dixit, *In ſudore vultûs tui comedes panem tuum:* & in *Pſal.* 128, dicitur, *Labores manuum tuarum comedes.* Unde dicitur, quòd *Unuſquiſque* ſit *faber ſuæ fortunæ.* Et notum eſt dictum Epicharmi, ἦ πόνων πωλεῖσιν ἡμῖν πάντα τἀγαθὰ ὁ θεός.

Si humanâ induſtriâ felicitas poteſt comparari, quomodo igitur eſt divinum donum?

Φαίνεται δὴ καὶ εἰ μὴ θεόπεμπτός ἐστιν.

Primùm, Quia Felicitas dicitur eſſe præmium virtutis, ideo neceſſe eſt ut ſit virtute præſtantior. Cùm verò in rebus humanis nihil ſit virtute præſtantius, neceſſe eſt felicitatem eſſe divinum quiddam. Præmium enim præſtantius eſt eo, cujus eſt præmium. Deinde, Ideo dicitur eſſe divinum bonum, quia eſt πολύκοινον, multis commune: communicatur enim omnibus hominibus, qui ad colendam virtutem non ſunt à natura inepti facti. Nam ad virtutis adeptionem etiam requiritur quædam εὐφυΐα, id eſt, naturæ bonitas, quæ non eſt in noſtra poteſtate, ſed divinitus nobis contingit, quemadmodum infrà lib. 10. c. 9. dicitur: atque hoc modo rurſum efficitur, quòd felicitas ſit divinum bonum.

Quare autem fortunæ non poteſt felicitas adſcribi?

Τὸ δὲ μέγιστον καὶ κάλλιστον ἐπιτρέπειν τύχῃ.

Primùm, Quia Fortuna eſt ſolùm cauſa per accidens, ideóque infirmum locum inter cauſas obtinet; eſt enim bruta, incerta, mutabilis, & inconſtans: Felicitas verò eſt bonum cum ratione, mente, & virtute conjunctum, firmum, conſtans, & ſtabile.

Τὸ γὰρ τῆς πολιτικῆς τέλος ἄριστον ἐπιθεμεν.

Deinde, Quia Felicitas eſt finis ſcientiæ politicæ, & omnium legumlatorum, qui hoc unum in ſuis legibus ſpectant, ut cives ſuos virtutis ſtudioſos, & indè beatos efficiant. Quòd ſi Felicitas à Fortuna homini contingeret, fruſtra de ea conſequenda leges & præcepta traderentur: fruſtra etiam boni magiſtratus in eo omnem curam & diligentiam adhiberent, ut cives ſuos viros bonos, & ad res præclarè gerendas idoneos reddant. De hoc fine ſcribit *Plato* libro quinto de *Leg.* Ἡμῖν δ' ἡ τῶν νόμων θεσις ἐνταῦθα

ἐνταῦθα ἔβλεπεν· ὅπως ὡς εὐδαιμονέσταται ἔσονται, ἢ ὅπως μάλιστα ἀλλήλοις φίλοι. Et *Aristoteles* infrà cap. 3. βούλεται γὰρ ὁ πολιτικὸς τοὺς πολίτας ἀγαθοὺς ποιεῖν, καὶ τῶν νόμων ὑπηκόους.

Sùntne beſtiæ & pueri hujus felicitatis capaces?

Quia beſtiæ omnino ratione ſunt deſtitutæ, ideò ſecundum virtutem agere non poſſunt: & per conſequens neque hujus Felicitatis eſſe capaces, quæ in virtutum actionibus conſiſtit.* Pueris autem Felicitatem attribuere non poſſumus, propter duas cauſas. Primùm, Quia licèt non prorſus deſtituti ſunt ratione, quemadmodum beſtiæ: tamen propter ætatis imbecillitatem carent uſu rationis; ideóque etiam nondum idonei ſunt ad virtutum actiones obeundas, ad quas requiritur rectum judicium, certa voluntas, & firma electio. Deinde, Quia in definitione Felicitatis dictum eſt, ad eam requiri *virtutem perfectam, in vita perfecta:* propter varias fortunæ viciſſitudines, quibus vita hominum nonnunquam ità agitatur & concutitur, ut etiam ex feliciſſimo ſtatu dejiciantur in maximas calamitates & miſerias: adeò ut tales nemo poſſit revera beatos & felices prædicare. Quemadmodum poëtæ fabulantur, Priamo, regi alioquin fortunatiſſimo, in extrema ſenectute accidiſſe.

Εἰκότως οὐκ ἔστι βοῦς, οὐδὲ ἵππος, οὐδὲ ἄλλο τῶν τῆς ζωῆς οὐδὲν εὐδαίμων λέγεται. * Διὰ ταύτην δὲ τὴν αἰτίαν, οὐδὲ παῖς εὐδαίμων ἐστίν.

Sed tamen interdum etiam pueros aliquos beatos eſſe prædicamus.

Hoc fit, non quia jam actu ipſo ſunt beati; ſed tantùm propter ſpem, quam de ſe præbent, quòd aliquando tales ſint futuri: quia cernimus in illis præclaram indolem, & alia ſigna futurarum virtutum.

CAPUT X.

Potéſtne aliquis in hac vita beatus nominari? an juxta Solonis reſponſum, Cræſo Lydorum regi datum, expectandus eſt ultimus vitæ terminus?

Πότερον οὖν οὐδένα ἄλλον ὀνητέον ἀνθρώπων εὐδαιμονιστέον, ἕως ἂν ζῇ;

QUoniam vita hominis variis caſibus & viciſſitudinibus fortunæ, infinitis etiam miſeriis & calamitatibus

singulis propè momentis expositа est; ut nunquam homo aliquid certi sibi de sua felicitate polliceri possit: ideo à multis dubitatum fuit, utrùm homo possit in hac vita beatus dici. Hinc sunt illa dicta, *Nescis quid serus vesper ferat: Nondum solomnium dierum occidit: In fine videbitur cujus toni.* Cic. 2. de Fin. *Nemini exploratum esse potest, quomodo sese habiturum sit corpus, non dico ad annum, sed ad vesperum.* Hanc incertitudinem conditionis vitæ humanæ videtur Solon respexisse: cùm Crœso interroganti, utrùm ipsum beatum judicaret, respondit, ut refert *Ovid. lib. 3. Metamorph.*

-------Ultima semper
Expectanda dies homini est: dicíque beatus
Ante obitum nemo, supremáque funera debet.

Quæ est hujus responsi sententia?

Εἰ δὲ δεῖ μὴ χὴ δὲ τέλον ἴδωις, ἀ- ρά γε χὴ ἔστιν εὐδαίμων τότε ἐπειδὰν ἀπο- θάνῃ;

Dupliciter potest hoc Solonis responsum accipi: Primùm, Quòd beatitudo non possit tribui viventibus, sed tantùm mortuis. Quam sententiam Aristoteles unico argumento refutat, ex Definitione beatitudinis suprà posita. *Beatitudo est actio secundum virtutem. Mortui autem non possunt agere secundum virtutem. Ergò mortuis non potest beatitudo attribui.*

Εἰ δὲ μὴ λέγομεν τὸν τετελευτηκότα εὐδαίμονα

Quæ est altera hujus responsi sententia?

Altero modo potest hoc responsum ità accipi: quasi Solon voluerit dicere, etiamsi fortasse contingat aliquem esse, cui per totam vitam omnia ex animi sententia & voto succedant; quíque omnibus bonorum generibus abundè ornatus sit, ut beatus & felix videri possit: tamen beatitudinem de eo quamdiu vivit non posse certò affirmari; quia adhuc variis casibus fortunæ sit obnoxius: postquam verò etiam in eadem Felicitate est mortuus, tum demum de eo verè affirmari posse, quòd in vita fuerit beatus: quoniam per mortem jam exemptus sit ab omnibus fortunæ malis & injuriis. Siquidem *Mors* est *ultima linea rerum*, quæ finem imponit omnibus malis. Quæ sententia tali posset Syllogismo comprehendi:

Cui

Cui nihil mali ampliùs poteſt accidere, is verè poteſt dici beatus. Nam ut *Cic. lib. 2. de Fin.* ait, Qui exiſtimat ſe poſſe miſerum eſſe, is beatus non eſt. *Mortuis autem nihil mali ampliùs poteſt accidere. Ergò Mortui poſſunt dici beati.* Minor probatur duabus rationibus. Primùm, Quia mortui nulla neque bona neq; mala poſſunt ſentire. Deinde, Quia per mortem exempti ſunt ab omnibus malis.

Quid reſpondet Ariſtoteles ad hanc ſententiam?

Tribus modis eam refutat. Primùm, Negat minorem propoſitionem ejúſque rationes: & exemplo ſimili oſtendit, poſſe etiam mortuis eorúmque poſteris multa tam bona quàm mala accidere, quæ ad ipſos pertinent, etiamſi ipſi ea non ſentiant. Quemadmodum viventibus, licèt ignorantibus, & non ſentientibus, poſſunt vel bona vel mala contingere: veluti ſi abſenti aut dormienti decernitur honor aliquis in magiſtratu, aut obtingit hæreditas, aut naſcitur filius vel filia; aut contrà moriuntur parentes, liberi, vel amici; corruit, aut incendio perit domus, diripiuntur bona, vaſtantur agri, aut aliæ ejuſmodi calamitates accidunt: iſta bona vel mala etiamſi abſens aut dormiens non ſentiat, tamen nihilominus ad illum pertinent. Non igitur valet conſequentia, *Mortui non ſentiunt bona vel mala: Igitur mortuis nihil poteſt boni vel mali accidere.*

Δοκεῖ γὰρ εἶναί τι τῶν τεθνεώτων καὶ κακόν, καὶ ἀγαθόν, εἴπερ καὶ τῶν ζώντων, μὴ αἰσθανομένῳ δέ.

Quæ eſt altera refutatio?

Ea ſumitur ex analogia, quæ debet eſſe inter veritatem rei, & veritatem orationis. Etenim ſi poſt alicujus mortem verè poſſum de eo pronunciare, quòd in vita fuerit beatus: igitur neceſſe eſt, ut etiam de eodem, antequam mortuus eſſet, verè id ipſum licuerit aliquando pronunciare. Et ſi de aliquo, dum adhuc viveret, non licuit verè affirmare in tempore præſenti, quòd ſit beatus: igitur etiam de eodem jam mortuo non licebit in præterito tempore

Εἰ δὴ τέλος ὁρᾶν δεῖ, καὶ πότε μακαρίζειν ἕκαστον, ἢ χ. ὡς ὄντα μακάριον, ἀλλ' ὅτι πεπίστευον

verè

ἦν, πῶς ἂν ἄτοπον, εἰ ὅτε δοκεῖν εὐδαίμων, μὴ ἀληθεύεσθαι κατὰ αὐτὸ τὸ ὑπάρχον; διὰ τὸ μὴ βέλεσθαι τοὺς ζῶντας εὐδαιμονίζειν, διὰ τὰς μεταβολάς;

verè affirmare, quòd aliquando fuerit beatus. Nam si Prædicatum nunquam potuit Subjecto in præsenti tempore verè attribui; etiam nunquam poterit eidem in præterito tempore attribui: Quia nihil dicitur præteritum, quod non antea fuerit præsens.

Quæ est tertia refutatio?

Δῆλον γὰρ ὡς εἰ συμπαρακολουθοίημεν ταῖς τύχαις, τὸν αὐτὸν εὐδαίμονα καὶ πάλιν ἄβιον ἐροῦμεν πολλάκις.

Ea sumitur ex absurdis consequentibus. Nam si propter fortunæ casus, beatitudo non potest viventibus attribui: igitur beatitudo posita esset in manu fortunæ: & in fortuna posita esset ratio bene vel malè vivendi: & beatus similis esset Chamæleonti, aut Polypo, qui subinde in varias formas mutantur. Sed hæc omnia falsa esse, ex suprà dictis patet.

Explicâsti aliquo modo Solonis responsum de proposita quæstione: expone mihi quoque Aristotelis de ea sententiam.

* Ἢ τὸ μὲν ταῖς τύχαις ἐπακολουθεῖν οὐδαμῶς ὀρθόν;

* Aristoteles negat in hac quæstione spectandam esse fortunæ inconstantiam; sed potiùs considerandam esse naturam beatitudinis; & virtutis, quæ est ejus causa efficiens. Itaque affirmat posse aliquem etiam in hac vita beatum nominari: idque probat argumento desumpto ex loco Causarum & Effectorum: quorum hæc est natura, ut positâ causâ absolutâ, ponatur etiam effectus. Est autem causa absoluta felicitatis politicæ actio secundum virtutem. Quia verò de viro bono, dum vivit, verè affirmari potest, quòd vivit & agit secundum virtutem: Igitur de eodem etiam adhuc vivo existente verè affirmari potest, quòd sit felix & beatus.

Sed tamen vir bonus æquè obnoxius est fortunæ casibus, ac alii homines.

Μαρτυρεῖ δ' ὁ τοῦ λόγου καὶ τὸ νῦν ἀπορηθέν.

Verum quidem est. Sed fortunæ non tanta vis est, ut possit virum bonum de suo honesto proposito dimovere, aut ex beato miserum facere. Est enim in quavis fortuna τετράγωνος, h. e. firmus & constans in proposito rectè agendi, instar lapidis quadrati; qui firmam habet basim,

nec

nec facilè poteſt loco moveri. Et ſicuti Virtus, quæ eſt beatitudinis effectrix, eſt firmum & ſtabile bonum: ità etiam Felicitas viri boni eſt firma & ſtabilis; neque patitur ſe à quovis fortunæ vento concuti.

Eſtnè igitur vir bonus, in utraque fortuna proſpera & adverſa, æquè beatus?

Si Stoicorum more mihi reſpondendum eſſet, ſimpliciter hoc affirmarem: qui ſapientem etiam rotæ affixum, aut tauro Phalaridis incluſum, nihilominus tamen propter virtutem beatum eſſe aſſerunt. Sed magis mihi placet Ariſtotelis diſtinctio, quâ in hoc loco utitur: & oſtendit fortunæ caſus non quidem poſſe viro bono ſuam felicitatem planè auferre; ſed tamen interdum ſolere eam affligere, & nonnihil obſcurare.

Πολλῶν δ' γενομένων κατὰ τύχην, καὶ διαφερόντων μεγέθει καὶ μικρότητι.

Quæ eſt illa diſtinctio?

Τὰ τυχικά, h.e. Ea quæ homini à fortuna ſolent accidere, diſtinguuntur duobus modis: Vel τῇ ποιότητι, qualitate; quòd alia ſunt *Bona*, alia *Mala*: Vel τῇ ποσότητι, quantitate; quòd alia ſunt *Multa* & *Magna*, alia *Pauca* & *Parva*.

Reſponde mihi igitur ſecundum has duas diſtinctiones ad propoſitam quæſtionem.

Primùm, Ea quæ ſunt *Parva* & *Pauca*, ſive ſint *Bona* ſive *Mala*, non poſſunt adferre aliquam mutationem in vita beati. Deinde ea, quæ ſunt *Magna* & *Multa*, ſi ſunt *Bona*, reddunt vitam beati beatiorem: quia adferunt majus ornamentum ejus beatitudini; & plures ei præbent occaſiones ad exercendam virtutem. Si verò fuerint *Mala*, affligunt quidem, & quodammodo labefactant beatitudinem boni viri; quia adferunt ei aliquem dolorem, & impediunt eum in exercitio virtutis: non tamen beatitudinem ei prorſus adimunt, ut ex beato fiat miſer.

Quamobrem?

Quoniam vir bonus omnem fortunam fert εὐχημόνως, decen-

decenter; adeò ut etiam in adversa fortuna ejus virtus eluceat, quæ prohibet, nè quid turpe aut odio dignum admittat; sed potiùs ut in omni negotio, circa quod versatur, ea quæ honestissima & pulcherrima sunt agat: non secùs ac bonus sutor, ex quovis corio sibi oblato artificiosissimum & pulcherrimum calceum conatur conficere. Proinde vir bonus in tali fortuna constitutus, licèt non possit perfectè beatus nominari, quem Græci μακάριον vocant; tamen non poterit etiam miser aut infelix dici: sed appellabitur εὐδαίμων ὡς ἄνθρωπος, felix seu beatus tanquam homo existens, non autem tanquam DEUS, cui soli competit perfecta beatitudo.

* Τί ἂν κωλύει λέγειν εὐδαίμονα τὸν κατ' ἀρετὴν τελείαν ἐνεργοῦντα, καὶ τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς ἱκανῶς κεχορηγημένον, μὴ τὸν τυχόντα χρόνον, ἀλλὰ τέλειον βίον;

Quomodo ergò ex jam dictis definis virum beatum?

* BEATUS *est, qui ex virtute perfecta agit, in vita perfecta, ad eásque actiones obeundas sufficienter bonis externis est instructus.* Huic autem Definitioni existimat Aristoteles propter Solonis sententiam, & Priami exemplum, etiam adjici posse hanc particulam, *Qui etiam mortem vitæ anteactæ congruentem est habiturus.*

CAPUT XI.

Quare Aristoteles existimat posterorum fortunam, tam secundam quàm adversam, etiam ad defunctos pertinere?

Τὰς δὲ τῶν ἀπογόνων τύχας, καὶ τῶν φίλων ἁπάντων τὸ μὲν ὅλως οὐδαμῶν συμβάλλεσθαι, λίαν ἄφιλον φαίνεται.

DUas hujus rei adfert causas. Primùm, Quia illud negare esset omnino ἄφιλον, id est, alienum ab eo amore, quo, dum adhuc viverent, inter se erant conjuncti. Est enim verorum amicorum officium, mutuis commodis afficere. Hæc autem συμπάθεια non est in corpore, quod moritur; sed in animo, qui non planè interit. Itaque etiam verisimile videtur, hunc affectum etiam adhuc remanere in demortuorum animis.

Quæ est altera causa?

Quia hæc ferè est communis omnium hominum opinio;

nio; quasi mortui adhuc habeant intelligentiam aliquam eorum, quæ hîc in terris fiunt; & solliciti sint de adversis casibus suorum posterorum; eósque interdum præmoneant: ut *Anchises Æneam* filium monet, nè maneat in Africa. *Virg. Æneïd. 6.* Imò hæc opinio etiam apud Christianos in Papatu invaluit: ut indè exortæ sint plurimæ Idololatricæ superstitiones de *Purgatorio*, de *Invocatione Sanctorum*, de *Missis*, *Vigiliis*, *Triceſimis*, *Centeſimis*, multísque aliis ceremoniis: quas superstitiones etiam Diabolus conatus fuit variis spectris comprobare, ut homines in ejusmodi Idololatria magìs confirmaret.

Verùm ista mala, quæ posteris accidunt, possúntne defunctorum beatitudinem lædere?

Nequaquam, sicut ex distinctione paulò antè allata facilè intelligi potest. Nam si levia sunt; ea ut vivos leviter afficiunt, ità mortuos planè non attingunt: Si verò sunt magna; ea quidem vivos vehementer afficiunt, propterea quòd ea in seipsis & suis sentiunt & experiuntur: mortuos autem tantùm leviter, veluti umbræ quædam, aut tragica spectacula afficiunt; ità ut propter illa ipsorum status nihil mutetur.

Εἰ δὴ καθάπερ καὶ τῆς περὶ αὐτὸν ἀτυχημάτων.

CAPUT XII.

Estnè felicitas bonum laudabile, an honorabile?

ARistoteles in hoc cap. & in lib. 1. *Mag. Moral.* cap. 2. tria bonorum genera facit. Quædam enim nominat τίμια ἀγαθά, quasi *Honoranda bona*, quæ honore aliquo sunt digna: cujusmodi sunt *Deus*, *Animus*, *Mens*, & omnia divina bona. Quædam vocat ἐπαινετὰ ἀγαθά, *bona Laudabilia:* quæ laudantur propter utilitatem, quam habent ad aliquod aliud majus bonum comparandum: ut *virtus* laudatur propter felicitatem, quæ per eam comparatur. Quædam vocat ἐδέτερα, *Neutra* seu *intermedia:* quæ per se neque laudem neque honorem merentur: sed eatenus solùm talia sunt, quatenus homines illis bene vel malè utuntur:

Διωρισμένων δὲ τούτων, ὁπόσα κεφάλαια περὶ τῆς εὐδαιμονίας, πότερον τῆς ἐπαινετῆς ὄψιν, ἢ μᾶλλον τῆς τιμίων.

utuntur: propterea quòd illorum interdum potest esse aliquis abusus, ad nocendum. Atque Aristoteles ideo hæc bona appellat δυνάμεις, *facultates*; quia illis possumus uti in utramque partem: ut sunt *artes, divitiæ, robur, forma corporis, potentia*, &c.

Ex quo igitur genere horum trium bonorum existimas beatitudinem esse?

Δῆλον κὴ ὅτι οὐδ' ἡ γε δυνάμεων ἐκ ἔστι.

Primùm manifestum est, eam non esse ex postremo genere eorum bonorum, quæ appellantur δυνάμεις: dictum enim est in Definitione ejus, quòd sit ἐνέργεια: præterea nemo beatitudine potest abuti ad suam, vel aliorum perniciem; semper enim ea prodest suo possessori. Deinde etiam non est in numero eorum bonorum, quæ vocantur ἐπαινετά, laudabilia: Quia non laudatur respectu alterius alicujus rei, cui ipsa sit utilis; sed quia per se est utilis. Neque enim ad aliud refertur: cùm ipsa sit ultimus finis, & summum bonum. Relinquitur ergò, quòd beatitudo sit bonum τίμιον, honorandum: Primùm, Quia est præstantissimum bonum, omnique laude majus; quemadmodum suprà fuit demonstratum: Honor autem tantùm debetur rebus maximis & præstantissimis; unde etiam propriè solùm Deo & divinis rebus debetur, sicut infrà lib. 4. cap. 3. ostenditur. Deinde, Quia est & principium sive causa & finis omnium aliorum bonorum. Nam ad illud omnia reliqua referuntur: & illius causâ omnia alia expetuntur.

An non etiam DEO *competit laus?*

* Ἐπεὶ δ' ἔστιν ἡ εὐδαιμονία ψυχῆς ἐνέργειά τις κατ' ἀρετὴν τελείαν, περὶ ἀρετῆς ἐπακεπτέον.

Maximè: Imò laudandus est super omnia; sed tamen hæc laus nondum correspondet ejus præstantiæ & excellentiæ. Quia ut Siracides c. 43. ait, *Deus est omni laude major*. Neque enim potest ad aliud aliquid præstantius referri; alioquin enim non esset summum bonum.

CAPUT XIII.

* *Quoniam beatitudo definitur, quòd sit operatio animi secundum virtutem: quæ porrò hîc sunt consideranda?*

DUo; quorum unum est de *Virtute*, alterum de *Animo*, qui est virtutis subjectum. Quare

Quare de virtute hîc eſt conſiderandum?

Propter duas cauſas. Primùm, Quia Felicitas, de qua in hac doctrina agitur, conſiſtit in actione virtutis. Deinde, Quia ſcientiæ politicæ, cujus hæc quoque pars eſt, præcipuus ſcopus eſt, efficere cives bonos, & legibus obtemperantes: quod certè ſine virtutis doctrina fieri non poteſt.

De qua autem virtute hîc quæritur?

Quoniam cujuslibet rei eſt propria quædam virtus, per quam perficitur; hîc autem de hominis perfectione quæritur: Ideo de humana virtute, & eâ quidem, quâ animus hominis perficitur, agitur. Sunt quidem etiam corporis quædam virtutes: ut ſanitas, robur, ſenſuum integritas, &c. Sed in illis non conſiſtit hominis ſummum bonum: quia etiam homini communes ſunt cum quibuſdam aliis beſtiis.

Περὶ ἀρετῆς δ' ὀπτέον ἀνθρωπίνης δηλονότι.

Quare de animo etiam in hac doctrina eſt conſiderandum?

Quia animus eſt ſubjectum virtutum: per quas ipſe perficitur. Etenim ſicut Medico, qui corpus humanum, aut aliquam ejus partem, veluti oculum, pulmonem, epar, aut aliquod aliud membrum curaturus eſt, neceſſarium eſt, ut habeat aliquam cognitionem conſtitutionis corporis humani, ejúſque partium: ità etiam Philoſophus moralis, qui animum hominis curare vult, (eſt enim Philoſophia hæc quaſi animi quædam medicina) etiam animi aliquam cognitionem, quantum quidem ad hoc inſtitutum ſatìs fuerit, habere debet.

Εἰ δὴ ταῦθ' ὕτως ἔχει δῆλον ὅτι δεῖ τὸν πολιτικὸν εἰδέναι πως τὰ περὶ ψυχήν.

Quomodo cognoſcitur animus?

Ex variis ſuis operationibus, quæ proficiſcuntur à diverſis ejus potentiis, ſive facultatibus, quæ vulgò impropriè partes nominantur: quia animus eſt incorporeum quiddam, quod non poteſt in plures partes dividi.

* Οἷον τὸ μὴ ἄλογον αὐτῆς εἶναι, τὸ δὲ λογικὴν, λόγον ἔχον.

Quæ eſt igitur diviſio animi?

* Animi humani duæ ſunt principales potentiæ: Una

λογικὴ, *Rationalis*; altera ἄλογος, *Irrationalis*; Rationalis rursum duæ: una ἐπιστημονικὴ, quâ res earúmque cauſas cognoſcimus; altera λογιστικὴ, quâ de rebus vel agendis vel faciendis conſultamus & deliberamus. *Irrationalis* etiam duplex eſt: vel enim planè nihil habet cum ratione commune; ea dicitur φυτικὴ, *Vegetativa:* hujus tres ſunt facultates, θρεπτικὴ, *Nutriens*; αὐξητικὴ, *Augens*; & γεννητικὴ, *Generans*. Vel aliquo modo eſt rationis particeps, quatenus poteſt ratione regi: & nominatur ὀρεκτικὴ, *Appetitiva*; quâ res objectas aut perſequimur aut fugimus: cujus duæ ſunt potentiæ: θυμοειδὴς, *Iraſcibilis*; & ἐπιθυμητικὴ, *Concupiſcens*.

Quæ ex potentiis propriè ad Ethicum pertinet?

Ἡ ὀρεκτικὴ præcipuè ad hanc doctrinam pertinet: quâ oſtenditur quo pacto ira, cupiditas, & reliqui affectus ſint ratione regendi, ut non excedant modum. Ea verò quæ φυτικὴ, Vegetativa, nominatur, ad hanc doctrinam non pertinet; quia planè non poteſt ratione regi: ideóque etiam nulla eſt ejus virtus quæ propria ſit hominis. Præterea hæc facultas ſuas operationes maximè exercet in ſomno quando mens & ratio hominis quieſcunt: ità ut homo dormiens à cæteris animalibus tum nihil ferè differat; neque bonus à malo diſcerni poſſit: propter quam cauſam etiam aliqui dixerunt virum bonum à malo, beatum à miſero, dimidio vitæ tempore nihil differre.

Quare autem πῶ ὀρεκτικὴν dixiſti aliquo modo etiam rationalem eſſe: cùm tamen ea homini communis ſit cum beſtiis?

Ἔοικε δὴ καὶ ἄλλη τις φύσις τῆς ψυχῆς ἄλογος εἶναι.

Ἡ ὀρεκτικὴ quatenus eſt in beſtiis, eatenus planè eſt irrationalis: quatenus verò eſt in homine, eatenus partim rationalis, quia poteſt ratione regi, ejúſque imperio obtemperare.

Prima

Prima autem & præstantissima animi potentia, quæ λογικὴ, h.e. rationalis, nominatur, pertinetne quoque ad hanc doctrinam?

Propriè quidem ejus consideratio non pertinet ad Ethicum, sed magis ad Metaphysicum: quoniam ejus vis non in moribus aut actionibus, sed in sola contemplatione & cognitione rerum versatur & cernitur. Quia autem ejus potentiæ sunt quoque habitus quidam laudabiles, per quos ea perficitur, qui etiam virtutes nominantur: Ideo non potest ea planè ab hac doctrina excludi.

Quotuplices igitur sunt virtutes juxta prædictas animi potentias?

DUPLICES: quædam enim pertinent ad animam rationalem; quæ, quoniam τὴν διάνοιαν, id est, intellectum, perficiunt, dicuntur διανοητικαὶ, *Intellectuales*. A Cic. appellantur *Virtutes mentis & rationis:* quarum sunt quinque; *Scientia, Ars, Prudentia, Sapientia, Intelligentia.* [Ἐπιστήμη, Τέχνη, Φρόνησις, Σοφία, Νοῦς.] De quibus in 6. libro peculiariter agitur. Quædam verò pertinent ad animam irrationalem, quæ nominantur ἠθικαὶ, *Morales*; quoniam secundum eas mores hominum æstimantur: harum sunt undecim, de quibus à secundo usque ad sextum librum agitur; *Fortitudo, Temperantia, Liberalitas, Magnificentia, Magnanimitas, Modestia circa honores, Mansuetudo, Veritas, Humanitas* seu *comitas, Urbanitas*, & *Justitia*. [Ἀνδρία, Σωφροσύνη, Ἐλευθεριότης, Μεγαλοπρέπεια, Μεγαλοψυχία, Μεσότης περὶ τὰς τιμάς, Πραότης, Ἀλήθεια, Φιλία, Εὐτραπελία, Δικαιοσύνη.]

Διορίζεσθαι ἢ καὶ ἀρετὴ καὶ τῶν διαφορᾶν τούτων.

LIBER II.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes secundi libri?

IN hoc libro generatim agitur de *Virtute Morali*, ac primùm de ejus *Causa efficiente*, in primo, secundo, &

quarto capitibus. Deinde, de ejus *Objecto* seu materia circa quam versatur, in tertio capite. Tertiò, de ejus *Definitione*, in quinto & sexto capitibus. Quartò, enumerantur ejus variæ *Species*, cum earum extremis sive contrariis vitiis, in septimo capite. Quintò, explicantur duæ quæstiones de *Mediocritate*, in duobus postremis capitibus.

CAPUT I.

Estnè virtus naturâ nobis insita? an verò vel doctrinâ, vel usu & consuetudine est comparanda?

Διττῆς δὴ τῆς ἀρετῆς ὔσης, τῆς μὲν διανοητικῆς, τῆς δὲ ἠθικῆς.

AD hanc quæstionem respondeo per distinctionem, hoc modo: Virtutes quæ διανοητικαὶ, id est, *Intellectuales*, nominantur, magna ex parte ortum & incrementum suum habent à natura. *Morales* usu & assuefactione comparantur: Unde etiam ἠθικαὶ ἀπὸ τοῦ ἔθους vel ἤθους, hoc est, à consuetudine & moribus sunt dictæ. Nulla verò virtus moralis naturâ nobis est insita.

Quare Aristoteles dicit virtutes Intellectuales majore ex parte doctrinâ comparari?

Quia ad eas sola doctrina non sufficit, sed requiruntur etiam naturæ dotes, ut ingenii acumen, docilitas, bona memoria; item usus rerum, & experientia præceptorum: sine quibus parùm in discendis artibus & disciplinis possumus proficere: quemadmodum dicitur,

Tu nihil invitâ dices faciésve Minervâ. Horat. Art. Poët. vers. 385.

Quare Morales non possunt doctrinâ comparari?

Quia sunt in animo irrationali: qui quoniam caret intellectu, nihil potest discendo percipere.

* Οὐδὲν γὰρ τῶν φύσει ὄντων ἄλλως ἐθίζεται.

Quomodo probas nullam Moralem virtutem naturâ nobis esse insitam?

Quatuor ab Aristotele adferuntur argumenta: quorum primum est tale,* *Quæcunque naturaliter rebus insunt, ea nullâ*

nullâ assuefactione possunt mutari, ut aliter se habeant. Sed mores & morum habitus possunt assuefactione & consuetudine mutari. Ergò morum habitus, hoc est, Morales virtutes, non insunt nobis à natura. Major probatur ab Aristotele exemplo lapidis & ignis: quorum illius natura est deorsum, hujus autem sursum ferri; quem naturalem motum perpetuò servant, neque ullâ assuefactione mutant, aut amittunt. Unde de natura scribit *Horatius*, Ep. lib. 1. Ep. 10. vers. 24.

Naturam expellas furcâ, tamen usquè recurret.

Et Juvenal. -----*tamen ad mores natura recurrit*
Damnatos, fixa, & mutari nescia-----

Minor manifesta est ex quotidiana experientia. Videmus enim multos homines suos mores solâ conversatione & consuetudine aliorum ità mutâsse, ut quodammodo alii effecti sint, quàm antea fuerint. Unde *Consuetudo* dicitur esse *altera natura*. Et sanè nisi mores assuefactione possent corrigi & mutari, frustra hæc præcepta de moribus traderentur.

Quod est alterum argumentum?

Quæ naturâ nobis insunt, eorum potentiæ & instrumenta δυνάμεις καὶ ὄργανα priùs nobis adsunt, antequam possimus earum functiones & operationes producere. Sed in virtutibus Moralibus diverso modo se res habet: nam ex actionibus præcedentibus habitus virtutum in animis nostris generantur. Ergò virtutes Morales non naturâ nobis insunt. Major declaratur exemplo sensuum: quorum potentias & instrumenta natura priùs nobis dedit, antequam possint functiones & actiones suas edere: sicut apparet in infantibus recèns natis, qui secum in hanc lucem adferunt potentiam & instrumenta videndi, audiendi, & alia agendi, antequam actu ipso videant, vel audiant. Minor declaratur similitudine Epagogicâ desumptâ ab habitibus intellectûs, hoc est, ab artibus: quarum habitus comparantur ex actionibus antecedentibus. Etenim quemadmodum ædificando sæpius efficimur ædificatores; canendo, Musici; numerando, Arithmetici; disputando, Dialectici:

Ἔτι ὅσαι μὲν φύσει ἡμῖν παραγίνεται, τὰς δυνάμεις τούτων πρότερον κομιζόμεθα· ὕστερον δὲ τὰς ἐνεργείας ἀποδίδομεν.

lectici: ità frequenter justa agendo, aut temperanter viven do, efficimur justi, aut temperantes; istarúmque virtutur habitum consequimur.

Quod est tertium argumentum?

Μαρτυρεῖ δὲ καὶ τὸ γινόμενον ἐν ταῖς πόλεσιν· οἱ γὰρ νομοθέται τοὺς πολίτας ἐθίζοντες ποιοῦσιν ἀγαθούς. * Ἕπ ἐπ τῆς αὐτῆς, καὶ διὰ τῆς αὐτῆς, καὶ γίγνεσθαι πᾶσαι ἀρετὴ καὶ φθείρεσθαι.

Quæ naturâ nobis insunt, de iis acquirendis non neces est leges ferre. Sed de acquirendis virtutibus, & bon moribus, necesse fuit leges ferre. Ergó. Minor probatu à scopo bonorum legumlatorum: qui hoc præcipuè in le gibus suis spectant, ut cives suos assuefaciant ad virtutem & bonos mores, ut hoc modo viri boni, hoc est, justi, fortes temperantes, & similibus aliis virtutibus præditi efficiant.

Quod est postremum argumentum?

* *Quæ ex iisdem & per eadem generantur & corrum puntur, ea non sunt à natura. Sed habitus morum, se virtutes Morales ex iisdem & per eadem generantur & corrumpuntur. Ergó.* Major nota ex doctrina Physica, qua dicitur, quòd idem eodem modo se habens, semp idem soleat producere. *Aristoteles* lib. 2. de *Generat.* τὸ γὰ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἔχον, ἀεὶ τὸ αὐτὸ πέφυκε ποιεῖν. Minc declaratur exemplis: Nam ex crebris actionibus, si sun bonæ, generantur virtutum habitus; rursum ex crebris act onibus, si sunt vitiosæ, corrumpitur virtus, & in ejus lo cum succrescit vitium. Exempli gratiâ, Sæpiùs bene scri bendo, pingendo, canendo, &c. efficitur bonus scriba pictor, aut cantor: Malè autem ista agendo, efficitur ma lus scriba, pictor, aut cantor. Similiter sese res habet circ actiones habituum Moralium. Nam ex frequentibus act onibus justis, temperatis, aut fortibus, generantur talium virtutum habitus; qui postea rursum corrumpuntur pe crebras actiones vitiosas. Ex quibus apparet virtutem & generari & corrumpi per actiones.

Quo pacto istud ampliùs probas?

Aristoteles infrà cap. 4. id confirmat argumento à con trario: Nam, inquit, qui nunquam agit ea quæ sunt justa, aut temperata, aut fortia, is nunquam comparabit sibi ha bitum

bitum justitiæ, temperantiæ, aut fortitudinis: Et qui agit ea quæ sunt injusta, intemperata, aut timida, is ex talibus actionibus comparat sibi habitum injustitiæ, intemperantiæ, & timiditatis.

Quid ex his est discendum?

Duo monet Aristoteles ex jam dictis notanda esse. Unum est de educatione; ut magna cura & diligentia adhibeatur circa primam educationem: propterea quòd ex ea ferè tota reliqua vita dependeat. Nam ut Horat. *Quo semel est imbuta recens servabit odorem Testa diu.* Alterum est de consuetudine & assuefactione; ut diligenter quisque consideret, quibusnam studiis, exercitiis, & actionibus assuescat: nam qualia illa sunt, talis quoque ipse paulatim quodammodo ignorans evadit; vel bonus, si ea circa quæ occupatur, sunt bona; vel malus, si ea fuerint mala. De utroque monet *Quintil.* lib. 1. perpetuò in animo habendum esse *Virgilianum* illud dictum, *Georg.* 2. vers. 172. ----*adeò in teneris consuescere multum est.*

Διὸ δεῖ τὰς ἐνεργείας ποιὰς ἀποδιδόναι.

Si virtus non naturâ nobis est insita: estnè παρὰ φύσιν contra naturam?

Etiamsi natura nobis non ingeneravit habitum virtutis; tamen ipsa virtus non est propterea παρὰ τὴν φύσιν· imò maximè est naturæ consentiens; & magis quàm ipsa vita, aut voluptas: ut inquit *Cicer.* lib. 3. *Off.* Etenim natura tribuit nobis quandam ἐπιτηδειότητα aptitudinem, & habilitatem ad virtutem suscipiendam: quam *Cic.* vocat *virtutum igniculos & semina*; quæ diligenti studio sunt excitanda, amplificanda & perficienda. De qua quæstione consulatur *Cic.* in lib. 1, & 3. *Offic.* & lib. 5. de *Fin.*

Οὔτ' ἄρα φύσει, ὅτε παρὰ φύσιν ἐγγίνονται.

CAPUT II.

Quoniam dixisti habitus virtutum moralium generari ex frequentibus actionibus: dic mihi quales istæ actiones esse debeant.

ACtiones, ex quibus habitus virtutum generantur, debent constare mediocritate.

Quomodo hoc probas?

Τὰ γὰρ τοιαῦτα πέφυκεν ἐκ τοῦ ἐνδείας καὶ ὑπερβολῆς φθείρεσθαι.

A contrario. Nam actiones, quæ non constant mediocritate, hoc est, quæ vel modum excedunt, vel à modo deficiunt, seu in quibus est Nimium, vel Parum, nihil habent rectum, vel laudabile. Ideóque potiùs virtutibus adversantur, eásque corrumpunt, quàm ut ex illis boni habitus possint gigni.

Declara mihi hoc aliquo exemplo.

Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ἰσχύος καὶ τῆς ὑγιείας ὁρῶμεν.

Quemadmodum nimio exercitio & labore vires corporis debilitantur & franguntur; nullo autem exercitio existente, langueſcunt & extinguuntur; moderato denique exercitio conservantur & augentur: quemadmodum sanitas moderato cibo ac potu recreatur, & conservatur; nimio obruitur; nullo extinguitur: ità etiam habitus morum generantur ex actionibus, quæ mediocritatem servant; corrumpuntur verò ex iis actionibus, quæ vel modum excedunt, vel à modo deficiunt.

An non actiones, quæ consequuntur habitum virtutis, etiam constant mediocritate?

Ἀλλ' οὐ μόνον αἱ γενέσεις, καὶ αἱ αὐξήσεις, καὶ αἱ φθοραί.

Maximé: Verùm sunt longè præstantiores & perfectiores iis, quæ habitum virtutis antecedunt; quoniam non constant nudâ mediocritate, sed eâ quæ est definita rectâ ratione viri prudentis.

CAPUT III.

Quod est signum, unde possit aliquis cognoscere, se habitum virtutis jam adeptum esse?

Σημεῖον δὲ δεῖ ποιεῖσθαι τὴν ἕξεων τὴν ἐπιγινομένην ἡδονὴν, ἢ λύπην τοῖς ἔργοις.

EX seipso signum illud quilibet capere potest: nimirum ex voluptate & dolore seu molestia, quam animo percipit ex honestis actionibus. Si enim alicui jucundum est, ex aliqua virtute agere; illa voluptas indicium est, eum virtutis habitum consecutum esse: si verò idipsum ei est molestum, certè nondum sibi polliceri potest, se ad virtutis habitum perveniſſe.

Quare

Quare ex voluptate & dolore ſignum hoc capiendum eſt?

Quia voluptas & dolor ſunt generalia ſeu communia objecta omnium virtutum & vitiorum. Ex objectis autem optimè judicari poteſt de bonitate & perfectione potentiarum & habituum. Περὶ ἡδονὰς γὰρ καὶ λύπας ὅ ἐστιν ἡ ἠθικὴ ἀρετή.

Quibus argumentis probat Ariſtoteles, virtutem verſari circa voluptatem & dolorem?

Septem argumentis id oſtenditur. Quorum primum videtur tale eſſe. *Quæ homines alliciunt ad vitia, & abſtrahunt ab honeſtis actionibus, circa ea verſatur virtus: cujus munus eſt, hominum animos excitare ad honeſtas actiones, à turpibus autem avocare. Sed voluptate homines plerunque incitantur ad vitia & turpes actiones; dolore verò & moleſtiâ abſterrentur à bonis & honeſtis actionibus. Ergò circa voluptatem & dolorem verſatur virtus.* Διὰ μὲν γὰρ τὴν ἡδονὴν τὰ φαῦλα πράττομεν· διὰ δὲ τὴν λύπην τῶν καλῶν ἀπεχόμεθα.

Minor propoſitio confirmatur autoritate *Platonis*, qui in lib. 4. de *Rep.* affirmat voluptatem & dolorem tantam vim habere in excitandis hominibus ad ſuſcipiendas actiones, ut præcipua pars rectæ educationis in eo videatur eſſe poſita, ut homines ſtatim à primis annis aſſuëſcant gaudere actionibus honeſtis, dolere autem turpibus. Magna enim eſt vis voluptatis in promovendis animis hominum: adeò ut *Cic.* in *Catone Majore* dicat, *Nullum* eſſe *malum facinus, nullum ſcelus, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis homines impellat.* Διὸ δεῖ ἠχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς ὁ Πλάτων φησίν, ὥστε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ.

Alterum Argumentum?

Virtus verſatur circa actiones & affectus: iis autem perpetui comites ſunt voluptas, vel dolor. Quoniam omnis actio agenti aut jucunda eſt, aut moleſta: Sic enim omnium affectuum ſunt hæc duo ſumma capita, voluptas, & dolor; quemadmodum oſtendit *Ariſtoteles* lib. 2. *Rhetoricorum. Ergò virtus etiam circa voluptatem & dolorem verſatur.* Ἔτι εἰ ἀρεταί εἰσι περὶ πράξεις καὶ πάθη.

Tertium Argumentum?

Μηνύουσι δὲ καὶ αἱ κολάσεις γινόμεναι διὰ τούτων.

Virtutis munus est mederi vitiis. Atqui medela vitiorum fit partim per pœnas, in quibus est dolor; partim per præmia, in quibus est voluptas. Ergò virtus occupata est circa voluptatem & dolorem: siquidem dolore pœnarum homines a vitiis avocare, & præmiorum jucunditate ad honestas actiones invitare conatur.

Quartum argumentum?

Ἔτι ὡς καὶ πρότερον εἴπομεν, πᾶσα ψυχῆς ἕξις, ὑφ' οἷων πέφυκε γίνεσθαι χείρων καὶ βελτίων, πρὸς ταῦτα καὶ περὶ ταῦτα τὴν φύσιν ἔχει.

Quâ re habitus morum aut meliores fiunt, aut corrumpuntur, circa eam etiam virtutes Morales versantur: quoniam habitus & potentiæ à suis objectis, circa quæ versantur, interdum adjuvantur & perficiuntur; interdum vero læduntur. *Sed voluptate, & dolore, habitus morum fiunt aut meliores, aut deteriores,* quatenus, in illis expetendis aut fugiendis, modus & reliquæ circumstantiæ servantur vel non servantur. *Ergò circa voluptatem & dolorem virtus Moralis versatur.*

At Stoici dicunt virtutem esse ἀπάθειαν, id est, vacuitatem Affectuum, & ἠρεμίαν, id est, animi tranquillitatem.

* Διὸ καὶ ὁρίζονται τὰς ἀρετὰς εἰ παθείας τινάς, καὶ ἠρεμίας.

* Si omnes affectus simpliciter essent vitiosi; quemadmodum quidam volunt Stoicos sensisse: tum virtuti cum affectibus nullum esset commercium. Quia verò à natura utiliter hominum animis insiti sunt; ut essent quasi stimuli ad aliquid vel expetendum & fugiendum, vel suscipiendum & agendum: Ideo nequaquam à virtute plane sunt removendi; sed potiùs virtute regendi, & ad mediocritatem redigendi; ut rectæ rationi obtemperent: quod cùm fit, tum existit in animo non ἀπάθεια, sed εὐπάθεια, & μετριοπάθεια.

Quintum argumentum?

Γένοιτο δ' ἂν ἡμῖν καὶ ὁπόθεν τούτων φανερόν.

Quæ expetenda, aut fugienda sunt, circa ea versatur virtus Moralis: quoniam ejus proprium munus est regere appetitum, ut modum circa ea servet. *Sed voluptas & dolor sunt in numero expetendorum, & fugiendorum.* Etenim voluptatis

voluptatis appetitus communis est omnibus animalibus, quemadmodum etiam dolorem omne animal aversatur. Præterea cùm tria sint expetendorum genera, *Honestum*, *Utile* & *Jucundum:* omnibus illis tribus inest quædam voluptas. Denique, voluptas ità est naturæ quasi congenita, ejúsque sensus per omnes corporis partes ità diffusus, ut difficile sit hunc affectum iterum abstergere.

Sextum argumentum?

Quâ re homines actiones suas solent metiri & æstimare, circa eam quoque versatur virtus Moralis. Sed voluptate & molestiâ homines solent majore ex parte actiones suas æstimare & metiri. Ergó. Minor nota est ex ipsa experientia: Quotiescunque enim de actione aliqua suscipienda cogitamus; simul etiam in mentem nobis venit, quid ex illa actione jucunditatis aut utilitatis, quid etiam molestiæ & laboris aut incommodi indè simus habituri.

Κανονίζομεν ἢ κὴ τὰς πράξεις, ὁι μὲν μᾶλλον, ὁι ἢ ἧττον ἡδονῇ κὴ λύπῃ.

Septimum argumentum?

Virtutis proprium munus est, docere quo pacto circa res arduas & difficillimas nos gerere debeamus: quia in talibus ejus vis & præstantia maximè conspicitur. *Atqui difficile est circa voluptatem & dolorem se rectè gerere:* adeò ut *Heraclitus* dixerit, *Difficilius* esse *voluptati resistere, quàm iræ;* cùm tamen hic affectus sit vehementissimus. Et *Architas* Tarentinus apud *Cic.* ait, *Nullam capitaliorem pestem à natura hominibus datam esse, quàm corporis voluptatem.*

Ἔτι ἢ χαλεπώτερον ἡδονῇ μάχεσθαι, ἢ θυμῷ, καθάπερ φησὶν Ἡράκλειτος.

CAPUT IV.

* *Quomodo intelligendum est hoc, quod Aristoteles dicit, Justa agendo, aliquem justum fieri? Annon oportet aliquem priùs esse justum antequam justè possit agere; quemadmodum oportet aliquem priùs esse Grammaticum, aut Musicum, antequam possit Grammaticè loqui, aut Musicè canere?*

* Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς λέγωμεν ὅτι δεῖ τὰ μὲν δίκαια πράττοντας δικαίους γίνεσθαι.

NOn eadem sunt hæc duo, JUSTA agere, & JUSTE agere: illud enim potest quocunque modo, etiam absque

absque habitu justitiæ à quovis fieri; hoc autem non nisi ex habitu justitiæ, ab eo qui justus est, proficiscitur. Quemadmodum etiam potest quispiam Grammaticum quippiam in sermone proferre, licèt non sit Grammaticus, neque artem Grammaticam teneat: Grammaticè autem loqui nemo, sine cognitione artis Grammaticæ, potest.

Quod est discrimen inter actiones quæ præcedunt & quæ consequuntur habitum virtutis?

Τὰ δὴ κατὰ τὰς ἀρετὰς γινόμενα, οὐκ ἐὰν αὐτά πως ἔχῃ, δικαίως ἢ σωφρόνως πράττεται.

Actiones quæ præcedunt habitum virtutis, solùm constant nudâ & simplici mediocritate. Quæ autem ab habitu virtutis proficiscuntur, constant eâ mediocritate, quæ est secundum rectam rationem: & præcipuè æstimantur ex persona agentis.

Quæ sunt autem illæ notæ secundum quas actiones virtutum æstimantur?

* Πρῶτον μὲν ἐὰν εἰδώς· ἔπειτ' ἐὰν προαιρούμενος, καὶ προαιρούμενος δι' αὐτό.

* Quinque. Quarum prima est, Si egit sciens, ἐὰν εἰδώς. Altera nota est, Si egit certo animi proposito & consilio, ἐὰν προαιρούμενος. Tertia nota est, Si propter se, hoc est, propter amorem virtutis, & non propter aliam aliquam causam actionem illam suscepit, ἐὰν προαιρούμενος δι' αὐτό. Quarta nota est, Si firmâ & constanti animi voluntate egit; ità ut neque deinceps cupiat aliter agere, ἐὰν βεβαίως καὶ ἀμεταπτώτως ἔχων. Quinta nota ex præcedentibus quasi resultat, Si egit cum animi quadam oblectatione & voluptate, ἐὰν ἡδέως.

Requiruntúrne omnes hæ notæ & conditiones ad actionem virtutis?

* Ταῦτα δὴ πρὸς μὲν τὸ τὰς ἄλλας τέχνας ἔχειν ὃ σωσαιθ-μεῖται.

Maximé: Nam si una solùm defuerit, tum ipse agens non poterit verè propter actionem suam laudari, aut ex virtute cognomentum viri boni, hoc est, justi, fortis, aut temperantis accipere.

Solèntne etiam eædem hæ conditiones considerari in examinandis artium operibus?

* Minimé. Quoniam opera artium & artificum consi-

derantur

derantur extra personam agentis: neque in illis spectatur, quo consilio, aut quo fine, aut quâ animi voluntate vel affectione opus fecerit; sed tantùm utrùm ipsum opus scitè & secundum artem sit factum.

Quamobrem?

Quia artium opera suam perfectionem & commendationem habent in seipsis: virtutum autem opera & actiones commendationem suam habent à persona agentis; quæ si non talis est, qualis esse debet, tum ejus actio, quantumvis videatur secundum externam faciem speciosa, & præclara, tamen non potest jure laudari. Itaque in artibus, opus probat seu commendat artificem: In virtutibus verò, animus & persona agentis commendat actionem.

Quid ex his colligis?

Ex his, quæ jam dicta sunt, intelligo posse fieri, ut aliquis quidem agat ea quæ justa, temperata, fortia, aut cæteris virtutibus consentanea sunt; qui tamen nondum propterea sit justus, fortis, aut temperans, aut simili aliquâ virtute præditus dicendus: nisi illa quoque eo quo dictum est animo, consilio, fine & modo egerit.

Τὰ μὲν ἓν πράγματα δίκαια, καὶ σώφρονα λέγεται, ὅταν ᾖ ποιᾶυτα οἷα ἂν ὁ δίκαιος & καὶ σώφρων πράξειε.

CAPUT V.

Quoniam de causa Efficiente *&* Materiali *seu objecto virtutum dictum est, quid jam sequitur?*

UT de *Causa Formali*, in qua ipsa vis, natura, & essentia virtutis consistit, dicatur. Ea autem ex ejus Definitione cognoscitur.

Μετὰ δὲ ταῦτα, τί ἐστιν ἡ ἀρετή, σκεπτέον.

Define igitur Virtutem.

Duo sunt Definitionum genera apud Dialecticos; unum ὀνοματῶδες καὶ ἐννοηματικόν, *Nominale*, ut ità loquar, & *Notionale*; quo vocabuli vis & significatio solùm explicatur: alterum ἐσιῶδες καὶ πραγματῶδες, *Substantiale* & *Reale*; quo natura & essentia rei explicatur.

Respon-

Responde mihi ergò primùm de nomine virtutis.

Virtutis vocabulum, teste *Cicerone* lib. 2. *Tusc.* apud Latinos à *viro* videtur deductum esse: unde etiam sæpe pro fortitudine, quæ viri propria virtus est, κατ' ἐξοχὴν accipitur. Apud Græcos verò, ut Plato in Cratylo ait, ἀρετὴ dicta est, quasi αἰρετή, expetenda; vel κατὰ μετάθεσιν literarum, quasi ἐρατή, amabilis; vel ἀπὸ τοῦ αἴρειν, ab attollendo, quoniam animum hominis erigit & attollit ad summa: quidam etiam eam ἀπὸ τοῦ Ἄρεως, a Marte, hoc est, bello, dictam volunt; quoniam in bello virtutis vis præcipuè conspicitur & elucet.

Quæ est igitur Nominis definitio?

Ῥητέον ἐν ὅτι πᾶσα ἀρετὴ, ἣ ἂν ᾖ ἀρετὴ, αὐτό τε εὖ ἔχον ἀποτελεῖ. Cap. 6.

Virtus generatim considerata nihil aliud est, quàm cujusque rei perfectio: secundum quam ipsa res optimè se habet, & munere suo rectissimè fungitur. Atque hoc modo etiam Pythagoræi eam definiunt, Ἡ ἀρετή ὅξιν ἀχρότης, καὶ τελειότης ἑκάστου φύσεως· cui consentit ea quæ est apud *Cic.* lib. 1. de *Legibus*. *Virtus nihil aliud est, nisi in se perfecta, & ad summum perducta natura.*

Quæ est virtutis Essentialis definitio?

Ἔστιν ἄρα ἡ ἀρετὴ ἕξις προαιρετικὴ ἐν μεσότητι οὖσα. Cap. 6.

Virtus est habitus agendi aliquid cum consilio, consistens in mediocritate quoad nos relatâ, & ratione definitâ, sicut vir prudens eam definiret: Ἀρετή ὅξιν ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα τῇ πρὸς ἡμᾶς, ὡρισμένῃ λόγῳ, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε.

Quare dicis Virtutem *esse* Habitum?

Ἐπεὶ οὖν τὰ ἐν τῇ ψυχῇ γινόμενα τρία ὅξιν. Quoniam *Virtus* est animi qualitas, ideo necesse est, ut sit vel *Habitus*, vel *Potentia*, vel *Affectus*. Nam hæc tria sunt in animo, ἕξις, δύναμις, καὶ πάθος. Sed virtus neque est affectus, neque potentia. Igitur relinquitur quòd sit habitus.

Quo pacto probas Virtutem non *esse* Affectum, πάθος;

Quatuor argumentis Aristoteles idipsum probat. Quorum

rum primum est tale. *Propter affectus neque boni neque mali dicimur. At propter virtutes dicimur boni, propter vitia autem mali. Ergó.*

Alterum argumentum. * *Propter affectus simpliciter neque laudari, neque vituperari possumus. Propter virtutes autem laudamur, propter vitia verò vituperamur. Ergó.*

Tertium argumentum.* *Affectus sunt repentini motus animi absque προαιρέσει, id est, consilio & electione nostrâ, excitati. Virtutes autem non sunt ἄνευ προαιρέσεως. Ergó.*

Quartum argumentum.* *Propter affectus dicimur aliquo modo commoveri, κινεῖσθαι; quoniam illis animus nonnihil perturbatur, & quasi mutatur: Propter virtutes autem non dicimur commoveri; sed potiùs aliquo modo disponi διακεῖσθαι, & quasi conformari; ut apti & idonei ad aliquid agendum efficiamur. Ergó.*

Πάθη μὲν οὖν ἐκ εἰσίν, οὔθ' αἱ ἀρεταί, οὔθ' αἱ κακίαι, ὅτι οὐ λεγόμεθα κατὰ τὰ πάθη σπουδαῖοι ἢ φαῦλοι.

* Καὶ ὅτι κατὰ μὲν πάθη οὐδὲν ἐπαινούμεθα οὐδὲ ψεγόμεθα.

* Ἐπ ὀργιζόμεθα μὲν καὶ φοβούμεθα ἀπροαιρέτως.

* Πρὸς δὲ τούτοις, κατὰ μὲν τὰ πάθη κινεῖσθαι λεγόμεθα.

* Διὰ ταῦτα δ' οὐδὲ δυνάμεις εἰσίν.

Quo pacto probas Virtutes non esse Potentias, δυνάμεις?

Tribus id Aristoteles argumentis probat: quorum duo priora eadem sunt cum jam dictis. Quia nimirum propter potentias neque boni neque mali dicimur: ideóque etiam propter illas, neque laudari, neque vituperari possumus. Tertium argumentum sumitur à Causa efficiente. * *Potentiæ naturaliter nobis insunt. Virtutes verò & vitia non naturâ nobis insunt; sed usu & assuefactione comparantur. Ergò non sunt δυνάμεις.*

NOTA. *Quòd dicitur vitia non naturâ nobis inesse, id Philosophicè est intelligendum; quatenus vitia dicuntur esse habitus longo usu acquisiti. Alioqui S.S. literæ contrarium affirmant: nimirum figmentum humani cordis esse malum ab adolescentia sua.* Genes. 8. *cap. Et* Psal. 51. *fatetur* David, *se in peccatis conceptum & natum esse: atque ideo*

ideo Paulus *ad* Epheſ. 4. *cap. dicit, nos naturâ eſſe filios iræ. Verùm de hac corruptione naturæ humanæ Philoſophi nihil ſciverunt: atque ideo dixerunt hominem neque bonum neque malum naſci, ſed* ἀδιάφορον, *neutro modo ſe habentem, qui poſſit bonus vel malus fieri. Hanc ob cauſam* Ariſtoteles, *lib. 3. de* Anima, *comparat animum hominis nudæ tabulæ, cui nihil adhuc ſit inſcriptum; poſſit tamen aliquid vel boni vel mali inſcribi.*

CAPUT VI.

Quoniam explicâſti Genus, *quod in Definitione virtutis poſitum fuit: perge etiam ad* Differentias.

Virtus eſt ἕξις προαιρετική.

PRIMA *Differentia* eſt, quòd dicitur eſſe ἕξις προαιρετική, *Habitus*, ut in Scholis loquuntur, *Electivus*, hoc eſt, conjunctus cum animi electione, propoſito, & conſilio aliquid agendi. Hâc differentiâ virtus *Moralis* ſeparatur à virtutibus *Intellectûs*: in quibus non ſpectatur προαίρεσις, quoniam ſunt in animo rationali, cui non tribuitur voluntas, aut appetitus. Per hanc differentiam quoque excluduntur omnes aliæ actiones, quæ vel temere, caſu, & fortuitò; vel naturaliter, vel denique neceſſitate quadam ab invitis ſuſcipiuntur aut fiunt.

Quæ eſt altera Differentia?

Altera *Differentia* eſt, quòd habitus iſte dicitur conſiſtere *in Mediocritate*. Hæc *Differentia* eſt *Specifica*, continens cauſam formalem virtutis, ſine qua nulla virtus eſſe poteſt; & per quam virtus revera ſeparatur à vitio: in quo non eſt mediocritas, ſed exceſſus, vel defectus.

* Εἰ δὴ πᾶσα ἐπιστήμη ὅτῳ τὸ ἔργον εὖ ἐπιτελεῖ.

Quomodo probas Virtutem *eſſe in* Mediocritate?

Primùm, *Ex comparatione* artium, & virtutum. *Si enim in artibus & artium operibus perfectio & bonitas æſtimatur

matur ex mediocritate: multò magis hoc faciendum est in virtutibus, & earum actionibus, quæ illis longè sunt præstantiores. Deinde, *A contrario:* Nam si affectus, & actiones ideo judicantur esse vitiosæ, & solent reprehendi, quia vel plus vel minus illis adest quàm oportet, hoc est, quia à mediocritate recesserunt: necessariò sequitur, virtutem, ejúsque actiones ideo laudari, quòd non plus vel minus habent quàm oportet; hoc est, propter mediocritatem, in qua earum rectitudo & laus præcipuè consistit.

Ἐν δὲ τούτοις ὄζιν ὑπερβολὴ καὶ ἔλλειψις.

Tertiò, Ostenditur hoc *ex Analogia* Virtutis, & Medii: Quemadmodum medium in qualibet re est tantùm unum; ità etiam uno tantùm modo ex virtute rectè agere possumus: multipliciter verò circa unam eandémque actionem peccare. Ex quo efficitur, virtutem in mediocritate potiùs quàm extra eam esse positam. Atque hæc ipsa causa est, cur adeò difficile sit ex virtute agere; & cur tam pauci sint boni: contrà verò facillimum sit peccare, & plurimi reperiantur mali. Itaque *Plato* in lib. 4. de *Rep.* ait, Ἓν μὲν εἶδος τῆς ἀρετῆς, ἄπειρα δὲ τῆς κακίας. Et *Theognis*, Ἐσθλοὶ μὲν γὰρ ἁπλῶς, παντοδαπῶς δὲ κακοί. Quò etiam pertinet *Aristot.* in lib. 1. *Mag. Moral.* sententia, τὸ μὲν γὰρ κακόν, πολυειδές· τὸ δὲ ἀγαθόν, μονοειδές.

Ἐπὶ τὸ μὲν ἁμαρτάνειν πολλαχῶς ὄζι· τὸ δὲ κατορθοῦν, μοναχῶς.

Qualis debet esse Mediocritas *in* Virtute?

Id Aristoteles duabus particulis explicat; cùm adjicit τῇ πρὸς ἡμᾶς, eâ quæ nos respicit, ὡρισμένῃ λόγῳ, definitâ ratione viri prudentis.

* Καὶ ταῦτα ἢ κατ' αὐτὸ τὸ πρᾶγμα, ἢ πρὸς ἡμᾶς.

Cur dixit πρὸς ἡμᾶς?

* Quia *Mediocritas*, seu *Medium* dupliciter consideratur: vel *quoad rem* ipsam, & dicitur μέσον τὸ πράγματος, *medium rei*; vel *quoad personam*, sive respectu nostrî, & dicitur μέσον πρὸς ἡμᾶς.

* Λέγω δὲ τὸ μὲν τοῦ πράγματος μέσον, τὸ ἴσον ἀπέχον ἀφ' ἑκατέρου τῶν ἄκρων.

Quid vocas Medium rei?

* *Medium rei* est, quod utrinque æqualiter distat à suis extremis, secundum proportionem Arithmeticam. Hoc medium

medium ſemper unum & idem eſt, eodémque ſe modo ad ſua extrema habet: veluti ſunt quatuor inter duo & ſex, item ſex inter duo & decem. Tale medium eſt centrum in circulo.

Quid vocas Medium Perſonæ?

Πρὸς ἡμᾶς δὲ τὸ μήτε πλεονάζειν, μήτε ἐλλείπειν.

Medium Perſonæ, quod uni extremorum vicinius eſt, alteri verò remotius, ſecundum proportionem Geometricam: neque tamen plus, vel minus habet quàm decet; ſed accommodatum eſt cuique perſonæ, pro ratione circumſtantiarum loci, temporis, & aliarum, quæ circa actionem ſunt conſiderandæ.

Quod Medium *in virtute & virtutis actionibus conſideratur?*

Hoc poſterius, quod refertur ad perſonam, & circumſtantias actionis: idque propter duas cauſas. Primùm, Quia virtus non æquali prorſus intervallo à ſuis extremis diſtat; ſed interdum cum uno, interdum verò cum altero extremo majorem habet cognationem. Deinde, Quia virtus ſe accommodat circumſtantiis: in quibus omnis vis actionis verſatur.

Cur additur altera particula in Definitione, definitâ ratione, ſicut vir prudens eam definiret?

Λείπειν λέγω, καὶ ὡς ἂν ὁ φρόνιμος ὁρίσειε.

Quoniam maxima eſt varietas circumſtantiarum in ſingulis actionibus: adeò ut quæ actiones alioqui ſecundum externam ſpeciem viderentur eſſe ſimiles, tamen in circumſtantiis adeò variant, ut propè diverſo & contrario modo de illis ſit judicandum.

In tanta autem varietate, non eſt cujuſvis ipſum medium videre, ſed tantùm viri prudentis: qui ſolus ex longo rerum uſu in omnibus actionibus, quid ſingulis perſonis, locis, temporibus, atque aliis circumſtantiis conveniat, intelligit. Unde etiam infrà in libr. 6. affirmat, *Nullam virtutem Moralem ſine prudentia poſſe eſſe perfectam.*

Si

Si Virtus *est* μεσότης, Mediocritas, *quare à Pythagoréis dicitur esse* ἀκρότης, Extremitas?

Hæc non inter se pugnant. Virtus enim duobus modis consideratur: vel κατὰ τὴν οὐσίαν, secundum suam naturam & essentiam, & tunc dicitur esse μεσότης, mediocritas; vel κατὰ τὴν ποιότητα, secundum qualitatem suam, hoc est, bonitatem & perfectionem, & tunc rectè quoque dicitur ἀκρότης, extremitas. Quia ipsa in rebus humanis supremum locum in ordine bonorum obtinet: quemadmodum dicitur, Τῆς ἀρετῆς οὐδὲν ὄντι πρωτεῖον, *Virtute nihil est præstantius.* In hanc sententiam etiam scribit *Plutarchus* in libello *de virtute morali:* Ἡ ἀρετὴ ἀκρότης μέν ἐστι τῇ δυνάμει, καὶ τῇ ποιότητι· τῷ ποσῷ δὲ μεσότης γίνεται, τὸ ὑπερβάλλον ἐξαιροῦσα καὶ τὸ ἐλλεῖπον.

Διὸ κατὰ μὲν τὴν οὐσίαν καὶ τὸν λόγον τὸν τί ἦν εἶναι λέγοντα, μεσότης ὄντιν ἡ ἀρετή· κατὰ δὲ τὸ ἄριστον καὶ τὸ εὖ, ἀκρότης.

Quorum autem respectu Virtus *dicitur esse* Mediocritas?

Respectu duorum extremorum, quæ sunt vitiosa, & non solùm virtuti, sed etiam sibi mutuò opposita: Quorum unum dicitur habere τὸ μᾶλλον, *magis*; & nominatur ὑπερβολή, *excessus*, à Cic. *Nimium*. Alterum dicitur habere τὸ ἧττον, *minus*: & vocatur ἔλλειψις *defectus*, à Cicerone *Parum*.

Μεσότης δὲ δύο κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν.

Omnésne affectus & actiones sunt hujus Mediocritatis capaces?

Pro hujus quæstionis explicatione notanda est hæc distinctio. * *Affectiones & actiones* aliæ sunt PER SE & suâ naturâ BONÆ; quæ etiam propter se, & non propter mediocritatem laudantur: ut *Amor erga Deum, patriam, parentes, & conjuges*; Item *Timor Dei, Dilectio proximi, Odium vitiorum*: Sic in actionibus, *Deum rectè colere, Parentes honorare, Veritatem dicere, Honestè vivere*, &c. Quædam sunt PER SE & suâ naturâ MALÆ ac vitiosæ: adeò ut nunquam possint admittere laudabilem mediocritatem:

* Οὐ πᾶσα δ' ὑπιδέχεται πρᾶξις, οὐδὲ πᾶν πάθος τῷ μεσότητα· ἔνια γὰρ εὐθὺς ὠνόμασται συνειλημμένα κατὰ τῆς φαυλότητος· οἷον, ὀπὶ χαιρεκακία, ἀναισχυντία, φθόνος· καὶ ὀπὶ τῶν πράξεων, μοιχεία, κλοπή, ἀνδροφονία.

critatem: ut *Invidia, Malevolentia, Immiſericordia, Odium bonorum.* Sic in actionibus, *Furari, ſcortari, pejerare, latrocinari, injuriam facere*, &c. Hæc & hujuſmodi nunquam poſſunt ità mediocriter fieri, ut laudem mereantur. Aliæ denique ſunt ſuâ naturâ INDIFFERENTES, per ſe neque bonæ, neque malæ; ſed tantùm bonæ propter mediocritatem, vitioſæ autem, ſi à mediocritate recedunt; ut *Voluptas, Dolor, Amor, Gaudium, Metus, Ira:* item in actionibus, *Edere, bibere, dormire, dare, accipere, opes acquirere, honores expetere*, &c. Atque circa ejuſmodi affectus & actiones propriè verſatur virtus Moralis, oſtendendo quo pacto modus in illis ſit obſervandus, & vitandus exceſſus, vel defectus.

Quare in affectibus & actionibus per ſe malis non poteſt dari mediocritas aliqua laudabilis?

Οὐκ ἔστιν ἓν ἁμαρτάνειν περὶ αὐτὰ κατορθοῦν, ἀλλ' ἀεὶ ἁμαρτάνειν.

Primùm, Quia, cùm per ſe ſint malæ, nunquam poſſunt aliquâ mediocritate effici bonæ: quandoquidem earum vitioſitas non eſt propter exceſſum, vel defectum; aut propter alias circumſtantias; ſed propter ipſarum naturam ideóque etiam nunquam licet in illis κατορθοῦν, rectè agere. Deinde, Si in talibus poſſet dari bona aliqua mediocritas, tum iſtius mediocritatis etiam alia quærenda eſſent extrema; non enim poteſt eſſe mediocritas ſine extremis & vice versâ. Et ſic iſtorum extremorum rurſus alia eſſent quærenda extrema; & hoc modo progreſſio abiret in infinitum: quod eſt abſurdum.

CAPUT VII.

Eſtnè una tantùm virtus, an verò ſunt plures ejus Species?

Δεῖ δὲ τοῦτο μὴ μόνον καθόλου λέγεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς καθέκαστα ἐφαρμόττειν.

ZEno, *Menedemus*, *Ariſto*, & alii *Stoici*, ut refert *Plutarchus* in libello *De virtute morali*, dixerunt UNAM tantùm, quoad eſſentiam, eſſe VIRTUTEM: quæ poſtea varias ſortitur appellationes, prout variis objectis applicatur,

applicatur, & varias producit actiones. Exempli gratiâ, Unus idémque habitus animi, quando mediocritatem servat circa metum & fiduciam, appellatur *Fortitudo*; circa voluptates corporis, *Temperantia*; circa iram, *Mansuetudo*; circa pecuniarum tractationem, *Liberalitas*; circa contractus, *Justitia:* Et sic de cæteris.

Quid tibi de hac opinione videtur?

Hæc opinio de unitate virtutis, si rectè intelligatur, non omnino est absurda. Quia una est tantùm recta ratio, quæ ostendit mediocritatem in omnibus actionibus servandam: ex qua etiam dimanant omnes virtutes. Ea autem est ipsa *Prudentia*, quæ propterea à Pythagoréis *Mater omnium virtutum*, & à Platone *Oculus virtutum* nominatur. *Plato* tamen, *Aristoteles*, *Cicero*, & alii, ut virtutum natura & proprietates meliùs possent cognosci, & à se mutuò distingui, rectè PLURES virtutum SPECIES constituerunt.

Quot Plato & Cicero faciunt virtutum Species?

Quatuor: quæ vulgò *Cardinales* appellantur: veluti sunt, *Prudentia*, *Justitia*, *Fortitudo*, & *Temperantia*; quibus alias quoque subjecerunt Species, tanquam earum socias.

Quæ sunt illæ?

PRUDENTIÆ adjunguntur *reliqui habitus Intellectûs*, & *Ars*.

FORTITUDINI subjiciuntur, *Magnanimitas*, *Confidentia*, *Patientia*, *Constantia*, *Tolerantia*, *Perseverantia*.

JUSTITIA sub se complectitur *Liberalitatem*, *Magnificentiam*, *Gratitudinem*, *Pietatem*, *Veritatem*, *Observantiam*, &c.

TEMPERANTIÆ cognatæ sunt, *Continentia*, *Castitas*, *Abstinentia*, *Sobrietas*, *Modestia*, *Mansuetudo*, *Humanitas*, *Urbanitas*, &c.

Quot Aristoteles in his libris ponit Virtutum Moralium Species?

Undecim: quas ordine in hoc capite unà cum earum extremis enumerat; ut veluti in tabula ostendat, verum esse quod dixit, Omnem virtutem consistere in mediocritate; hoc est, medium habere locum inter duo extrema.

Quot sunt in singulis considerandæ?

Quatuor. Primùm, Earum *Nomina*, seu appellationes. Deinde, *Objecta*, circa quæ versantur. Tertió, *Propriæ* cujusque *actiones*. Quartó, Singularum virtutum *Extrema*.

Enumera mihi illas Species.

Περὶ μὲν οὖν φόβους καὶ θάρρη ἀνδρεία μεσότης.

Prima Species est, ἡ ἀνδρεία, *Fortitudo*. Ejus Objecta sunt, *Metus & fiducia in rebus periculosis*. Actiones sunt, *Adire & perferre pericula & labores cum ratione*. Extremum in excessu θρασύτης, *Audacia*, seu temeritas; item ἀφοβία, *Metûs vacuitas*; in defectu, δειλία, *Timiditas*, seu ignavia.

Altera Species est, ἡ σωφροσύνη, *Temperantia*. Ejus Objecta sunt, *Voluptates & dolores corporis*. Actiones sunt, *Moderatè voluptates expetere, illisque frui: dolores autem fugere*. Extremum in excessu dicitur ἀκολασία, *Intemperantia:* in defectu verò proprio nomine caret; quia est rarissimum; potest tamen appellari ἀναισθησία, *Sensuum stupor*.

Tertia Species est, ἡ ἐλευθεριότης, *Liberalitas*, vel *Beneficentia*. Objecta sunt, τὰ χρήματα, *pecuniæ, opes*, atque *divitiæ*. Actiones, διδόναι καὶ λαμβάνειν, *dare & accipere*. Extremum in excessu ἡ ἀσωτία, *Profusio*, seu *prodigalitas*; in defectu ἀνελευθερία, *Illiberalitas*.

Quarta Species est, ἡ μεγαλοπρέπεια, *Magnificentia*. Objecta sunt, μεγάλα χρήματα, *magnæ opes*. Actio, δαπανᾶν, *sumptus facere*. Extremum in excessu, ἀπειροκαλία, *Luxus*; in defectu, μικροπρέπεια, *Indecora parsimonia*, Sordes.

Quinta Species est, μεγαλοψυχία, *Magnanimitas*. Objecta sunt, *honores magni*. Actiones, *expetere, vel respuere magnos*

magnos honores. Extremum in excessu, χαυνότης, *Fastus*, seu *animi elatio*; in defectu, μικροψυχία, *Pusillanimitas*, seu *animi dejectio.*

Sexta Species est, *Modestia circa honores:* apud Græcos est ἀνώνυμος, id est, proprio nomine destituta; interdum tamen appellatur φιλοτιμία, *Honoris studium.* Objecta sunt, *Honores parvi*, & *vulgares.* Actiones, *expetere, aùt respuere parvos honores.* Extremum in excessu est, φιλοτιμία, *Ambitio*, seu *nimium honoris studium*; in defectu, ἀφιλοτιμία, *Contemptus honorum.*

Septima Species est, πραότης, *Mansuetudo.* Objectum est *ira.* Actiones sunt, *iram cohibere & frænare.* Extremum in excessu, ὀργιλότης, *Iracundia:* in defectu, ἀοργησία, *Iræ vacuitas:* à Cicerone vocatur *Lentitudo.*

Octava Species est, ἡ φιλία, *Humanitas*, seu *Comitas*, & *Affabilitas.* Objectum est, τὸ ἡδύ, *jucundum in seriis congressibus & negotiis.* Actiones sunt, *jucundè & amicè, citra offensionem, cum aliis conversari.* Extremum in excessu, ἀρέσκεια, *Assentatio*, καὶ κολακεία, *Adulatio*; in defectu, δυσκολία, *Morositas.*

Nona Species est, ἡ ἀλήθεια, *Veritas*, aut *Veracitas*, seu *Candor.* Objectum, τὸ ἀληθὲς, καὶ τὸ ψεῦδος, *Verum, & falsum.* Actiones sunt, *Veritatem profiteri tam in dictis quàm in factis.* Extremum in excessu, Ἀλαζονεία, *Arrogantia, jactantia*; in defectu, εἰρωνεία, *Dissimulatio.*

Decima Species est, ἡ εὐτραπελία, *Urbanitas.* Objecta sunt, *ludi & joci.* Actiones, *ludere, jocari.* Extremum in excessu, βωμολοχία, *Scurrilitas*; in defectu, ἀγροικία, *Inurbanitas.*

Undecima Species est, ἡ δικαιοσύνη, *Justitia.* Objecta sunt, *quævis bona vel mala, quæ cum aliis sunt communicanda.* Actiones sunt, *Commutare*, & *distribuere.* Extremum in excessu, & alterum in defectu, uno vocabulo appellantur ἀδικία, *Injustitia*, quæ in utroque, nempe in excessu & defectu, simul peccat: cùm nimirum uni plus, alteri verò minus quàm ei debetur, tribuitur.

Quid autem tibi videtur de Verecundia, & Indignatione? Sunt ne quoque virtutes?

Εἰσὶ δὴ καὶ ἐν τοῖς πάθεσι, καὶ ἐν τοῖς περὶ τὰ πάθη, μεσότητες.

Duo hi affectus magnam cum virtute habent cognationem, propterea quòd habent & laudabilem mediocritatem, & utrinque vitiosa extrema. Sed tamen propriè loquendo non possunt virtutes Morales nominari: quia non sunt constantes animi habitus, nostro studio & longâ assuefactione acquisiti; sed sunt repentini quidam motus, ἄνευ προαιρέσεως, h. e. *citra nostram voluntatem* aut electionem excitati. *Verecundia* nominatur ἡ αἰδώς. Ejus extremum in excessu est κατάπληξις, *Stupor*, seu *Consternatio:* In defectu, ἀναισχυντία, *Impudentia*; quæ est *omnium virtutum expultrix*; quemadmodum *Verecundia* à Cicerone dicitur esse *omnium virtutum custos.*

Indignatio appellatur νέμεσις. Ejus extremum in excessu vocatur φθόνος, *Invidia, livor:* in defectu est ἡ ἐπιχαιρεκακία, *Malevolentia.*

CAPUT VIII.

Quoniam dixisti virtutem medium locum habere inter duo extrema vitia: dic mihi, Quo pacto illa tria erga se mutuò sunt affecta?

Τριῶν δὴ διαθέσεων ὄντων, δύο μὲν κακιῶν, τῆς μὲν καθ' ὑπερβολήν, τῆς δὲ κατ' ἔλλειψιν, μιᾶς δὲ ἀρετῆς τῆς μεσότητος, πᾶσαι πάσαις ἀντίκεινταί πως. *Ὥσπερ γὰρ τὸ ἴσον, πρὸς μὲν τὸ ἔλαττον, μεῖζον· πρὸς δὲ τὸ μεῖζον, ἔλαττον. οὕτως αἱ μέσαι ἕξεις, πρὸς μὲν τὰς ἐλλείψεις, ὑπερβάλλουσι· πρὸς δὲ τὰς ὑπερβολάς, ἐλλείπουσι.

TRiplex hoc loco notanda est ἀντίθεσις, *Oppositio:* Una, *Medii & Extremorum*, hoc est vitiorum; Altera, *Extremorum inter se*; Tertia, *Extremorum cum medio.*

Quæ est medii seu virtutis, & extremorum, hoc est, vitiorum, ἀντίθεσις;

Virtus suis extremis *non Simpliciter*, sed tantùm *ratione* τῆς ὑπεροχῆς, id est, *Exuperantiæ*, opponitur: quatenus nimirum ab uno superatur, alterum verò superat. Quia virtus participat utrumque extremum, hoc est, cum utroque extremo habet aliquam similitudinem; non tamen eodem modo: sed cum uno majorem, cum altero minorem.

Quid ex hac oppoſitione conſequitur?

Hinc fit, ut extrema nonnunquam conentur ſuccedere in locum medii, & cupiant haberi pro virtutibus. Exempli gratiâ, Audax vult haberi fortis, reſpectu timidi: quia audacia majorem habet cognationem cum fortitudine, quàm timiditas. Et prodigus vult haberi liberalis, reſpectu avari: quia propiùs ad liberalem accedit in dando, quàm avarus.

Διὸ καὶ ἀπωθοῦνται τὸ μέσον οἱ ἄκροι.

Quare hæc ἀντίθεσις eſt notanda?

Ut vitia à virtutibus meliùs poſſint diſcerni. Nam, ut Horat. ait, ſæpe--*fallit vitium ſpecie virtutis.* Et Ovid. lib. 1. de Remed. amor. *Et mala ſunt vicina bonis: errore ſub illo, Pro vitio virtus crimina ſæpe tulit.* De qua re etiam *Cicero in Part.* nos admonet: *Cernenda,* inquit, *diligenter ſunt, nè fallant nos ea vitia, quæ virtutem videntur imitari. Nam prudentiam malitia, & liberalitatem effuſio, & fortitudinem audacia imitatur: & patientiam durities immanis, & juſtitiam acerbitas, & religionem ſuperſtitio, & lenitatem mollitia animi, & verecundiam timiditas.*

* Οὕτω δ' ἀντικειμένων ἀλλήλοις τούτων, πλείων ἐναντίωσις ἔστι τοῖς ἄκροις πρὸς ἄλληλα, ἢ πρὸς τὸ μέσον.

Quæ eſt extremorum, hoc eſt, vitiorum, inter ſe oppoſitio?

*Extrema ſibi mutuò magìs adverſantur, quàm ipſi medio, ſeu virtuti: Primùm, Quia longiùs à ſe mutuò diſtant, quàm à medio. Deinde, Quia major eſt inter extrema diſſimilitudo, quàm inter medium & extrema. Exempli gratiâ, Parvum à magno magìs diſtat, quàm ab æquali: Item tria & novem longiùs à ſe diſtant, quàm tria & ſex. Sic etiam audax à timido magìs differt, quàm à forti.

* Πρὸς δὲ τὸ μέσον ἀντίκεινται ἐφ' ὧν μὲν μᾶλλον ἡ ἔλλειψις, ἐφ' ὧν δ' ἡ ὑπερβολή.

Quæ eſt affectio extremorum erga medium, id eſt, virtutem?

*Extrema non æqualiter medio, hoc eſt, virtuti, opponuntur; ſed unum magìs, alterum verò minùs ei adverſatur; interdum exceſſus, interdum verò defectus. Exempli

gratiâ, Fortitudini magis adversatur timiditas, quæ est in defectu; quàm audacia, quæ est in excessu. Mansuetudini verò magis adversatur iracundia, quæ est in excessu; quàm lenitas, quæ est in defectu.

Quæ est hujus oppositionis ratio?

Διὰ δύο ἢ αἰτίας τοῦτο συμβαίνει μίαν μὲν πρὸς αὐτὸ τὸ πράγματος, ἑτέραν δ' ἐξ ἡμῶν αὐτῶν.

Duæ adferuntur ab Aristotele *rationes*. Quarum prima sumitur ἐξ αὐτοῦ τοῦ πράγματος, *Ex rerum natura*. Nam quæ sibi mutuò magis sunt similia, ea etiam minùs inter se pugnant. Altera sumitur ἐξ ἡμῶν αὐτῶν, *A nobis ipsis*. Nam ea extrema seu vitia, ad quæ depravata & corrupta nostra natura magis est propensa, sunt etiam deteriora; & propterea virtuti magis adversantur. Quoniam, ut in lib. 1. dictum est, Appetitus noster semper adversatur rectæ rationi. Exempli gratiâ, Quia naturâ procliviores sumus ad intemperantiam, ignaviam, avaritiam, & similia vitia, quàm ad eorum contraria: ideo illa quoque sunt deteriora.

Excessúsne, an defectus medio, h. e. virtuti, magis adversatur?

Non in omnibus eadem est ratio. *Interdum* enim *Excessus*, *interdum* verò *Defectus* virtuti magis adversatur. *Plerunque* tamen magis vitandus est *Excessus*, quàm *Defectus*. Ratio hujus est, quia excessus plùs potest nocere, & minùs corrigi, quàm defectus: quemadmodum Cic. de Orat. ait, *Suus cuique modus est: tamen magis offendit Nimium, quàm parùm.* Et Isocrates ad Nicoclem scribit, *Optimum est servare modum: quoniam autem is cognosci facilè non potest, potiùs eligere debes defectum, quàm excessum. Nam mediocritates magis in defectu, quàm in excessu vigent:* αἱ γὰρ μετριότητες μᾶλλον ἐν ταῖς ἐνδείαις, ἢ ταῖς ὑπερβολαῖς ἰσχύουσι.

CAPUT. IX.

Quoniam difficile est medium in agendo attingere, quæ hîc observanda sunt præcepta?

ARistoteles tria generalia præcepta tradit consequendæ mediocritatis in actionibus: quorum primum est tale.

Ab

Ab extremo, quod medio magis adversatur, etiam magis est recedendum; & declinandum ad illud, quod videtur medio esse propinquius. Ratio est, quia in illo magis peccatur, quàm in altero. Atqui *Inter duo mala semper minus malum est eligendum.* Et, quemadmodum in Proverbio dicitur, *Si primâ navigatione uti non licet, arripienda est secunda.*

Δεῖ τὸν πρὸς τὸ μᾶλλον ἐναντίον.

Quomodo Aristoteles hoc præceptum confirmat?

A præcepto simili, quod Circe Nympha dederat Ulyssi in patriam redituro, ut est apud *Hom.* lib. 12. *Odyss.* Cùm enim ei inter duos scopulos periculosos, Scyllam & Charybdim, in mari Siculo esset præternavigandum: monuit eum Circe, ut navem magis deflecteret à Charybdi, tanquam periculosiore scopulo.

Quid autem hîc cavendum est?

Nè, dum ab uno extremo nimiùm nobis cavemus, incidamus in alterum: quemadmodum stultis accidere solet, secundum illud, *Dum vitant stulti vitia, in contraria currunt.* Néve objici nobis possit illud Poëtæ, *Incidit in Scyllam cupiens vitare Charybdim.*

Quod est alterum præceptum?

Ad quæ vitia naturâ sumus procliviores, ab iis magis est recedendum, & ad contrarium contendendum. Declaratur exemplo simili eorum, qui ligna distorta & curva volunt rectificare; hi enim solent ea in contrariam partem flectere. Ut qui videt se propensum esse ad avaritiam, debet contendere ad prodigalitatem: & sic paulatim incipiet fieri liberalis.

Σκοπεῖν δὲ δεῖ πρὸς ἃ καὶ αὐτὸς εὐκατάφοροί ἐσμεν.

Quod est tertium præceptum?

In omnibus actionibus, & negotiis suscipiendis, cavendum est, nè æstimemus illas ex voluptate, ut ejus causâ quicquam suscipiamus. Ratio, Quoniam naturam nostram voluptas ità infecit, & corrupit, ut, si eam adhibeamus in consilium, nunquam possimus rectè de rebus agendis judicare.

Ἐν πάντι δὲ μάλιστα φυλακτέον τὸ ἡδὺ καὶ τὴν ἡδονήν.

care. Sicut inquit Cic. in Catone, *Impedit consilium voluptas, rationi inimica, & mentis perstringit oculos.* Et lib. 2. Offic. *Voluptates blandissimæ dominæ sæpe majores partes animi à virtute detorquent.*

Quo pacto Aristoteles hoc præceptum confirmat?

A præcepto simili, quod *Homerus* lib. 3. *Iliad.* scribit seniores Trojanorum dedisse regi Priamo: ut Helenam potiùs ad Græcos ablegaret, quàm ut propter eam totum regnum suum in periculum conjiceret. In quam sententiam *Cicero* lib. 3. de *Fin.* scribit: *Voluptatem dimittamus, & suis se finibus tenere jubeamus; nè blanditiis ejus illecebrisque capiamur.*

LIBER III.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes Tertii libri?

Τῆς ἀρετῆς δὴ περὶ πάθη τε καὶ πράξεις ἐστὶν, καὶ ἐν μὲν τοῖς ἑκουσίοις ἐπαίνων καὶ ψόγων γινομένων.

DUÆ sunt partes hujus libri. Nam in primis quinque capitibus agitur de quibusdam adjunctis actionum, quæ solent considerari, quando verè & rectè de illis judicare & pronunciare volumus; utrùm bonæ, & laude dignæ sint; an verò vitiosæ, & reprehensione atque pœna dignæ. In altera parte hujus libri, in specie agit de duabus virtutibus: nempe Fortitudine, usquè ad decimum caput; & de Temperantia, usquè ad finem libri.

CAPUT I.

Quæ sunt illa adjuncta, secundum quæ dixisti actiones solere æstimari?

QUinque: τὸ ἑκούσιον καὶ ἀκούσιον, *Spontaneum & Invitum:* ἡ προαίρεσις, *Electio:* ἡ βούλευσις, *Consultatio:* ἡ βούλησις, *Voluntas:* Et τὸ αὐτεξούσιον, *Liberum arbitrium.*

Quò

Quò referuntur hæc quinque?

Ad duo, quæ in omni vera actione ſunt neceſſaria: nempe *Notitia* rei agendæ, & *Voluntas* agentis. Oportet enim agentem & ſcire quid agat, & idipſum quoque velle.

Quomodo diſtinguuntur actiones ſecundum hæc duo?

Ratione cognitionis, actiones dicuntur fieri vel à ſcientibus, vel ab ignorantibus. Ratione autem voluntatis, actiones dicuntur fieri à volentibus; unde exiſtunt voluntariæ & ſpontaneæ actiones: vel dicuntur fieri à non volentibus, h.e. ab invitis, aut coactis; unde exiſtunt actiones invitæ, aut coactæ, quæ interdum vocantur violentæ.

Quid eſt Spontaneum, τὸ ἑκούσιον;

Spontaneum dicitur, cujus principium eſt in ipſo agente, & ſciente ſingulas actionis circumſtantias: ἑκούσιον δ' ἂν τὸ ἑκούσιον εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότι τὰ καθ' ἕκαστα ἐν οἷς ἡ πρᾶξις.

Quid eſt Invitum, τὸ ἀκούσιον;

Invitum dicitur, quod quiſpiam vel vi coactus, vel per ignorantiam admiſit, τὸ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενον.

Quotuplex eſt τὸ ἀκούσιον;

Duplex eſt: *Violentum,* βίαιον· vel profectum eſt *Ex ignorantia,* & nominatur ἀκούσιον διὰ τὴν ἄγνοιαν γινόμενον.

Quid eſt Violentum, τὸ βίαιον;

Violentum eſt, cujus principium eſt extra agentem, adeò ut is qui agit, aut patitur, planè nihil adjumenti ad illam actionem conferat: οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν, τοιαύτη οὖσα, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεσθαι ὁ πράττων, ἢ ὁ πάσχων. Veluti cùm Antiochus rex Judæos hederâ coronatos vi pertraxit ad ſacrificia Bacchi: aut cùm vehemens ventus navim abripit, & violenter impellit in ſcopulos, nauclero renitente.

Δόξειε δ' ἂν τὸ ἑκούσιον εἶναι, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ. circa finem capitis.

Δοκεῖ δὴ ἀκούσια εἶναι τὰ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν γινόμενα.

* Βίαιον δέ, οὗ ἡ ἀρχὴ ἔξωθεν

Quot

Quot requiruntur ad demonstrandam actionem violentam?

Tria. Primùm, *Ut principium seu causa movens sit extra agentem.* Deinde, *Ut principium illud sit satis validum ad motum illum perficiendum.* Tertiò, *Ut agens vel patiens planè nihil adjumenti conferat ad illam actionem.* Veluti cùm duo aut plures robusti lictores aliquem ligatis manibus & pedibus deportant in carcerem.

Quotuplex est violentum?

Ὅσα δὴ διὰ φόβον μειζόνων κακῶν πράττεται, ἢ διὰ καλόν τι. Et paulò pòst, τὰ δὴ ποῖα φατέον βίαια;

Duplex. Unum dicitur *Absolutè & Simpliciter violentum:* cujusmodi est illud, de quo modò dictum est. Aliud autem dicitur *Violentum secundum quid:* quando vel metu evitandi alicujus mali, vel spe consequendi alicujus boni, vel aliquâ aliâ necessitate urgente movemur ad aliquid suscipiendum, vel agendum, quod aliàs nunquam faceremus. Ut cùm mercator, obortâ tempestate, ad evitandum naufragium, & ad salvandum se, atque cæteros, qui simul in navi sunt, merces suas in mare projicit. Aut si viator latronibus, pro redimenda vita, promittit certam summam pecuniæ.

Quomodo nominantur tales actiones?

Μικταὶ μέν γ' ἂν εἰεν αἱ τοιαῦται πράξεις.

Aristoteles ait eas posse nominari *mixtas*; quia sunt partim voluntariæ, partim invitæ.

Quot modis igitur considerantur?

Duobus modis: vel *Simpliciter*, & ex seipsis; vel *Respectu causæ finalis*, aut *temporis*, cur, & quando fiunt. Quando simpliciter considerantur, tum videntur magìs invitæ, quàm voluntariæ esse: quia nemo ultro & suâ sponte eas susciperet, si voluntas ejus planè esset libera. Quando verò considerantur ratione finis propter quem, & temporis quo suscipiuntur; tum magìs sunt voluntariæ, quàm invitæ nominandæ.

Quare

Quare autem tunc videntur esse magis voluntariæ?

Primùm, *Quia earum fines & circumstantiæ sunt in nostra electione & potestate.* Etsi enim tunc voluntas nostra non planè sit in illis libera: tamen quia datur agenti optio, ut alterutrum eligat & faciat, ideo dicuntur voluntariæ. Nam, ut Jureconsulti aiunt, *Voluntas coacta etiam est voluntas.* Deinde, *Quia earum principium & causa, unde motus proficiscitur, est in agente.* Nam etiam ipse mercator admovet manus mercibus, quas in mare projicit: & aliis, ut idem faciant, autor est. Tertió, *Quia propter ejusmodi actiones interdum rectè possumus laudari & excusari, aut reprehendi, & puniri:* quod certè fieri non posset, si prorsus essent invitæ.

Αἱρεταὶ γάρ εἰσι τότε, ὅτε πράττονται.

Quæ sunt hujusmodi actionum Differentiæ?

Variæ & multiplices sunt mixtarum actionum differentiæ: possunt tamen ferè ad quatuor redigi species. Quarum prima species est earum, quæ merentur laudem; quando propter magnum aliquod bonum consequendum indecorum quippiam, attamen sine scelere, admittimus: ut *Solon* simulavit insaniam, & furibundo similis in forum procurrit, ut legem quandam pernicioſam abrogaret. *Zopyrus* turpiter faciem suam dilaceravit & fœdavit, ut posset regi Dario Babylonem prodere.

Ἐπὶ ταῖς πράξεσι δ' ταῖς τοιαύταις ἐνίοτε μὲν ἐπαινοῦσι, ὅταν αἰσχρόν τι ἀνθρώπου ὑπομένωσιν ἀντὶ μεγάλων καὶ καλῶν.

Quæ est altera Species?

Est earum quæ merentur reprehensionem: quando, exigui alicujus commodi gratiâ, turpe aliquid admittimus: ut *Esau* propter pulmentum vendidit fratri suo *Jacobo* jus primogenituræ. Imperator *Vespasianus*, propter turpe lucrum, tributum exegit è lotio.

Αν δ' ἀνάπαλιν, ψέγονται.

Quæ est tertia Species?

Est earum, quæ merentur excusationem & veniam: quando indecorum aliquid admittimus gravissimis causis

Ἐπ' ἐνίοις δ' ἔπαινος μὲν οὐ γίνεται.

sis impulsi; quas contemnere aut sustinere non potuimus: ut si servus gravi in torturâ heri sui consilia prodit. Hoc modo Cicero excusat Pub. Rutilium, quòd vestitûs mutatione effûgit crudelitatem Mithridatis.

Quæ est quarta Species?

Ἐνια δὲ ἴσως ἐκ ἔστιν ἀναγκαῖα. Est earum, quæ nullam merentur excusationem aut veniam: quando, vel in gratiam aliorum, vel ad evitandas pœnas, supplicia, aut mortem, facinus aliquod admittimus, quod est cum impietate aut scelere conjunctum: veluti si quis metu carceris, amissionis bonorum, exilii, aut mortis, abnegat fidem & agnitam veritatem; si pecuniâ corruptus prodit patriam, falsum dicit testimonium, injustam pronunciat contra innocentes sententiam, aut aliud aliquod flagitium & scelus admittit.

Sed quoniam voluntatis magna est vis ad permovendos animos hominum in actionibus suscipiendis: Estnè verum, quod quidam dixerunt, Jucunda esse violenta?

Εἰ δέ τις τὰ ἡδέα καὶ τὰ καλὰ φαίη βίαια εἶναι· ἀναγκάζειν γὰρ ἔξω ὄντα· πάντα ἂν εἴη βίαια. Nequaquam. Primùm, *Si jucunda sunt violenta: igitur omnes actiones hominum, quas ultro & volentes suscipiunt, essent violentæ nominandæ: & sic nulla esset libertas hominum in agendo.* Nam omnibus actionibus, quas homines ultro suscipiunt, videtur inesse aut præsens, aut subsecutura aliqua voluptas.

Deinde, *Omne violentum est molestum. Quod autem jucundum est, id non est molestum. Ergò jucunda non possunt dici violenta.*

Tertió, *Quæ violenta sunt, ad ea difficulter pertrahimur. Sed à jucundis ultro nos ipsos præbemus capiendos. Igitur jucunda non sunt violenta.*

Quartó, *Si omnia jucunda essent violenta: igitur etiam honestæ actiones essent violentæ nominandæ.* Quoniam honestis actionibus vera & maxima inest voluptas.

Explicâsti

Explicâsti unum membrum τῦ ἀκουσίυ, Inviti: Quod est alterum?

Alterum membrum τῦ ἀκουσίυ, *Inviti*, nominatur τὸ δι' ἄγνοιαν, *Factum per ignorantiam.*

Quare ad Invitum etiam ignorantia refertur?

Quoniam ad spontaneam seu voluntariam actionem non solùm requiritur agentis voluntas, verùm etiam notitia: ut sciat finem suæ actionis; & media, quibus possit finem illum assequi.

Τὸ δὲ δι' ἄγνοιαν ἐχ' ἑκούσιον μὲν ἅπαν ὄξίν.

Omnísne ignorantia reddit factum ἀκούσιον, id est, Invitum?

Minimé. Alioquin etiam omnis ignorantia mereretur excusationem & veniam.

Quæ igitur hîc notandæ sunt Distinctiones?

Tres. Quarum prima sumitur *ex Consequente.* Factum per ignorantiam, vel subsequentem habet dolorem & pœnitentiam, & nominatur ἄγνοια ἐπίλυπος· atque ejusmodi factum potest dici Invitum. Nam, quia agentem pœnitet sui errati, indicium est, eum præter animi sui voluntatem egisse. Vel non habet subsequentem pœnitentiam, & vocatur ἄγνοια ἄλυπος· hæc non reddit factum invitum. Quoniam enim agentem non pœnitet sui errati, indicium est, ejus voluntatem non prorsus à facto abhorrere. Itaque prior meretur excusationem & veniam: posterior autem minimé.

Ἀκούσιον ὃ τὸ ἐπίλυπον, καὶ ἐν μεταμελείᾳ ὄξίν.

Quæ est altera Distinctio?

Ea sumitur *à persona Agentis. Agens* enim dicitur vel *Ignorans* agere, vel *Per ignorantiam.*

Ἕτερον δὲ ἔοικε καὶ τὸ δι' ἄγνοιαν πράττειν τῦ ἀγνοῦντος.

Quis dicitur Ignorans agere?

Ignorans agere dicitur is, qui tum, quando in actione versatur, ignorat quidem quid agat; sed tamen illa ipsa ignorantia

ignorantia non est causa malæ actionis; sed aliud quiddam, quod ignorantiam illam induxit. Exempli gratiâ, Ebrius ignorat quidem se peccare: sed tamen ignorantia illa non est causa peccati, verùm ipsa ebrietas, per quam sibi ignorantiam illam accersivit.

Quis dicitur per ignorantiam agere?

Per ignorantiam agere dicitur is, cui simpliciter ipsa ignorantia fuit causa malæ actionis.

Uter ex his duobus meretur veniam?

Posterior, si eum peccati sui pœnitet. Prior autem non meretur veniam: quatenus propriâ suâ culpâ sibi ignorantiam advocavit. Hinc *Pittacus* eos, qui ex ebrietate peccâssent, judicabat duplici pœnâ afficiendos esse: partim propter ipsum peccatum; partim propter ebrietatem, per quam sibiipsis ignorantiam accersivissent.

Quæ est tertia Distinctio?

Tertia distinctio sumitur *Ab ipsis rebus & circumstantiis*, circa quas agens, ejusque actio versatur. *Ignorantia* alia est τῶ καθόλε, rei universæ, sive *Universalis* ignorantia: vulgo nominatur *Ignorantia* JURIS: alia est τῶν καθέκαςα, rerum singularium, seu *Ignorantia particularis:* aliàs dicitur, *Ignorantia* FACTI.

Τὸ μὲν ἁπλέσιον βέλεται λέγεσθαι ἐκεῖ πες ἀγνοεῖ τὸ συμφέρον.

Quid est Ignorantia universalis, seu JURIS?

Cùm in universum ignoramus, quid in actione, circa quam versamur, sit honestum aut inhonestum, justum aut injustum, utile aut inutile, eligendum aut fugiendum: hoc est, ut breviùs dicam, Cùm quis ignorat finem suæ actionis.

Ἀλλ' ἢ καθέκαςα, ἐν ὅις, καὶ περὶ ἃ ἡ πρᾶξις.

Quid est Ignorantia particularis, seu FACTI?

Quando ignoramus singulares quasdam circumstantias in quibus totius actionis vis præcipuè consistit: quas ipse agens, ante actionem, non potuit prævidere, aut præcavere.

Qua

Quæ ex his duabus reddit factum Invitum, & meretur veniam?

Ignorantia universalis, seu JURIS, non reddit factum invitum, neque meretur excusationem aut veniam: quia causa peccati non est propriè ipsa ignorantia, sed potiùs voluntas & perversitas agentis, qui noluit ea scire, quæ potuisset & debuisset scire, antequam actionem susciperet; si saltem mediocrem diligentiam adhibere voluisset. Etenim actionem suscipere, & non priùs de fine aut qualitate ejus cogitare, non solùm stultum & temerarium est, verùm etiam gravi reprehensione dignum.

Hæc Ignorantia quibus aliis nominibus appellatur?

Affectata, Supina, Crassa: ab Aristotele nominatur ἄγνοια ἡ ἐν προαιρέσει, ἄγνοια τοῦ τέλους, τοῦ καλοῦ, τοῦ συμφέροντος.

Quando Ignorantia FACTI *excusat, & meretur veniam?*

Si ignorantia circumstantiæ unius aut plurium caret dolo, nec fuit nostrâ culpâ accersita, & subsequentem habet pœnitentiam ob admissum peccatum.

Quæ sunt illæ circumstantiæ, quarum ignorantia potest factum reddere invitum?

Aristoteles *octo* enumerat: quarum quædam sunt *Principales:* nempe *Res ipsa* seu objectum circa quod actio versatur; & *Finis* propter quem actio suscipitur. Quædam verò sunt *Minùs Principales:* ut *locus, tempus, instrumenta*, & *modus agendi.* Neque tamen omnes simul possunt ignorari: nisi fortè agens sit planè stultus aut μαινόμενος, *furiosus.*

Ἴσως ἂν οὖν χείρων διορίσαι αὐτά, τίνα καὶ πόσα ἐστί, τίς τε ὁ καὶ τί, καὶ περὶ τί, ἢ ἔν τινι πράξει, ἐνίοτε δ' οἷον ἐν τίνι, οἷον ὀργάνῳ, καὶ ἕνεκά τινος, οἷον σωτηρίας, καὶ πῶς, οἷον ἠρέμα ἢ σφόδρα.

Quare harum circumstantiarum ignorantia reddit factum invitum?

Quia voluntas agentis per eam impeditur: aliud enim volebat agere, quàm egit.

Súntne ea facta quoque ἀκούσια nominanda, quæ ex ira, aut cupiditate, aut aliqua alia vehementi animi perturbatione sunt admissa?

Ἴσως δὲ καλῶς λέγεται τὰ ἀκούσια εἶναι τὰ διὰ θυμόν, ἢ δι' ἐπιθυμίαν.

Cicero quidem in *Topicis* & *Partitionibus* ait, in ignorationem quoque cadere metum, cupiditatem, & alias animi perturbationes. Verùm, si diligentiùs rem perpendere voluerimus, non possunt prorsus invita nominari, quæ hoc modo fiunt.

Quo pacto id probatur?

Πρῶτον μὲν γὰρ ἔδοξεν ἐπὶ τῶν ἄλλων ζώων ἑκουσίως πράξει, ἐφ' οἷς παῖδες.

* *Primùm*, Si ea, quæ ex ira, cupiditate, aut alio aliquo vehementiore affectu fiunt, sunt invita; tum omnia, quæ à pueris & brutis animalibus fiunt, erunt invita nominanda: quia nihil ex ratione, sed omnia ex affectu agunt.

Εἶτα, πότερον οὐδὲν ἑκουσίως πράττομεν τῶν δι' ἐπιθυμίαν ἢ θυμόν; ἢ τὰ καλὰ μὲν ἑκουσίως, τὰ δ' αἰσχρὰ ἀκουσίως; ἢ γελοῖον ἑνός γε αἰτίου ὄντος; Ἄτοπον δὴ ἴσως τὰ ἀκούσια φάναι ὧν δεῖ ὀρέγεσθαι· δεῖ δὴ καὶ ὀργίζεσθαι ἔνια, καὶ ἐπιθυμεῖν τινων, οἷον ὑγιείας καὶ μαθήσεως. Δοκεῖ δὲ τὰ μὲν ἀκούσια λυπηρὰ εἶναι· τὰ δὲ κατ' ἐπιθυμίαν, ἡδέα. Ἔτι δὲ τί διαφέρει τῷ ἀκούσια εἶναι, τὰ κατὰ λογισμόν, ἢ θυμόν; φευκτὰ γὰρ ἄμφω.

* *Deinde*, Non solùm turpes, sed etiam multæ honestæ actiones, quæ ex bono affectu fiunt, essent invitæ dicendæ. Præterea, Sequeretur, quòd vir bonus invitus faceret officium: cùm expetit virtutem, eruditionem, laudem, honorem & gloriam, salutem patriæ, sanitatem & felicitatem tam suam, quàm suorum: item cùm amat patriam, parentes, liberos, viros bonos: denique cùm irascitur scelerati & improbis, gaudet rebus prosperis, dolet adversis, &c. Omnia enim hæc proficiscuntur ex affectu. * *Insuper*, Omnia quæ ex ira & cupiditate fiunt, essent molesta, λυπηρά, quia omne ἀκούσιον est λυπηρόν· cùm tamen non solùm ea, quæ expetimus videantur esse jucunda; sed etiam in ira sit quædam jucunditas, propter vindictæ cupiditatem, cujus prohibitio etiam est irato molesta. * *Ad hæc*, ea quæ per iram aut cupiditatem fiunt, ideo sunt invita nominanda, quia sunt mala & vitiosa; igitur etiam ea, quæ ratione peccantur, poterunt eodem modo excusari: quod tamen falsum esse etiam ipsimet fatentur. *Postremò*, Quo

niam invita propriè dicuntur ea, quorum principium est extra agentem; ira autem & cupiditas, reliquíque affectus, licèt sint irrationales, tamen non sunt extra hominem, sunímque principium habent in animo hominis: igitur actiones, quæ indè proficiscuntur, non possunt invitæ nominari.

Δοκεῖ δ' ἐκ ἄπον ἀνθρωπικὰ εἶναι τὰ ἄλογα πάθη. αἱ δ' πράξεις τῦ ἀνθρώπε ἀπὸ θυμῦ καὶ ἐπιθυμίας. ἄτοπον δ' τὸ πιθάνα ἀκέσια ταῦτα.

CAPUT II.

Quoniam de Spontaneo & Invito explicatum est: Quid jam sequitur?

UT etiam περὶ προαιρέσεως, *de Electione* dicatur: *Primùm*, Quia virtuti valde est cognata; ponitur enim in ejus Definitione: & suprà dictum fuit, virtutem aut esse προαίρεσιν, ἢ ἐκ ἄνευ προαιρέσεως. *Deinde*, Quia ex ea mores hominum magìs cognoscuntur, quàm ex ipsis actionibus: Siquidem actiones possunt esse simulatæ & fictæ, quales sunt hypocritarum; ut ex illis interdum vir bonus à malo vix possit discerni. Multi enim sunt, ut *Persius* ait, *Qui curios simulant & Bacchanalia vivunt: Introrsus turpes, & summâ pelle decori.*

Διωρισμένων δ' τῦ τε ἑκσίε καὶ τῦ ἀκσίε· περὶ προαιρέσεως ἔπεται διελθεῖν.

Vocabulum προαιρέσεως quomodo à Latinis exponitur?

Pleriq; *Electionem*, alii *Animi consilium*, vel *Propositum*, vel *Institutum*, vel *Delectum* vertunt. Multi quoque Græcam appellationem tanquam magìs accommodatam retinent. Apud *Ciceronem* ἐκ προαιρέσεως πράττειν, est *consultò* & cogitató, item *de industriâ*, & *datâ operâ aliquid facere.*

Quid est προαίρεσις;

Προαίρεσις est præmeditata appetitio eorum quæ in nostra sunt potestate, aut per nos possunt fieri: Græcé, Προαίρεσίς ἐστιν ὄρεξις βελευτικὴ τῶν ἐφ' ἡμῖν· infrà cap. 3. Item Προαίρεσίς ἐστιν ἑκούσιον προβεβελευμένον, Est spontaneum priùs deliberatum, ad finem hujus capitis. Et in lib. 6. cap. 2. Προαίρεσίς ἐστι νῦς ὀρεκτικός, ἢ ὄρεξις διανοητική.

Estnè προαίρεσις idem quod ἐπιθυμία, ἢ θυμός, ἢ βέλησις;

Etsi *Electio*, *Cupiditas*, *Voluntas*, videantur esse consimiles affectiones, nam aliquid velle, expetere & eligere, ferè sunt Synonyma: tamen non propterea prorsus sunt eadem.

Οἱ γὰρ λέγοντες αὐτὴν ἐπιθυμίαν, ἢ θυμόν, ἢ βέλησιν, ἢ πᾶσαν δόξαν, οὐκ ἐοίκασιν ὀρθῶς λέγειν.

Quare προαίρεσις non est eadem cum ἐπιθυμία;

*Primùm Quia ἐπιθυμία etiam tribuitur bestiis; προαίρεσις autem minimé: conjuncta enim est cum ratione & consilio. Deinde, ab exemplo Continentis & Incontinentis: *Continens enim dum resistit pravis cupiditatibus, dicitur illud facere τῇ προαιρέσει, id est certâ ratione, certóque animi proposito & consilio: Incontinens verò, dum indulget pravis cupiditatibus, dicitur facere contra suam προαίρεσιν. Ex quo apparet, προαίρεσιν & ἐπιθυμίαν non esse eadem. *Præterea, Quia cupiditas cupiditati circa eandem rem, eodémque tempore nunquam adversatur; προαίρεσις autem sæpe cupiditati adversatur circa eandem rem, idq; eodem tempore: sicut apparet in exemplo Continentis & Incontinentis. Denique, * Quoniam versantur circa diversa objecta, non possunt esse eadem. Etenim προαίρεσις versatur circa honesta & utilia, eorúmque contraria: cupiditas autem circa ea, quæ sensibus sunt jucunda aut molesta.

Οὐχὶ τὸ αὐτὸ ἡ προαίρεσις καὶ ἡ τῆς ἀλόγων· ἐπιθυμία γὰρ καὶ θυμός. Καὶ ὁ ἀκρατὴς ἐπιθυμῶν μὲν πράττει, προαιρούμενος δὲ οὔ. ὁ ἐγκρατὴς δ' ἀνάπαλιν.

Quare προαίρεσις non est eadem cum θυμῷ;

* Quoniam προαίρεσις conjuncta est cum ratione & consilio: ideóq; etiam requirit aliquam temporis moram: quæ omnia ab ira sunt remota. Nam, ut *Cicero* lib. 1. *Offic.* ait, *Cum ira nihil rectè, nihil considerate fieri potest:* & *Euripides*, οὐδεὶς μετ' ὀργῆς εὖ βεβουλεύσατο.

Καὶ προαιρεῖται μὲν ἐπιθυμία οὐκ ἄνευ λύπης, ἐπιθυμία δ' ἐπιθυμία οὔ. * Καὶ ἡ μὲν ἐπιθυμία ἡδέος καὶ ἐπιλύπου· ἡ προαίρεσις δ' οὔτε λυπηροῦ οὔθ' ἡδέος. * Θυμὸς δ' ἔτι ἧττον· ἧκιστα γὰρ τὰ διὰ θυμὸν κατὰ προαίρεσιν εἶναι δοκεῖ.

Quare

Quare προαίρεσις non est idem quod Voluntas?

Προαίρεσις magnam quidem habet cum *Voluntate cognationem*; quoniam hæc ab illa nunquam planè potest separari: sed tamen non prorsus eadem est cum illa. Primùm, Quia *Voluntas etiam potest esse τῶν ἀδυνάτων. Cujusmodi votum illud senis *Evandri* apud *Virgil.* lib. 8. Æneïd. *O mihi præteritos referat si Juppiter annos!* Προαίρεσις autem non potest esse τῶν ἀδυνάτων· quoniam talia etiam non cadunt in deliberationem.

Deinde, * προαίρεσις est tantùm earum rerum, quæ ad nos pertinent, & putantur per nos posse fieri. *Voluntas* autem se etiam extendere potest ad aliena: ut Præceptor vult discipulum suum fieri doctum: Magistratûs voluntas est, ut subditi obediant legibus.

* Postremó, Voluntas præcipuè respicit finem actionis: προαίρεσις autem est de mediis, per quæ existimamus nos posse finem consequi.

Estnè προαίρεσις idem quod δόξα, hoc est, Opinio?

Minimé. Primùm enim, *Opinio* potest concipi de omnibus rebus, quæ vel esse, vel non esse possunt: προαίρεσις autem solùm est de rebus agendis. Deinde, * *Opinio* æstimatur & distinguitur veritate aut falsitate earum rerum, de quibus est apud animum concepta: atque hinc opinio alia dicitur esse vera, alia falsa. *Electio* autem æstimatur & distinguitur bonitate & pravitate rerum agendarum: quæ si sunt honestæ, & bonæ; earum electio quoque dicitur bona: si autem sunt turpes, & vitiosæ; earum electio etiam dicitur mala, & vitiosa. Tertió, * Propter *Opinionem* nemo dicitur talis esse, qualem habet opinionem: non enim quia opinatur aliquis se bonum, sapientem, justum, doctum, aut divitem esse, ideo talis quoque est. At propter *Electionem* dicimur tales esse, qualia sunt ea quæ eligimus: ut qui eligit ea quæ sunt bona, vel justa, is

Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ βούλησις.

* Προαίρεσις μὲν γὰρ οὐκ ἔστι τῶν ἀδυνάτων· βούλησις δ' ὅτι τῶν ἀδυνάτων.

* Καὶ ἡ μὲν βούλησίς ὅτι καὶ περὶ τὰ μηδαμῶς δι' αὐτῶν πραχθέντα ἄν.

** Ἔτι δ' ἡ μὲν βούλησις τοῦ τέλους ὅτι μᾶλλον· ἡ δὲ προαίρεσις τῶν πρὸς τὸ τέλος.

* Οὐδὲ δὴ δόξα ἂν εἴη ἡ μὲν γὰρ δόξα δοκεῖ περὶ πάντα εἶναι, καὶ ὅσὲν ἦπον περὶ τὰ ἀίδια καὶ τὰ ἀδύνατα, καὶ τὰ ἐφ' ἡμῖν. * Καὶ τῷ ψεύδεσθαι καὶ ἀληθεύειν διαιρεῖται, ὅ τῷ κακῷ καὶ ἀγαθῷ. * Τῶν γὰρ προαιρεῖσθαι τἀγαθὰ, ἢ τὰ κακά, ποιοί τινες ἐσμέν· τῷ δὲ δοξάζειν, οὔ.

Καὶ προαιρόμεθα μὲν λαβεῖν, ἢ φυγεῖν, ἢ πῇ τοιούτων· δοξάζομεν δὲ τί ἐστιν, ἢ τίνι συμφέρει, ἢ πῶς.

etiam dicitur esse bonus, vel justus: qui autem contraria eligit, dicitur malus & injustus. Quartó, *Opinionis* finis est ἡ θεωρία, καὶ γνῶσις, rei alicujus contemplatio & cognitio, quid ea sit, aut cui, & quomodo conducat: *Electionis* autem finis est ἡ λῆψις, ἢ φυγή, hoc est, ut aliquid prosequamur, aut fugiamus in agendo. Quintó, *Opinio* laudatur propter veritatem, vituperatur propter falsitatem: *Electio* laudatur propter rectitudinem, seu bonitatem, vituperatur propter pravitatem. Sextó, *Opinio* est de rebus incertis, quarum nondum habemus firmam & certam notitiam: unde etiam definitur, quòd sit imbecillus assensus: *Electio* autem est eorum, de quibus propter antegressam consultationem aliquo modo sumus certi. Septimó, Si *Opinio* planè idem esset, quod *Electio:* tum sequeretur, ut qui optimas habent opiniones, etiam optima eligerent, & per consequens quoque essent optimi. Sed videmus id non fieri: plerique enim habent quidem bonas opiniones, sed non propterea sunt eò meliores; qui, ut *Medea* apud *Ovidium* conqueritur, vident quidem meliora probántque, sed deteriora sequuntur.

* Καὶ ἡ μὲν προαίρεσις ἐπαινεῖται, πῶς εἶναι δεῖ μᾶλλον, ἢ πῶς ὀρθῶς· ἢ ὃ δόξα, πῶς ἀληθῶς. * Καὶ προαιρόμεθα μὲν ἃ μάλιστα ἴσμεν ἀγαθὰ ὄντα· δοξάζομεν δ' ἃ οὐ πάνυ ἴσμεν. * Δοκεῖσί τε οὐχ οἱ αὐτοὶ προαιρεῖσθαι τὰ ἄριστα καὶ δοξάζειν· ἀλλ' ἔνιοι δοξάζειν μὲν ἄμεινον, διὰ πονηρίαν δ' αἱρεῖσθαι οὐχ ἃ δεῖ.

CAPUT III.

Ut autem bona & recta fiat alicujus rei Electio, Quid eam debet præcedere?

Βουλευόμεθα δὲ πότερα περὶ πάντων, καὶ πᾶν βουλευτόν ἐστιν, ἢ περὶ ἐνίων οὐκ ἔστι βουλή.

Consultatio, seu deliberatio, ἡ βούλησις. Siquidem nihil sine Consilio eligere, suscipere, aut agere debemus. Idem quoque monet *Cicero* lib. 1. Offic. *In omnibus negotiis priusquam aggrediare, adhibenda est diligens præparatio.*

Quid est Consultatio, ἡ βούλησις?

Consultatio est diligens inquisitio mediorum, per quæ in agendo ad finem propositum perveniri posse videtur. Ἡ βούλησις

βελευτοῖς ὅτι τῆς ψυχῆς λογισμὸς περὶ τῶν πραγμάτων. Ejus Objectum nominatur βελευτόν, id est, consultabile.

Licétne de omnibus rebus & negotiis Consultationem instituere?

Duo sunt genera rerum & negotiorum hîc consideranda. Quædam enim possunt cadere & venire in deliberationem: quædam verò non possunt.

Quæ sunt quæ non cadunt in Deliberationem?

Ea, in quibus vel consequendis & efficiendis, vel avertendis aut mutandis, humana ratio atque industria nihil videtur posse præstare.

Περὶ δὲ τῶν ἀϊδίων οὐδεὶς βουλεύεται.

Quæ sunt talia?

Primùm, Omnia *Præterita:* Deinde, Omnia *Naturalia, Fortuita, Necessaria.*

Quare Præterita non cadunt in Deliberationem?

Quoniam *Præterita* non ampliùs ità sunt in nostra potestate, ut possint per nos aut mutari, aut infecta fieri. Infrà lib. 6. cap. 2.

Ἀλλ' οὐδὲ περὶ τῶν γενομένων.

Quare Naturalia, Fortuita, & Necessaria non cadunt in Deliberationem?

Quoniam ea, quæ talia sunt, aut semper eodem modo se habent, & fiunt: aut, etiamsi non semper eodem modo se habeant, tamen non possunt humano consilio vel prævideri, vel mutari.

Quæ sunt igitur ea de quibus potest suscipi Deliberatio?

* Βουλόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πραγμάτων.

* Humana negotia quæ in vita sunt agenda: in quibus vel consequendis & efficiendis, aut declinandis & mutandis, humana ratio atque industria videtur aliquid posse præstare.

* Ἀλλ' οὐδὲ περὶ ἀνθρωπίνων πάντων.

Licétne de omnibus illis consultare?

* Non sed tantùm de iis, quæ propriè ad nos pertinent,

& quæ per nos videntur posse effici: denique quorum exitus nonnihil est incertus atque dubius.

Qua de causa?

Quia de alienis negotiis, quæ ad nos non pertinent, aut quæ per nos non possunt effici, aut quæ per se sunt certa, & manifesta; quatenus vel sensibus possunt dijudicari, vel certis præceptis & regulis sunt definita, quo pacto fieri debeant: de talibus, inquam, nemo sanâ mente præditus deliberat.

Cùm ad Deliberationem est perventum, Quæ sunt consideranda?

Tria sunt observanda, si rectè consultationem aliquam instituere voluerimus: quorum unum pertinet ad *Initium* consultationis; alterum ad ipsam *Consultationem*; tertium ad *Finem* & effectum consultationis.

Quæ circa Initium Consultationis habes præcepta?

Συμβούλους δὲ παραλαμβάνομεν εἰς τὰ μεγάλα.

Duo. Primum est, In rebus arduis & gravibus assumendi sunt σύμβουλοι, consultores, hoc est, socii consiliorum, qui sua quoque consilia nobis communicent.

Quare?

Quia nemo debet nimiùm sibi & suæ prudentiæ fidere: quasi ipse solus possit rem aliquam perfectè cognoscere & dijudicare. Nam, ut *Euripides* ait, Εἰς ἀνὴρ οὐ πάντ' ὁρᾷ. Et in Proverbio dicitur, *Oculi plus vident, quàm oculus.*

Qui autem sunt adhibendi in consilium?

Primùm, Qui sunt *Viri boni.* Nam, ut *Solomon* Proverb. 9. inquit, *Consilia impiorum sunt fraudulenta.* Deinde, Qui sunt *Prudentes*; hoc est, qui rem, de qua deliberare volumus, possunt rectè intelligere, & dijudicare. Quod etiam præcipit *Siracides* cap. 8. inquiens, *Cum fatuis consilium non habeas.* Tertiò, Qui sunt nobis *Amici* &

& benevoli. Ab inimico enim nunquam fidele habebimus consilium. Ideo *Solomon* Proverb. 29. inquit, *Anima recreatur bonis consiliis amici.*

Quod est alterum præceptum?

Initio Consultationis, proponendus est certus aliquis finis: ad quem, tanquam ad scopum, tota dirigenda est consultatio. Idem præceptum tradit *Aristoteles* in lib. 2. ad *Eudem.* cap. 10. Ὁ βελδόμενος ἀεὶ βελεύεται ἕνεκά τινος· καὶ ἔστι σκοπός τις ἀεὶ τῷ βελδομένῳ, πρὸς ὃν σκοπεῖ, τὸ συμφέρον. Βελδόμεθα δὲ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη.

Quare Finis initiò est proponendus?

Quia alioqui tota consultatio esset vaga & incerta, imò infinita: quippe quæ nihil haberet, in quo tandem conquiesceret. Finis autem ille debet esse certus, & non vocari in deliberationem; sed potiùs eam regere & gubernare, nè evagetur à proposito.

Quid de ipsa Consultatione præcipitur?

Fine & scopo ad hunc modum proposito, omnis deinceps consultatio instituenda est de mediis, quibus finem illum possimus consequi. Ἀλλὰ δὴ μέλλοι τέλος τι, πῶς, καὶ διὰ τίνων ἔσται, σκοπῆσιν.

Quæ hîc sunt consideranda?

Duo. Primùm, *Quænam sint illa media, per quæ ad finem propositum est perveniendum.* Deinde, *Quo pacto illis mediis sit utendum.*

Circa Media quot sunt consideranda?

Tria. Primùm, * *Numerus* seu multitudo *mediorum:* utrùm uno, an pluribus, vel paucioribus mediis, possimus id, quod volumus, consequi. Deinde, *Qualitas mediorum:* utrùm sint facilia, honesta, licita, possibilia; an verò contrà. Tertiò, ἡ ἐκλογή, *Delectus mediorum:* qui fit per σύγκρισιν, comparationem. Nam facilia difficilioribus, * Καὶ διὰ πλειόνων μὲν φαινομένης γίνεσθαι, διὰ τίνος ῥᾴστα καὶ κάλλιστα ἐπακολουθῆσαι.

bus, honesta inhonestis, pauciora pluribus, licita illicitis sunt præferenda.

Circa usum Mediorum quot habes præcepta?

Tria. Primúm, Media eò usquè inquirenda sunt, donec ad ultimum aliquod, sine quo cætera haberi non possunt, perventum fuerit. Nam ab eo actionis initium est faciendum.

Quod est alterum præceptum de Mediis?

Δι' ἑνὸς δ' ἐπιτελεμένε, πῶς διὰ τούτε ἔσαι, κἀκεῖνο διὰ τίνος, ἕως ἂν ἔλθωσιν ἐπὶ τὸ πρῶτον αἴτιον.

Considerandum etiam est, utrùm negotium propositum possit per nos solos geri & effici, necne. Nam si per nos solos effici non potest, debemus nobis adjungere συνεργούς, adjutores & socios laborum, qui sunt industrii, & fideles. *Multorum* enim *manus*, ut in proverbio dicitur, *levant onus*. Et *Homerus* lib. 12. *Iliad.* vers. 412. ait, ---πλεόνων δέ τοι ἔργον ἄμεινον· Opus quod à pluribus efficitur, est melius. Eam ob causam etiam Diomedes apud *Homer.* lib. 10. vers. 224. *Iliad.* noluit solus explorare castra Trojanorum; sed postulavit sibi adjungi Ulyssem, inquiens, Σοί τε δύ' ἐρχομένω.---

Quod est tertium præceptum de Mediis?

Ζητεῖται δὲ ὅτε μὲν ὄργανα, ὅτε δὲ ἃ χρεία αὐτῶν.

Quærendum etiam est de instrumentis, quibus ad actionem aliquam perficiendam est utendum. Sunt *Instrumenta* αἴτια συνεργὰ τῆς πράξεων· eáque sunt *duplicia*, ut est apud *Aristotelem* lib. 1. *Polit.* quædam sunt ἔμψυχα, *Animata*; ut sunt amici, servi, jumenta, quorum operâ nonnunquam in negotiis expediendis utimur: quædam sunt ἄψυχα, *Inanimata*; ut securis, malleus, culter, gladius & similia.

Quid post Consultationem faciendum?

Καὶ μὲν δυνατῷ ἐντύχωσιν, ἀφίασι.

Videndum est, utrùm negotium illud, de quo consultavimus, sit δυνατόν, vel ἀδύνατον, h.e. possit, vel non possit per nos & nostros fieri. Nam si videtur esse ἀδυνατον,

debe-

debemus ἀφίστασθαι, h.e. à proposito nostro discedere. Nam, ut *Demosthenes* ait, Μανία ἐστὶν ὑπὲρ δυνάμιν ποιεῖν τι, Insania vel stultitia est, supra vires aliquid velle suscipere aut agere.

Si verò videtur esse δυνατόν, h. e. posse per nos & nostros fieri: debemus ἐγχειρεῖν, id est, negotium illud in manus suscipere; & quidem maturé, nè occasio rei gerendæ amittatur. Servandum ergò præceptum *Isocr.* ad *Demonicum*, ubi ait, Βούλευε μὲν βραδέως· ὀπιτέλει δὲ ταχέως τὰ δόξαντα. Et illud *Salustii*, ANTEQUAM *incipias, consulto, & postquam consulueris, maturè facto opus est.*

Quod est discrimen inter Consultationem & Inquisitionem, βούλευσιν καὶ ζήτησιν?

Triplex est discrimen. Primùm, Differunt ut *Genus* & *Species:* Omnis enim *Consultatio*, etiam est *Inquisitio*; non autem contrà. Deinde, Differunt *Objectis. Inquisitio* potest de quacunque re institui: *Consultatio* autem tantùm suscipitur de rebus agendis. Tertió, Differunt *Fine.* Nam *Inquisitionis* finis est scientia & cognitio rei quæsitæ: *Consultationis* autem finis est actio.

Φαίνεται ὅτι ἡ μὲν ζήτησις ὑπὲρ παντὸς ἔστιν, βούλευσις δὲ βουλευτὸν ὑπὲρ οὗ προαιρετόν, τὸ αὐτό.

Quod est discrimen inter βούλευσιν καὶ προαίρεσιν, Consultationem & Electionem?

Tribus modis differunt; *Materiâ, Tempore,* & *Subjecto.*

Quomodo differunt Materiâ?

Quoniam, de quibus deliberamus, sunt adhuc incerta: ea autem, quæ eligimus, jam sunt aliquo modo manifesta, & certa, propter præcedentem deliberationem.

Quomodo differunt Tempore?

Quia naturali ordine Consultatio debet Electionem antecedere. Nemo enim debet aliquid eligere, nisi priùs ejus causam apud animum suum diligenter perpenderit.

Quomodo differunt Subjecto?

Quia βούλευσις est solius mentis ἐνέργεια, neque opus habet

habet appetitu; imò ſæpe ab affectibus impeditur: προαίρεσις autem non eſt ſolius mentis ἐνέργεια, verùm etiam conjunctam habet voluntatem, quæ eſt in appetitu; volentes enim aliquid eligimus. Ideo *Ariſtoteles* infrà lib. 6. cap. 2. ſcribit, Ἀρχὴ προαιρέσεως ἔστιν ὄρεξις, καὶ λόγος. Item προαίρεσις ἔστι τις ὀρεκτικός, Electio eſt mens aliquid appetens.

Quomodo differunt Conſultatio & Electio à Voluntate?

Conſultatio & *Electio* à *Voluntate* in eo potiſſimùm differunt, quòd illæ verſantur circa media, per quæ ad finem actionis poſſimus pervenire: *Voluntas* verò eſt ſolùm ipſius finis, quem ſimpliciter, tanquam bonum quoddam, volumus; non autem de eo conſultamus. Exempli gratiâ, Imperator exercitûs ſimpliciter vult & expetit victoriam: de mediis autem, quibus poſſit eam conſequi, conſultat & deliberat cum ſuis ducibus; eadémque illa media, finitâ deliberatione, eligit, & arripit.

CAPUT IV.

Quoniam Voluntas non eſt eadem cum Electione: dic mihi, Quid eſt Voluntas?

Ἡ δὲ βούλησις ὅτι μὲν τοῦ τέλους ἐστίν, εἴρηται.

Voluntas, Græcè βούλησις dicitur, eſt BONI, vel veri, vel apparentis, cum ratione appetitio: Βούλησις ἐστὶ τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ φαινομένου ἀγαθοῦ, μετὰ λόγου ὄρεξις.

Quare Voluntas etiam in hac doctrina conſideratur?

Primùm, Quia *Voluntas* ità τῇ προαιρέσει eſt conjuncta, ut hæc ſine illa nunquam eſſe poſſit. Omnia enim quæ eligimus, ea etiam volumus: quam ob cauſam ea quoque refertur inter actionum principia. Deinde, Quia non minùs ex voluntate, quàm ex electione actiones æſtimantur: unde *Cicer.* lib. 1. *Offic.* ait, *Id quod rectè fit, ità juſtum eſt, ſi eſt voluntarium.* Et Seneca in Epiſtolis, *Actio recta non eſt,*

eſt, niſi recta fuerit voluntas. Præterea, Quia interdum ſola voluntas benè vel malè agendi, non minùs laudari vel reprehendi ſolet, quam ipſæ actiones: quemadmodum dicitur, *Ut deſint vires, tamen eſt laudanda voluntas.*

Quod eſt Objectum Voluntatis?

De *Objecto Voluntatis*, quod Græcè βελητὸν nominatur, diverſæ fuerunt veterum Philoſophorum opiniones. Nam Socratici dixerunt, ſolum VERUM BONUM eſſe objectum voluntatis. Academici autem dixerunt, voluntatem ſolùm verſari circa APPARENS BONUM, τὸ φαινόμενον ἀγαθόν. Ariſtoteles verò utramque opinionem conjungit, & affirmat, UTRUMQUE BONUM, tam verum, quàm apparens, eſſe voluntatis objectum.

Δοκεῖ δὴ τοῖς μὲν τἀγαθοῦ εἶναι· τοῖς δὲ τοῦ φαινομένου ἀγαθοῦ.

Quomodo refutatur Socraticorum opinio?

EX tribus abſurdis conſequentibus.

Quod eſt primum abſurdum?

Si ſolum verum bonum eſt objectum voluntatis: igitur omnia ea, quæ homines mali & improbi volunt, aut ſunt vera bona nominanda; aut non ſunt objectum voluntatis ipſorum: ex quo rurſum ſequeretur, quòd poſſet aliquis quippiam velle, quod tamen non cadit in ejus voluntatem.

Συμβαίνει δὴ τοῖς μὲν τὸ βελητὸν τἀγαθὸν λέγουσι μὴ εἶναι βελητὸν ὃ βέλεσθαι ὁ μὴ ὀρθῶς αἱρούμενος· εἰ γὰρ ἔσται βελητόν, καὶ ἀγαθόν.

Quod eſt alterum abſurdum?

Si ſolum verum bonum eſt objectum voluntatis: igitur quando homines volunt & agunt ea quæ ſunt mala, faciunt hoc contra ſuam voluntatem; atque hoc modo poterunt excuſari, quaſi nolentes & inviti peccârint.

Quod eſt tertium abſurdum?

Si ſolum verum bonum eſt objectum voluntatis: igitur nemo poteſt malè velle; & ſic nulla voluntas eſſet mala: imò nè ipſi quidem homines poſſent eſſe mali; quatenus non poſſent velle ea quæ ſunt mala.

Quomodo

Quomodo refutatur Academicorum opinio?

Ex duobus absurdis consequentibus.

Quod est Primum?

Τοῖς δ' αὐτὸ φαινόμενον ἀγαθὸν τὸ βελτιὸν λέγουσι συμβαίνει, μὴ εἶναι φύσει βέλτιον, ἀλλ' ἐκάστῳ τὸ δοκοῦν.

Si solum apparens bonum est objectum voluntatis, igitur nihil suâ naturâ est bonum, aut expetendum; sed omnia quæ homines volunt aut expetunt, tantùm opinione, non autem revera sunt bona.

Quod est alterum?

Si solum apparens bonum est objectum voluntatis: igitur voluntas nullum habebit certum objectum; siquidem id, * quod uni videtur bonum, potest alteri videri non bonum: imò sæpe idem, diverso tempore, alicui videtur bonum, & non bonum.

* Ἄλλο δ' ἄλλῳ φαίνεται, κἀ εἰ ἔτως ἔτυχε, τἀναντία.

Sed quare Aristoteles affirmat, omne BONUM, *sive sit* Verum, *sive* Apparens, *esse Objectum Voluntatis?*

Quia nemo, qui modò sanâ mente præditus est, vult MALUM, quatenus est malum: propterea quòd malum est φθαρτικόν, h. e. adfert interitum suo Subjecto cui adest. Unde rectè Plato in Menone sic concludit, οὐκ ἄρα βούλεται τὰ κακά, ὦ Μένων, ἐδεής.

Videntúrne omnibus eadem esse BONA, *vel* MALA?

Ἐι δὴ ταῦτα μὴ ἀρέσκει, ἆρα φατέον ἁπλῶς μὲν κατ' ἀλήθειαν βέλτιον εἶναι τἀγαθόν, ἑκάστῳ δὲ τὸ φαινόμενον; πῇ μὲν οὖν ἀποδοτέον, τὸ κατ' ἀλήθειαν εἶναι· πῇ δὲ φατέον, τὸ τυχόν.

Nequaquam. Sed quisque de Bono & Malo judicat ex proprio suo habitu. Itaque viro bono, quia secundum rectam rationem judicat, id videtur esse bonum vel malum, quod revera tale est. Viro autem malo, quia per voluptatem depravatum habet judicium, id bonum vel malum videtur, quod revera tale non est. Proinde etiam voluntatis utriusque non est idem Objectum. Nam voluntatis viri boni Objectum est verum bonum: voluntatis autem viri mali Objectum est apparens bonum. Qua de re *Plato* lib. 2. de *Legib.* ità scribit, Τὰ μὲν καλὰ λεγόμενα, ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις ἐστί· τοῖς δὲ δικαίοις, καλά. τὰ δ' ἀγαθά, τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθά· τοῖς δὲ κακοῖς, κακά.

CAPUT

CAPUT V.

Eſtnè in hominis arbitrio & poteſtate poſitum, virtutem colere, & vitia fugere, ſive eſſe bonum aut malum?

DE hac quæſtione diverſæ fuerunt veterum Philoſophorum opiniones. Nam Stoici, dum affirmant omnia fatali quadam neceſſitate fieri, reipſa mentem hominis libertate voluntatis circa actiones ſpoliant, ut inquit Cicero: etiamſi verbis id dicere nolint. Aliqui verò ex Platonicis concedunt quidem hominem in bonis actionibus habere liberam voluntatem: ad malas verò actiones aiunt eum invitum & contra ſuam voluntatem pertrahi. Ex quo conantur concludere id, quod aliquoties apud Platonem legitur, *Neminem ſponte eſſe malum & improbum.*

Quæ eſt autem Ariſtotelis ſententia de hac quæſtione?

* Ariſtoteles affirmat non ſolùm virtutes, hoc eſt, benè agere, ſed etiam vitia, hoc eſt, malè agere, eſſe in hominis arbitrio & poteſtate.

Quibus argumentis id probat?

Duobus præcipué: quorum primum ſumitur ex loco Cauſarum; & eſt tale, *Quorum cauſæ & principia ſunt in hominis arbitrio & poteſtate: ea ipſa quoque ſunt in ejus arbitrio & poteſtate. Sed actionum tam bonarum, quàm malarum, ex quibus habitus virtutum & vitiorum generantur, cauſæ & principia ſunt in hominis arbitrio & poteſtate. Ergò & ipſæ virtutes & vitia ſunt in hominis arbitrio & poteſtate.* Minor probatur: quia in actionibus duo præcipuè conſiderantur; Finis, & Media, quibus ad finem pervenitur: hæc autem utraque Voluntati & Electioni hominis ità ſunt ſubjecta, ut finem poſſit velle, vel non velle; media itidem eligere, vel non eligere. Proinde, ſi penes hominem eſt, ea quæ honeſta ſunt, velle, eligere,

Οὗτος δὴ βελτίω μὲν τῶν τέλεως, βελτιόνων δὲ καὶ προαιρετῶν τῶν πρὸς τὸ τέλος· ἀεὶ περὶ ταῦτα πράξεις κατὰ προαίρεσιν ἔσεσθαι καὶ ἑκούσιοι.

* Ἐφ' ἡμῖν δὲ καὶ ἡ ἀρετὴ, ὁμοίως δὲ καὶ ἡ κακία.

* Ἐν οἷς γὰρ ἐφ' ἡμῖν τὸ πράττειν, καὶ τὸ μὴ πράττειν· καὶ ἐν οἷς τὸ μή, καὶ τὸ ναί. ὥστ', εἰ τὸ πράττειν, καλὸν ὄν, ἐφ' ἡμῖν ἐστι· καὶ τὸ μὴ πράττειν, ἐφ' ἡμῖν ἔσται, αἰσχρὸν ὄν.

gere, & agere: etiam penes ipsum erit, ea non velle, non eligere, & non agere. Atqui honesta non velle, non eligere, neque agere, nihil aliud est quàm esse malum & improbum. Ex quo efficitur, quòd utrumque sit penes hominem: nimirum ut pro suo arbitrio possit bonus vel malus, probus vel improbus esse.

Ἐφ' ἡμῖν ὄζι τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι.

Sed hæc libertas voluntatis bene vel malè agendi, estne semper eadem in omnibus hominibus?

Nequaquam. Nam in iis, qui sibi jam habitum bonum vel malum contraxerunt, aliter se res habet: quia non possunt aliter velle, aut agere, quàm secundum eum habitum, quo præditi sunt. Exempli gratiâ, Qui habitu justitiæ præditus est, non potest nisi velle & agere ea quæ justa sunt: sic qui habitum injustitiæ contraxit, non potest nisi injusta velle & agere. Similiter etiam judicandum est de cæteris virtutibus & vitiis.

Cur igitur Plato scribit in Timæo, Menone, & aliis locis, Neminem sponte esse malum & improbum?

Τὸ δὲ λέγειν, ὡς ἀκόντες ἐκὼν πονηροί, κ' ἄκων μάκαρ, ἔοικε τὸ μὲν φαῦλον εἶ τὸ δ' ἀληθῆ· μακάριος μὲν γὰρ ἀκόντες ἄκων, ἢ δὲ μοχθηρία ἑκούσιον· ἢ τοῖς γε νῦν εἰρημένοις ἀμφισβητητέον; καὶ τὸν ἄνθρωπον ἀφαιρετέον ἀρχὴν εἶναι καὶ γενέτην τῶν πράξεων ὥσπερ καὶ τέκνων· εἰ δὲ ταῦτα φαίνεται, καὶ μὴ ἔχομεν εἰς ἄλλας ἀρχὰς ἀναγαγεῖν παρὰ τὰς ἐφ' ἡμῖν· ὧν καὶ αἱ ἀρχαὶ ἐφ' ἡμῖν, καὶ αὐτὰ ἐφ' ἡμῖν καὶ ἑκούσια.

Plato hoc dicto non voluit omnino tollere libertatem humanæ voluntatis circa malas & pravas actiones, sed tantùm ostendere, rectam rationem in ejusmodi actionibus, aliquo modo invitam, & contra naturæ ordinem subjici vitioso appetitui, & ad peccandum pertrahi. Ideóque passim monet, hujusmodi vitiosis affectibus fortiter esse resistendum, eósque partim legibus, minis atque pœnis propositis coërcendos: partim etiam disciplinâ & honestis exercitiis corrigendos, & ad virtutem assuefaciendos. Atq; hoc modo Platonis sententia intellecta, est vera. Si verò ità accipiatur, quasi voluerit dicere homines invitos peccare, eorúmque peccata prorsus esse ἀκούσια· tum est falsa.

Quia

Quia eorum causa quærenda esset extra hominem, neque homo posset dici esse principium omnium suarum actionum: quod tamen etiam falsum est. Siquidem tam bonæ quàm malæ actiones ab eodem fonte & principio proficiscuntur; nempe ab hominis Voluntate, & Electione, quæ sunt in ipso homine.

Quod est alterum argumentum, quo probatur in hominis voluntate & arbitrio positum esse, benè vel malè agere?

Alterum argumentum sumitur à fine legum, & facto Legumlatorum. Nam si virtutes & vitia, item bene vel malè agere, non sunt in hominis arbitrio & potestate: igitur frustra feruntur leges; quarum finis est, homines exhortari ad virtutes, dehortari à vitiis. Injustè quoque bonis præmia & honores, malis verò pœnæ & supplicia proponuntur, siquidem in ipsorum arbitrio & potestate non positum est talia agere.

Τέτοις δ' ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ ἰδία ὑφ' ἑκάστων, καὶ ὑπ' αὐτῶν τῶν νομοθετῶν· κολάζουσι γὰρ καὶ τιμωροῦνται τοὺς δρῶντας μοχθηρά, ὅσοι μὴ βίᾳ, ἢ δι' ἄγνοιαν, ἧς μὴ αὐτοὶ αἴτιοι· τοὺς δὲ τὰ καλὰ πράττοντας τιμῶσιν.

Quid verò judicandum est de iis, qui dicunt, se non posse aliter agere, quàm agunt: veluti sunt homines intemperantes, injusti, avari, & similes, qui non possunt nisi intemperanter, injustè, & avarè agere?

* Etsi verum sit, eos, qui habitum alicujus vitii contraxerunt, non posse postea aliter quàm vitiosè agere: non propterea eorum peccata dicuntur esse ἀκούσια. Nam quia ipsi ultro & volentes ex crebris vitiosis actionibus sibi ejusmodi habitus vitiosos comparârunt: ideo etiam eorum peccata, quæ indè proficiscuntur, rectè dicuntur esse voluntaria. Quemadmodum etiam ii, qui, licèt sciant intemperantiam nocere valetudini, suâ tamen intemperantiâ sibi morbum aliquem contraxerunt, dicuntur voluntario morbo laborare; etiamsi eo tempore inviti ægrotent, nec possint pro suo arbitrio iterum ab ejusmodi morbo liberari.

* Ἀλλ' ἴσως τοιοῦτός τις ἐστὶν, ὥστε μὴ ἐπιμεληθῆναι· ἀλλὰ τοὺς τοιούτους ψυχὰς αὐτοὶ αἴτιοι ὄντες ἀνειμένως, καὶ τὸ ἀδίκους ἢ ἀκολάστους εἶναι.

Quòd si verò quis circa aliquam actionem falsâ imaginatione seu φαντασίᾳ deceptus peccet, existimans se rectè & propter bonum finem agere: Estnè hoc ejus peccatum voluntarium, an invitum nominandum?

Εἰ δέ τις λέγοι, ὅτι πάντες ἐφίενται τῷ φαινομένῳ ἀγαθῷ· τῆς δὲ φαντασίας οὐκ ἐγκύριοι, ἀλλ' ὁποῖός τις ἕκαστος ἕξις, τοιοῦτο καὶ τὸ τέλος φαίνεται αὐτῷ. Εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτοῦ τῆς ἕξεώς ἐστί πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος.

Ad hanc objectionem videtur Aristoteles respondere per distinctionem hoc modo: *Phantasia* duobus modis consideratur: Primùm, *Simpliciter* & *per se*; quatenus est sensûs interioris quædam facultas, quâ externæ rerum species à sensibus oblatæ, animo concipiuntur: Atque hoc modo considerata, est omnino à natura, neque in hominis potestate; ac proinde non solùm malæ, verùm etiam bonæ actiones, quarum ipsa causa dici posse videtur, invitæ essent nominandæ. Deinde, Consideratur *Phantasia cum Adjunctione*; quatenus alia dicitur esse bona & vera, alia mala & falsa: Hoc autem modo considerata, non est omnino à natura; sed existit à bono, vel malo habitu: quem quia assiduâ consuetudine ultro & sponte contraximus; ideo, quæ per talem Phantasiam peccantur, non possunt invita nominari. Prout enim quisque bono vel malo habitu sive ingenio præditus est, ità etiam habet bonas vel malas de rebus agendis imaginationes seu opiniones. Sic *Aristoteles* suprà lib. 1. cap. 13. de somniis loquens dixit, Τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν βελτίω γίνεσθαι τῶν τυχόντων, id est, Bonorum somnia meliora esse quàm quorumlibet aliorum.

Sùntne Actiones, ex quibus habitus generantur, & ipsi Habitus, eodem modo in nostra potestate?

Οὐχ ὁμοίως δὲ αἱ πράξεις ἑκούσιοί εἰσι, καὶ αἱ ἕξεις.

Minimé. Nam Actiones, ex quibus generantur habitus, ità sunt in nostra potestate, ut eas utroque modo bene vel malè agere, aut non agere possimus: Habitus autem ratione quidem principii, dum adhuc in nobis generantur, sunt in nostra potestate; postquam verò jam sunt generati, & confirmati, non ampliùs ità sunt in nostra potestate

testate, ut possimus eos, pro nostro arbitrio, iterum vel mutare, vel omnino deponere, aut aliter agere quàm ipsi postulant.

Omnia autem hæc, quæ hactenus de libertate voluntatis humanæ circa actiones dicta sunt, de quibus actionibus sunt intelligenda?

De actionibus externis, & civilibus, ad hanc vitam pertinentibus. Nam in actionibus spiritualibus, & ad animæ salutem pertinentibus, longè aliter se res habet: in illis enim nullum est hominis liberum arbitrium, nulla naturalis facultas, quâ possit homo ex se ipso, & suis propriis viribus, absque Spiritûs sancti auxilio, aliquid eorum, quæ ad salutem ejus pertinent, præstare. Sed hîc locum habet illud Apostoli *Pauli* dictum in secunda epistola ad *Corinth.* cap. 3. vers. 5. *Non sumus*, inquit, *idonei de nobis ipsis cogitare quicquam, tanquam ex nobis ipsis: sed si ad aliquid idonei sumus, id ex Deo est.* Imò quicquid boni etiam in his civilibus externis actionibus præstamus, id quoque divinæ gratiæ & benignitati est adscribendum, & non nobis ipsis: quemadmodum idem Apostolus 1. *Cor.* 4. vers. 7. ait, *Quid habes, quod non accepisti? Quòd si accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis?*

CAPUT VI.

Quoniam de virtutibus, earúmque causis & effectibus generatim dictum est; cupio jam mihi explicari de singulis: Et primùm quæro, cur Aristoteles initium fecerit à Fortitudine.

QUo ordine virtutes explicentur, non multùm refert: siquidem nec Plato, nec Aristoteles, nec Cicero eundem ordinem servârunt. Cur autem Aristoteli placuerit à Fortitudine initium facere, variæ ab interpretibus adferuntur rationes: ex quibus hæ quatuor videntur esse præcipuæ. Prima, Quia hæc virtus versatur circa res arduas & difficillimas: Virtutis autem proprium est, versari circa difficiliora, quemadmodum lib. 2. cap. 3. dictum fuit.

Altera causa est, Quia Fortitudinis usus est in rebus maximis, ad tuendam & conservandam inter homines civilem societatem pertinentibus. Tertia causa est, Quia, ut *Cic.* 1. *Tuscul.* ait, *Fortitudo est viri propria virtus.* Nam quemadmodum apud Latinos *virtus* à *viro*, ità apud Græcos ἀπὸ τῦ ἀνδρὸς, à viro, dicta est ἀνδρεία, Fortitudo. Quarta causa est, Quia Fortitudinis actiones maximè splendent, & in oculos & admirationem cadunt. Unde *Plato* in *Lachete* dixit, ἡ ἀνδρεία ὄζι τῶν καλλίζων· Et *Cicero* lib. 1. *Offic.* ait, *Splendidissimum videtur, quod animo magno factum est.*

Quomodo ab Aristotele definitur?

Ὅπ μὲν ἔν μεσότης ὄζὶ περὶ φόβυς, καὶ θαῤῥῆ, ἤδη καὶ πρότερον εἰρηται.

Ἡ ἀνδρεία ὄζι μεσότης περὶ φόβυς καὶ θαῤῥῆ. *Fortitudo est mediocritas circa metum & fiduciam:* h. e. Fortitudo est virtus, quæ mediocritatem servat in iis, quæ metum aut fiduciam animo adferre possunt, in adeundis & perferendis laboribus & periculis, honestatis & publicæ utilitatis gratiâ.

Quæ sunt Objecta Fortitudinis?

In Genere sunt omnia φοβερὰ καὶ θαῤῥαλέα, h. e. ea quæ metum aut fiduciam homini in periculis adferre possunt: in Specie verò, proprium objectum Fortitudinis sunt belli pericula, & mors bellica.

Quæ dicuntur esse φοβερά?

Φοβέμεθα δ' ὅσα μελλονότα φοβερά· ταῦτα δ' ἐστὶν, ὡς ἁπλῶς εἰπεῖν, κακά.

Omnia ea, quæ sunt mala. Nam φόβος, hoc est, metus, definitur, quòd sit προσδοκία τῦ κακῦ, expectatio seu opinio mali impendentis.

Versatúrne Fortitudo circa omnia mala?

* Ἀλλ' ὐ περὶ πάντα δοκεῖ ὁ ἀνδρεῖος εἶναι. ἔνια γὰρ δεῖ φοβεῖσθαι, καὶ καλόν· τὸ δὲ μή, αἰσχρόν.

* Non. Quædam enim mala talia sunt, ut ab omnibus sint metuenda: quia honestum est ea metuere; turpe autem ea non metuere. Veluti sunt offensio & ira Dei; amissio veræ religionis, aut libertatis; excidium patriæ, infamia

famia & dedecus noſtrî, vel noſtrorum. Quædam verò ſunt talia, ut citra reprehenſionem metui vel non metui poſſint: nimirum ſi non noſtrâ culpâ noſtróque vitio nobis contingant; ut paupertas, morbus, orbitas, captivitas, ſervitus, exilium, invidia, inimicitiæ, & ſimilia: in quibus omnibus Fortitudini nullus eſt locus.

Quodnam eſt igitur illud malum, circa quod Fortitudinis vis maximè conſpicitur?

Eſt ipſa MORS, quæ dicitur omnium malorum eſſe maximè formidabile malum. Φοβερώτατον δ' ὁ θάνατος· πέρας γάρ.

Quare mors dicitur eſſe maximum malum?

Quia non ſolùm omnibus bonis hominem ſpoliat; ſed etiam omnem ſpem, quæ in cæteris malis unicum eſt ſolatium, homini adimit: Secundum quod à *Theocrito* dictum eſt, Ἐλπίδες ἐν ζωοισιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες· hoc eſt, *Spes eſt in vivis, non eſt ſpes ulla ſepultis.*

Cùm autem variæ ſint mortis differentiæ, quænam mors dicitur eſſe proprium Objectum Fortitudinis?

Mors bellica. * Δόξειε δ' ἂν τάδε περὶ θάνατον τὸν ἐν παντὶ ὁ ἀνδρεῖος ἔναι· ὅιον, εἰ ἐν θαλάττῃ, ἢ ἐν νόσοις. ἐν τίσιν οὖν ἢ ἐν τοῖς καλλίστοις; τοιοῦτοι δ' οἱ ἐν πολέμῳ,

Quamobrem?

* Quia hæc mors eſt honeſtiſſima, & pulcherrima; quoniam cauſa, propter quam appetitur, eſt honeſta: nempe pro defenſione patriæ, religionis, libertatis, legum, parentum, conjugum, liberorum, amicorum, & cæterorum civium; ac ut uno verbo dicam, pro Lege & pro Grege. Hanc ob cauſam etiam olim Græci & Romani maximis præmiis, honoribus, & laudibus dignos eſſe judicârunt, qui hoc genere mortis vitam ſuam finiiſſent. Imò felices & fortunati paſſim à ſcriptoribus prædicantur, quibus contingit hoc modo mori. Ut Æneas apud *Virgil. Æneid.* 1. Térque quatérque beatos prædicat eos, quibus contigit in

acie & pugna ante Trojam mortem oppetere. Et *Cic.* in 14. *Philipp.* inquit, *O fortunata mors, quæ naturæ debita, pro patria potissimùm est reddita!*

Sed in aliis periculis & mortis generibus, quo pacto vir Fortis se gerit?

Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἐν θαλάττῃ, καὶ ἐν νόσοις ἀδοξῆς, ὁ ἀνδρεῖος.

In cæteris periculis, & mortis generibus, vir Fortis quidem etiam se decenter gerit, & animi sui præsentiam & constantiam ostendit: sed tamen dolet ejusmodi morte sibi pereundum esse, ex qua neque ipse laudem & gloriam reportare, neque aliis utilitatem aliquam adferre possit.

CAPUT VII.

Dixisti Fortitudinem versari circa Formidabilia: Quotuplicia sunt ea?

Τὸ δὴ φοβερὸν ἐ πᾶσι μὲ τὸ αὐτό· λέγομεν δέ τι καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον.

Τῶν φοβερῶν sunt duo genera: quædam enim dicuntur esse ὑπὲρ ἄνθρωπον, supra hominem, hoc est, quæ majora sunt, quàm ut possint ab humana natura contemni, aut sustineri: sed meritò quemvis hominem sanâ mente præditum perterrefaciunt, & attonitum reddunt. Velut sunt terræ motus, exundationes fluminum, magnæ & inusitatæ tempestates, fulgura, fulmina, item alia portenta, & prodigia, quæ Dei iram & publicas calamitates denunciant.

Estnè in hoc primo genere Formidabilium Fortitudinis aliquis usus?

* Τοῦτο μὲν τὸν φοβερὸν παντὶ τῷ νῦν ἔχοντι.

* In his Fortitudo non habet locum. Nam qui ea contemnunt, aut sunt mente destituti, aut planè ἄθεοι.

Quod est alterum Genus Formidabilium?

* Τὰ δὴ κατ' ἄνθρωπον διαφέρει μεγέθει, καὶ τῷ μᾶλλον, καὶ τῷ ἧττον.

* Alterum genus τῶν φοβερῶν est eorum, qui dicuntur esse κατ' ἄνθρωπον, secundum hominem, h.e. quæ possunt à viro forti & cordato sustineri, & contemni; atque ex his alia sunt majora, alia minora: ideóque alia magis, alia minùs solent nos perterrefacere; cujusmodi sunt ea, de quibus in præcedenti capite dictum est. Atque circa hæc vir fortis virtus potest conspici.

Quod

Quod est officium viri Fortis in periculis, & rebus Formidabilibus?

Primùm, Vir fortis in periculis est quidem impavidus, sed ut homo, non autem ut brutum animal, aut ut lapis, vel truncus: in quibus nullus est intellectus, aut sensus periculorum. Deinde, Non temere quævis adit pericula: sed tantùm ea, quæ sunt honesta, & in quibus potest aliquid laude dignum, quódque aliis utile sit, præstare. Tertió, Adit pericula cum consilio & ratione, h.e. eo modo, loco, & tempore, quo & quando oportet: ídque firmo animi proposito. Quartó, Omnia hæc facit τοῦ καλοῦ ἕνεκα, honestatis gratiâ: hic enim est præcipuus finis omnium actionum virtutis.

Ὁ δ' ἀνδρεῖος ἀνεκπλήκτος ὡς ἄνθρωπος. φοβήσεσθαι μὲν οὖν καὶ τὰ τοιαῦτα ὡς δεῖ δέ, καὶ ὡς ὁ λόγος παραμένει, τοῦ καλοῦ ἕνεκα· τοῦτο γὰρ τέλος τῆς ἀρετῆς.

Quot sunt Extrema, sive vitia, quæ Fortitudini opponuntur?

* *Duo:* unum est in excessu, *Audacia*, sive *Temeritas*, ἡ θρασύτης, cui cognata est ἡ ἀφοβία, *Metûs vacuitas*. Alterum est in defectu, *Timiditas*, ἡ δειλία.

* Τῶν δ' ὑπερβαλλόντων, ὁ μὲν τῇ ἀφοβίᾳ ἀνώνυμος.

Audaces & Fortes in quo conveniunt, & in quo differunt?

* Conveniunt in eo, Quòd utrique pericula intrepidè adeunt: Audaces verò id faciunt temere, & ex quadam arrogantia. Deinde, Quòd Fortes in periculis sustinendis præstant constantiam: Audaces verò nullam præstant constantiam. Tertió, Fortes ante pericula sunt ἡσύχιοι, id est, quieti, non clamosi, aut minaces, neque contumelioси adversus hostem: in ipso verò periculo & certamine sunt ὀξεῖς, acres, animosi, & strenui. Contrà, Audaces ante pericula sunt προπετεῖς, præcipites, clamosi, minaces, & jactabundi: in ipso verò periculo & certamine, animum remittunt, resiliunt, & in fugam se conjiciunt; habentes, ut *Virgilius* lib. XI. *Æneid.* ait, Martem in lingua ventosa, & pedibus fugacibus. Unde etiam θρασύδειλοι nominantur, eò quòd habent timiditatem cum audacia conjunctam.

* Περὶ ταῦτα μὲν οὖν ἐστιν ὅ, τε δειλός, καὶ ὁ θρασύς, καὶ ὁ ἀνδρεῖος· διαφόρως δ' ἔχουσι πρὸς αὐτά.

Sùntne etiam Fortes nominandi, qui sibi ipsis manus violentas afferunt?

Τὸ δ' ἀποδυήσκειν φεύγοντα πενίαν, ἢ ἔρωτα, ἢ τι λυπηρόν, οὐκ ἀνδρείου, ἀλλὰ μᾶλλον δειλοῦ.

Tales etiamsi videantur quoque mortem contemnere, tamen non possunt fortes nominari: quia non faciunt illud honestatis aut publicæ alicujus utilitatis gratiâ; sed tantùm ex quadam impatientia, ut liberentur ab iis rebus, quæ ipsis sunt molestæ. Est autem viri fortis proprium, labores, dolores, & molestias magno animo sustinere & perferre.

CAPUT VIII.

Quotuplex est Fortitudo?

Λέγονται δὴ καὶ ἕτεραι καὶ πέντε ἀνδρεῖαι τρόποις.

Duplex est *Fortitudo:* Una *Vera*; quæ solâ honestate excitatur, & nititur, de qua hactenus est explicatum: altera non vera, sed *Apparens* fortitudo; quæ etiam propter alias causas, quàm propter honestatem, quosdam impellit, ut labores, pericula, mortémque ipsam audeant adire & sustinere.

Quot sunt hujus non veræ Fortitudinis Species?

Quinque: quarum prima nominatur ἀνδρεία πολιτική, Fortitudo *Politica*. Altera, ἀνδρεία διὰ τὴν ἐμπειρίαν, Fortitudo ab experientia nata, seu ἐμπειρική, *Experimentalis*. Tertia, ἀνδρεία διὰ τὸν ὀργήν, Fortitudo ab ira excitata, seu ὀργιστική, *Iracunda*. Quarta, ἀνδρεία διὰ τὴν ἐλπίδα, Fortitudo propter spem: ab aliquibus nominatur *Fiduciaria*, ἀνδρεία ἐλπιστική. Quinta, ἀνδρεία διὰ τὴν ἄγνοιαν, Fortitudo propter ignorantiam periculi; quasi *Inscia* Fortitudo.

Quid est Fortitudo Politica?

Πρῶτον μὲν ἡ πολιτική.

Fortitudo Politica dicitur ea, quam leges à singulis civibus requirunt in defendenda & propugnanda patria: propositis præmiis vel pœnis, honoribus aut ignominiâ iis, qui sese in defensione civitatis strenuos vel ignavos præbuerint.

Quare

Quare hæc non est vera Fortitudo?

Propter duas causas: Primùm, *Ratione Causæ Efficientis:* quia non est omnino voluntaria, sed videtur proficisci ex quadam necessitate, & quodammodo esse coacta; quatenus nimirum leges eam præcipiunt, & à singulis civibus necessariò, sub comminatione pœnarum, exigunt. Deinde, *Ratione Causæ Finalis:* quia non simpliciter spectat honestatem; sed magis ut consequatur honores & præmia, aut evitet ignominiam & pœnas, quæ legibus continentur.

Δοκεῖσι γὰρ ὑπομένειν τὸς κινδύνυς οἱ πολῖται διὰ τὰ ἐκ τῶν νόμων ἐπιτίμια, καὶ τὰ ὀνείδη, καὶ διὰ τὰς ζημίας.

Quid est Fortitudo διὰ τὴν ἐμπειρίαν?

* *Fortitudo propter experientiam*, est animositas & confidentia in adeundis periculis, profecta ab experientia eorum, qui antea sæpius ex hujusmodi periculis salvi evaserunt. Hæc in lib. 3. Eudem. nominatur στρατωτικὴ, *Militaris:* quia præcipuè conspicitur in veteranis & exercitatis militibus.

* Δοκεῖ δὲ καὶ ἡ ἐμπειρία ἡ περὶ ἕκαστα ἀνδρεία τις εἶναι.

Quid est Iracunda Fortitudo?

* *Iracunda Fortitudo* est animositas quædam in adeundis periculis, profecta ex ira propter vindictæ cupiditatem. Habet enim ira maximum incitamentum ad contemnenda pericula: unde Peripatetici dixerunt, eam esse *Cotem Fortitudinis.* Et *Seneca* ait, *Ira necessaria est, nec quicquam sine illa expugnari potest: nisi illa impleat animum, & spiritus accendat.*

* Καὶ τὸν θυμὸν δ' ἐπὶ τὴν ἀνδρείαν ἐπιφέρουσι· ἀνδρεῖοι γὰρ εἶναι δοκοῦσι καὶ οἱ διὰ θυμόν· ὥσπερ τὰ θηρία, ἐπὶ τὸς πεπωκότας φερόμενοι.

Quomodo differt Iracunda Fortitudo à Vera Fortitudine?

Quatuor modis. Primùm, *Causâ Efficiente.* Vera enim Fortitudo proficiscitur ἐκ προαιρέσεως, ex certo animi proposito & consilio: Hæc autem ex dolore aut aliqua offensione existit. Deinde, *Causâ Materiali*, seu *Subjecto.* * Vera Fortitudo non est nisi in viris bonis & prudentibus: Hæc autem etiam est in malis, & stultis; interdum etiam in bestiis, quæ iracundæ, sæpe in præsens periculum sese conjiciunt. Tertiò, *Causâ Formali.* Vera Fortitudo in

* Οἱ μὲν οὖν ἀνδρεῖοι διὰ τὸ καλὸν πράττουσιν· ὁ δὲ θυμὸς συνεργεῖ αὐτοῖς. τὰ θηρία δὲ διὰ

adeundis

adeundis periculis sequitur rectam rationem, & servat modum: Hæc autem rapitur ab affectu, neque audit rationem. Quartó, *Causâ Finali.* Vera fortitudo solùm honestatis causâ pericula adit & sustinet: Hæc autem vindictæ causâ omnia agit.

Quid est Fortitudo διὰ τὴν ἐλπίδα?

Οὐ δὴ οἱ εὐέλπιδες ὄντες ἀνδρεῖοι.

Fortitudo propter spem, est animositas in adeundis periculis, excitata propter spem evasionis aut victoriæ.

Quomodo hæc differt à vera Fortitudine?

* Ἀλλ' οἱ μὲ ἀνδρεῖοι διὰ τὰ προειρημένα δαρραλέοι.

* Quatuor modis. Primùm, *Causâ Efficiente.* Nam in vera Fortitudine spes & fiducia proficiscitur à bonitate causæ, & rectâ conscientiâ: in hac autem omnis spes & fiducia consistit in præsidiis & externis auxiliis. Deinde, *Causâ Materiali*, seu ipsis periculis circa quæ versantur. Sunt enim duplicia pericula: quædam sunt prævisa; quædam autem repentina. Veri fortes in utroque genere periculorum sunt animo præsenti, & fortiter se gerunt. Qui autem solâ spe fortes sunt, hi solùm in prævisis periculis sibi constant: in repentinis autem animum despondent. Tertió, *Causâ Formali.* Veri fortes in periculis per omnia decenter se gerunt, & usque ad mortem constantiam præstant: Hi autem, cùm primùm vident, se frustrari suâ spe, & destitui iis auxiliis, in quibus confidebant, animum despondent, & turpiter fugiunt. Quartó, *Causâ Finali.* Veri fortes omnia agunt honestatis causâ, etiamsi de victoria non possint sibi multum polliceri: Hi autem tantùm ideo se in periculis animosos & cordatos ostendunt, quia sibi certam spem de victoria conceperunt.

Quid est Fortitudo διὰ τὴν ἄγνοιαν?

Ἀνδρεῖοι δὴ φαίνονται καὶ οἱ ἀγνοοῦντες.

Fortitudo propter ignorantiam, est animositas in adeundis periculis, profecta ex periculi ignorantia. Talis fortitudo plerunque est in Tyronibus seu novitiis militibus qui, quoniam ignorant belli mala & pericula, interdum alacriores esse videntur, cùm ad bellum aut pugnam eun-

dum

dum est, quàm veterani milites. Unde natum est Proverbium, *Dulce bellum inexpertis.*

CAPUT IX.

Versatúrne Fortitudo magìs circa τὰ φοβερά, an circa τὰ θαρραλέα;

FOrtitudo magìs versatur circa formidabilia: quia in illis magìs potest ejus vis & propria natura conspici; quatenus ea magìs solent animos hominum perturbare. Unde etiam vulgò ferè solùm ii fortes solent nominari, qui in ejusmodi rebus sunt præsenti & magno animo.

Περὶ θαρρῆ ὁ μᾶλλον ἡ ἀνδρεία ἐστί, καὶ φόβους ἢ ἀνδρεία ἐστί, καὶ ὁμοίως περὶ ἄμφω ἐστὶν, ἀλλὰ μᾶλλον περὶ τὰ φοβερά.

Sed quia actiones Fortitudinis conjunctæ sunt cum molestia & dolore: quomodo vera sunt ea, quæ suprà dicta fuerunt de jucunditate, quæ virtutum actionibus inest?

Actiones virtutum considerantur vel *Solæ*, & *per se*: vel *Ratione finis.* Quando *Solæ* considerantur, conjunctæ sunt cum labore, dolore, & molestia. Est enim, ut *Hesiodus* ait, *Virtutis via aspera, ardua, & difficilis, cum multo sudore conficienda.* Si verò *Ratione Finis* considerantur, tùm demum vera earum apparet jucunditas, ipsa nimirum beatitudo, quæ per eas comparatur, quemadmodum in lib. 1. dictum fuit.

Οὐ μὴν ἀλλὰ δόξειεν ἂν εἶναι τὸ χαλεπὴν ἀνδρείαν τέλος εἶναι, διὰ τὴν λύπην ἣ ἀφανίζεσθαι.

Adferúntne vulnera & mors viro Forti quoque dolorem, & tamen nihilominus potest nominari Fortis?

Maximè. Nam si instar lapidis aut trunci nullum indè sentiret dolorem; nulla esset ejus laus, quòd ea pateretur, & sustineret: imò quò majorem indè percipit dolorem, & tamen honestatis causâ ea perfert; eò etiam majorem indè consequitur laudem.

Εἰ δὴ τοιοῦτόν ὅτι καὶ τὸ περὶ τὴν ἀνδρείαν, ὃ μὲν θάνατος καὶ τὰ τραύματα λυπηρὰ τῷ ἀνδρείῳ καὶ ἄκοντι ἔσαι. * Καὶ ὅσῳ ἂν μᾶλλον τὴν ἀρετὴν ἔχῃ πᾶσαν, καὶ εὐδαιμονέστερος ᾖ, μᾶλλον ἐπὶ τῷ θανάτῳ λυπήσεται.

Ergóne licet viro Forti mortem metuere?

Omnino. Primúm,* Quia dignissimus est vitâ: quoniam

quamdiu

quamdiu vivit, poteſt ſuâ virtute pluribus prodeſſe. Deinde, Quia ſcit ſe per mortem ſpoliari multis & maximis bonis, quæ ei meritò chariſſima eſſe debent.

Súntne milites mercenarii etiam fortes dicendi, qui ſæpe propter prædam, aut exiguum ſtipendium, maxima ſubeunt pericula? videntur enim etiam hi mortem contemnere.

Στρατιώτας δ' ἐνδέχεται ἔσως κωλύει μὴ τὰς κρατίστας εἶναι· ἀλλὰ τὰς ἵππον μὴ ἀνδρείους, ἄλλο δ' ἀγαθὸν μηδὲν ἔχοντας.

Nequaquam. Etſi enim tales in bello interdum non ſint inutiles; propterea quòd patiuntur ſibi ea imponi munia, quæ fortaſſe viri fortes obire detrectarent: tamen, quia non honeſtatis, ſed lucri gratiâ, temerè & ſine ratione ſe in pericula conjiciunt, & vitam ſuam quaſi proſtituunt, non poſſunt fortes nominari.

CAPUT X.

Temperantia quomodo definitur ab Ariſtotele?

* Ἡ σωφροσύνη ἐστὶ μεσότης περὶ ἡδονὰς καὶ λύπας· Temperantia eſt mediocritas circa voluptates & dolores: h. e. Temperantia eſt virtus, quæ mediocritatem ſervat in expetendis & fruendis voluptatibus, aut perferendis iis doloribus, qui ex rei jucundæ privatione animo concipiuntur.

* Μετὰ ταύτην περὶ σωφροσύνης λέγωμεν.

Quæ ſunt propria Objecta Temperantiæ?

Περὶ ποίας οὖν τῶν ἡδονῶν νῦν ἀφορίσωμεν.

Voluptates corporis, quæ afficiunt guſtum, & tactum: præcipuè vero quæ afficiunt tactum; & percipiuntur ex cibo, potu, & Venere. Hinc aliqui tres *Species* conſtituunt *Temperantiæ:* quarum una eſt cibi, & nominatur *Abſtinentia;* altera potûs, & dicitur *Sobrietas;* tertia eſt Veneris, & vocatur *Caſtitas.* Plato lib. 3. de Republica, Ἡ σωφροσύνη ἐστὶ τῶν ἡδονῶν περὶ ἐδωδάς, καὶ ποτές, καὶ ἀφροδίσια.

Quare ſolùm hæ voluptates dicuntur eſſe proprium Objectum Temperantiæ?

Propter quatuor præcipuè cauſas. Primùm, Quia hæ voluptates

voluptates ſunt homini communes cum brutis animantibus. Deinde, Quia ſolùm propter earum moderatum vel immoderatum uſum, homines propriè dicuntur eſſe temperantes, aut intemperantes. Tertiò, Quia ab homine expetuntur, non quatenus eſt homo, id eſt, ratione & mente præditus; ſed quatenus eſt animal ſenſu præditum. Quartò, Quia Temperantiæ proprium officium eſt, appetitum hominis moderari, nè in illis expetendis aut perfruendis modum excedat, ac beſtiis ſimilis evadat.

Quare voluptates animi, aut reliquorum ſenſuum, non ſunt proprium Objectum Temperantiæ?

Quoniam propter illas nemo propriè & per ſe temperans vel intemperans dici poteſt: etiamſi in illis expetendis modum ſervet aut non ſervet.

Οἱ γὰρ χαίροντες τοῖς διὰ τῆς ὄψεως, οἷον χρώμασι, καὶ σχήμασι, καὶ γραφῇ, οὔτε σώφρονες, οὔτε ἀκόλαστοι λέγονται.

CAPUT. XI.

Quomodo dividuntur voluptatum cupiditates?

EAdem eſt cupiditatum, quæ voluptatum diviſio atque varietas; quandoquidem illæ ab his excitantur.

Quænam eſt illa?

* *Voluptates*, earúmque *Cupiditates*, aliæ ſunt *Naturales & Communes*: aliæ *Accerſitæ & Propriæ*, ſive *Peculiares*.

* Τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δ' ἴδιαι καὶ ὀπίθετοι.

Quæ dicuntur Naturales?

Quibus naturaliter non ſolùm homo, ſed omne animal afficitur: ut eſt voluptas & cupiditas cibi, potûs, & Veneris. Has *Cicero* lib. 2. de *Finib.* & *Ariſtoteles* infrà lib. 7. & 10. vocant *Neceſſarias*: quia pertinent ad conſervationem vel Speciei, vel Individui.

Quæ dicuntur Accerſitæ?

Quæ non à natura, ſed quâdam conſuetudine, aut pravâ affectione, aut morbo, aut propriâ voluntate exiſtunt. Has *Cicero* lib. 1. de *Finib.* vocat *Inanes*, & *Non-neceſſarias*; & ait, earum neque modum, neque finem inveniri.

Quo

Quo pacto peccatur circa Voluptates & earum Cupiditates?

Ἐν μὲν ἔν ταῖς φυσικαῖς ἐπιθυμίαις ὀλίγοι ἁμαρτάνουσι καὶ ἐφ' ἓν τὸ πλεῖον.

Circa Naturales voluptates uno ferè ſolùm modo ab hominibus peccatur; nempe in eo, quod eſt Nimium, ſive in exceſſu: quòd plùs illis indulgent, quàm debebant; quando plus cibi vel potûs aſſumunt, quàm natura poſtulat. Circa privatas verò & proprias voluptates & cupiditates, multis & variis modis ab hominibus delicatis & intemperantibus peccatur. Ideóque etiam in iis moderandis & coërcendis, propriè Temperantiæ munus verſatur.

Quæ ſunt Extrema Temperantiæ?

Duo: quorum unum conſideratur in exceſſu, & nominatur ἀκολασία, *Intemperantia.* Alterum conſideratur in defectu, & nominatur improprio vocabulo ἀναισθησία, *Senſuum ſtupor.*

Quid eſt Intemperantia?

Ὁ μὲν ἔν ἀκόλασος ἐπιθυμεῖ τῶν ἡδέων πάντων, ἢ τῶν μάλιστα.

Eſt vitium, quo citra delectum quævis voluptates, nullâ habitâ ratione honeſtatis, immoderatè expetuntur.

Quid eſt ἀναισθησία?

Eſt, ut *Cicero* in Partitionibus ait, immanitas quædam in aſpernandis omnibus etiam neceſſariis & honeſtis voluptatibus. Hoc vitium, quia alienum eſt à naturâ humana, quæ ut doloris, ità etiam voluptatis ſenſu eſt prædita, ideo etiam certo & proprio nomine caret.

Quod eſt officium Temperantis circa voluptates?

Ὁ δὴ σώφρων μέσως περὶ ταῦτα ἔχει. οὔτε γὰρ ἥδεται οἷς μάλιστα ὁ ἀκόλασος, ἀλλὰ μᾶλλον δυσχεραίνει· οὔτε ὅλως οἷς μὴ δεῖ, οὔτε σφόδρα τοιούτῳ ἡδονῇ, οὔτε ἀπόντων λυπεῖται, οὐδὲ ἐπιθυμεῖ ἢ μετρίως, οὐδὲ μᾶλλον ἢ δεῖ, οὐδ' ὅτε μὴ δεῖ, οὐδ' ὅλως τῶν τοιούτων ἡδονῶν.

Officium Temperantis circa voluptates in duabus potiſſimùm partibus videtur conſiſtere: Nempe in moderata abſentium voluptatum expetitione, & præſentium fruitione.

tione. Est enim hominis Temperantis, Primùm, Honestas solùm & licitas voluptates moderatè expetere; turpes verò & illicitas aversari. Deinde, Voluptatibus honestis & licitis ità uti & frui, ut propter illas nihil committat, quod vel famæ & existimationi officere, vel valetudinem & corporis vires lædere ac debilitare, vel rei familiari damnum aliquod adferre possit.

CAPUT XII.

Utrum vitium magis est reprehendendum, Intemperantiáne an Timiditas?

INtemperantia est ἐπονειδιστότερα, id est, magis reprehendenda, quàm *Timiditas:* idque propter duas causas.

Quæ est prima causa?

Quoniam magis est voluntaria. Nam Intemperans sciens, ultro, & volens intemperanter agit, propter voluptatem, quam in se habet: ad quam naturaliter omnes homines sunt procliviores. Timidus verò, quia terrore & metu periculi animum habet perturbatum, videtur aliquo modo insçius & invitus aliter quàm proposuerat agere: nempe arma abjicere, turpiter ex acie fugere, hosti supplex fieri. Quæ actiones, quoniam cum dolore sunt conjunctæ, non videntur omnia à volentibus proficisci.

Ἑκουσίῳ ᾗ μᾶλλον ἔοικεν ἡ ἀκολασία τῆς δειλίας.

Quæ est altera causa?

Quia Intemperans potest faciliùs, & minori periculo, imò cum magno suo commodo, à voluptatibus sibi temperare, quàm Timidus possit à suis actionibus abstinere. Nam, si velit in acie & pugna constanter perseverare, & fortiter pugnare, non solùm multæ molestiæ, plagæ, & vulnera ei sunt perferenda: verùm etiam singulis momentis ei mors est metuenda.

* Τὸ δ' ὄνομα τῆς ἀκολασίας καὶ ἐπὶ τὰς παιδικὰς ἁμαρτίας φέρομεν.

Quare vitium Intemperantiæ à Græcis nominatur ἀκολασία;

* Vocabulum ἀκολασία translatum est à pueris malè educatis; quorum petulantia nondum est castigata, domita, &

& repressa: à particula privativa α, & à verbo κολάζω, ἀκόλαστος, quasi μὴ κεκολασμένος, non punitus, effrenis, & indomitus: & ἀκολασία eorum quorum cupiditates & inordinati affectus nondum sunt domiti; sed ultra modum, nullâ habitâ ratione honestatis, ad quævis obvia feruntur.

LIBER IIII.

Quod est argumentum Quarti libri?

IN quarto libro explicantur ordine *Octo Virtutes Morales:* quibus in fine adjiciuntur duo alii laudabiles affectus; *Verecundia* nimirum, & *Indignatio.*

Quæ sunt illæ octo virtutes?

Liberalitas, Magnificentia, Magnanimitas, Modestia circa honores, Mansuetudo, Veritas, Comitas, & Urbanitas.

CAPUT I.

Quid est Liberalitas?

Λέγωμεν δ' ἑξῆς περὶ ἐλευθερειότητος· δοκεῖ δ' εἶ περὶ χρήματα μεσότης.

Liberalitas est virtus, quæ mediocritatem servat in dandis sive erogandis, & accipiendis pecuniis: Ἐλευθεριότης ἐστὶ μεσότης περὶ τὰ χρήματα. Et Ἐλεύθερος, ὁ ἕχων τιὼ περὶ τὰ χρήματα ἀρετιώ.

Quæ sunt ejus Objecta?

Τὰ χρήματα, id est, Pecuniæ, & omnes res, opes, atque possessiones, quæ pecuniâ æstimantur, & quarum est aliquis usus ad vitæ sustentationem. Χρήματα λέγεται πάντα ὅσων ἡ ἀξία νομίσματι μετρεῖται.

Quare Pecuniæ dicuntur Liberalitatis esse Objectum?

Quoniam propter solam hanc causam aliquis Liberalis dicitur, & laudatur; quia se rectè gerit in accipiendis & erogandis pecuniis: quemadmodum etiam solùm propter earum malam tractationem, aliqui tanquam prodigi & avari

vituperantur. Unde etiam Aristoteles Liberalem definit, ὃς ἄριστα χρῆται τῇ πλούτῳ, eum qui rectè divitiis utitur.

Quæ sunt Actiones Liberalitatis?

Dare sive erogare, & *Accipere*: δοῦναι καὶ λαμβάνειν· magis tamen ejus vis cernitur in dando, quàm in accipiendo.

Quibus argumentis id probas?

Primùm, Quia usus divitiarum consistit in Dando, & in faciendis sumptibus; non autem in Accipiendo, aut Custodiendo: quæ duo ad possessionem magis quàm ad usum earum pertinent. *Deinde*, Quia virtutis magis proprium est, Bene facere & honesta agere, quàm Beneficium pati aut turpia non agere. *Præterea*, Quia potiùs debetur gratia beneficium Danti, quàm Accipienti. *Ad hæc*, Quia laudabilius est Dare, quàm Accipere; Et Quia virtus versatur circa difficiliora: difficilius autem est Dare, quàm Accipere. *Huc accedit*, Quòd nemo Liberalis appellatur, quia Accipit, sed quia Dat beneficium. *Denique*, Quia virtutis proprium est, Aliis prodesse: atqui Liberalis solùm Dando aliis prodest, non autem Accipiendo.

χρῆσις δ' ἐν δόσει, χρημάτων. δαπάνη καὶ δόσις· ἡ δὲ λῆψις καὶ ἡ φυλακή, κτῆσις μᾶλλον.

Quæ sunt in exercenda Liberalitate consideranda?

Duo præcipuè. Primùm, *Finis* propter quem Liberalitas exercetur. Deinde, *Modus* qui in exercenda liberalitate est observandus.

Quo fine exercenda Liberalitas?

* *Solius honestatis gratiâ*. Proinde qui beneficia sua aliis conferunt, vel ostentationis gratiâ; vel ut majora beneficia iterum ab illis reportent; vel ut sibi eorum favorem & gratiam concilient; vel ut per ea ad honores in magistratu perveniant; vel ut ab importunitate petentium liberentur; vel denique propter quamcunque aliam causam, quàm propter honestatem: hi non sunt Liberales nominandi.

* Αἱ δὲ κατ' ἀρετὴν παρέξεις καλοῦ, καὶ τοῦ καλοῦ ἕνεκα· καὶ ὁ ἐλευθέριος ἐν δώσει τοῦ καλοῦ ἕνεκα.

De Modo exercendæ Liberalitatis quid præcipitur?

Dare oportet ὀρθῶς, id est, rectè.

Ut autem Liberalitas rectè exerceatur, quæ sunt consideranda?

Ὅις γὰρ δεῖ, καὶ ὅσα, καὶ ὅτε, καὶ τἆλλα ὅσα ἕπεται τῇ ὀρθῇ δόσει.

Quinque potissimùm circumstantiæ hîc sunt considerandæ; *Persona, Quantitas, Qualitas, Tempus,* & *Locus.*

Quid de Persona præcipitur?

Persona dupliciter consideratur: vel enim est ipsius *Dantis*, vel est *Accipientium*, hoc est, eorum, quibus beneficium confertur.

Quid de Persona Dantis præcipitur?

In *Persona Dantis* præcipuè spectandus est *animus*, ut det ἡδέως καὶ ἀλύπως, libenter, cum quadam animi jucunditate, & sine molestia: quemadmodum etiam Siracides inquit, *Hilarem datorem diligit Deus.*

Quid præcipitur de Persona Accipientium?

Οὐδὲ τοῖς τυχοῦσι δῶσει· ἵνα ἔχῃ διδόναι οἷς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ἃ καλόν.

In *Persona Accipientium* considerandum est, *Utrùm digni sint nostris beneficiis:* ideo Aristoteles inquit, non dandum esse τοῖς τυχοῦσι, id est, quibuslibet sine discrimine; sed solùm iis, quibus oportet.

Quid de Quantitate beneficiorum præcipitur?

* Τὸ μὴ ἐπιβλέπειν ἐφ' ἑαυτόν, ἐλευθερίου καὶ τὸν αὐτὸν ἔχειν δ' ἡ ἐλευθεριότης λέγεται.

* *Duo* hîc sunt consideranda. Primùm, *Facultates Dantis: Cavendum* enim *est*, ut Cic. præcipit, *nè benignitas major sit, quàm facultates:* &, ut Apostolus Paulus ait, *Nè aliis sit relaxatio, nobis verò angustia.* Deinde, *Conditio Accipientis:* ut cuique pro dignitate & necessitate detur; quia Liberalitas est pars Justitiæ.

Quo

Quod eſt præceptum de Qualitate beneficiorum?

Talia danda ſunt, *quæ Accipienti poſſunt prodeſſe, & non nocere:* ideo Ariſtoteles monet, non eſſe danda deteriora, & nobis ſervanda meliora.

Quomodo beneficia ſunt æſtimanda?

Beneficia *Non ex magnitudine, aut numero, ſed ex animo & facultatibus Dantis, & utilitate Accipientium* ſolent æſtimari. Atque hinc fit, ut interdum liberalior habeatur, qui pauciora dedit: quemadmodum etiam Chriſtus pronunciat de vidua, *Luc.* 21.

Οὐ γὰρ ἐν τῷ πλήθει τῶν διδομένων τὸ ἐλευθέριον· ἀλλ' ἐν τῇ τοῦ διδόντος ἕξει.

Quid de Tempore præcipitur?

Beneficia *Non* ſunt *procraſtinanda*, ſed tempeſtivè danda, ut magis poſſint prodeſſe: Nam ut dicitur, *Bis dat, qui citò dat:* Ὠφελίαι γὰρ χάριτες γλυκερώτεραι.

Quid de Loco præcipitur?

Ariſtoteles inquit, dandum eſſe ἔι καλόν, id eſt, *Ubi eſt honeſtum.* Nam quæ honoris gratiâ dantur, ea palàm poſſunt dari: quæ autem dantur ad ſublevandam alterius egeſtatem, ea clàm debent dari; nè Accipientem pudefaciamus coram aliis.

Hactenus oſtendiſti, quod ſit officium hominis Liberalis περὶ τὸ δόσιν. Oſtende jam quo pacto ſe gerat περὶ τὸ λῆψιν, in accipiendo.

De hac parte officii Liberalis quatuor ſunt præcepta. *Primùm,** Liberalis non accipit, unde non eſt accipiendũ: quia non magni facit pecunias, ſicut homines avari: quibus etiam turpe lucrum eſt dulce. *Deinde,** Liberalis non eſt petax, αἰτητικός· magis enim cupit benefacere, quàm ab aliis beneficium accipere. *Tertiò,** Liberalis accipit de ſuis

* Οὐδὲ λήψεσθαι δὲ ὅθεν μὴ δεῖ.

* Οὐκ ἂν εἴη ὃ ἔστ' αἰτητικός. * Ὅθεν ὃ δεῖ λήψεται, ἴσον ἀπὸ τῶν ἰδίων κτημάτων.

proventibus, quando aliis vult benefacere, & non de alienis. *Quartò*, Liberalis honestis rationibus studet suas facultates augere: non ut magnas opes cumulet; sed ut habeat unde possit de propriis suis bonis & se suósque alere, & aliis benefacere. *In summa*, * Liberalis non est λαπτικός, pronus ad accipiendum; sed potiùs προεπικός, propensus ad largiendum: atque ideo neque vult, neque etiam facilè potest diteſcere.

Οὐδὲ ἀμελήσει τῶν ἰδίων, βελόμενός γε διὰ τούτων ποιὴν ἐπαρκεῖν.

Quando committitur error circa Liberalitatem?

Duobus modis. * *Dando*, & *Non dando*. *Dando*, quando datum est indignis: *Non dando*, quando non datum est dignis. Verùm Liberalis propter hunc posteriorem errorem magis dolet, quàm propter priorem. Existimat enim, satius esse indignis dare, quàm dignos præterire. Quemadmodum Hadrianus Imperator dicere solebat, *Melius* esse *nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare.*

* Πλεῖν δ' ἐ ῥᾴδιον τὸν ἐλευθέριον, μήτε λαπτικὸν ὄντα, μήτε φυλακτικόν, προεπικὸν δέ.

Quæ sunt Extrema Liberalitatis?

* *Duo:* Unum in excessu, quod nominatur *Profusio*, seu *Prodigalitas*, ἀσωτία· Alterum in defectu, quod appellatur *Illiberalitas* seu *Avaritia*, ἀνελευθερία.

* Ἐὰν δὲ παρὰ τὸ δέον, καὶ τὸ καλῶς ἔχον, συμβαίνῃ ἀυτῷ ἀναλίσκειν, λυπηθήσεται· μετρίως δέ, καὶ ὡς δεῖ.

Quid est Profusio?

* *Profusio* est vitium, quo in dando modum excedimus, nullâ habitâ ratione earum circumstantiarum, de quibus paulò antè in Liberalitate dictum fuit.

* Εἰρηται δ' ἡμῖν ὅτι ὑπερβολαὶ καὶ ἐλλείψεις εἰσὶν ἡ ἀσωτία λαμβάνειν

Quare hoc vitium nominatur ἀσωτία?

Quia, dum prodigus non servat, sed temere profundit suas facultates, quæ sunt vitæ sustentandæ & conservandæ instrumenta, seipsum quasi perdit: ut ab inopia salvari nequeat. Ἀσωτία ὅτιν ἀπώλεια τις αὐτῦ, καὶ ἡ τῆς οὐσίας φθορά. Ἄσωτός ὅτιν, ὁ φθείρων πῶ οὐσίαν, καὶ ὁ δι' αὐτὴ ἀπολλύμενος.

Quotuplex est vitium Prodigalitatis?

Duplex, unum *Simplex & solitarium:* eorum qui tenent καὶ ἡ ἀνελευθερία. * Ἡ μὲν ἀσωτία, πῶ διδόναι καὶ μὴ ὑπερβάλλει, πῶ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει.

mere absque ullo suo commodo facultates suas in quaslibet res profundunt: nihil autem vicissim accipere cogitant. Alterum est *conjunctum cum pluribus aliis vitiis*, eorum scilicet, qui non solùm temere & inutiliter suas facultates profundunt in voluptates & alias res, in quas non oportet, verùm etiam vicissim aliis sua bona per injuriam auferunt; ut habeant unde possint aliis iterum largiri: atque ideo non solùm sunt prodigi, sed etiam illiberales, avari, rapaces, injusti, intemperantes.

Ἀλλ' οἱ πολλοὶ τῶν ἀσώτων, καθάπερ εἴρηται, καὶ λαμβάνουσιν ὅθεν μὴ δεῖ, καὶ εἰσὶ κατὰ τοῦτο ἀνελεύθεροι.

Quid est Avaritia?

* *Avaritia* est vitium, quo in accipiendo modum excedimus: nullâ habitâ ratione justitiæ, aut æquitatis.

* Ἡ δὲ ἀνελευθερία τῷ δόσει μὲν ἐλλείπει.

Quot sunt genera Avarorum?

Tria. Unum est eorum, * *Qui dando solùm deficiunt:* interea tamen nemini sua dolo aut vi auferunt. Hi variis appellantur nominibus: videlicet φειδωλοί, *Parci*; γλίσχροι, *Tenaces*; κίμβικες ἢ ῥυπαροί, *Sordidi*.

* Πολλοὶ γὰρ τρόποι δόκεῦσι τῆς ἀνελευθερίας εἶναι.

Quod est alterum genus Avarorum?

Alterum genus est eorum, * *Qui solùm accipiendo modum excedunt:* & quacunque ratione possunt, per fas & nefas opes congerunt. Hi omnes uno nomine vocantur αἰσχροκερδεῖς, *Turpi lucro dediti:* ut sunt ii, qui lucri gratiâ exercent artes illiberales, fœneratores, usurarii, lenones, propolæ, aleatores, impostores, & similes.

* Οἱ δ' ἄν τι τὴν λῆψιν ὑπερβάλλωσι, τῷ πάντοθεν λαμβάνειν καὶ πᾶν. Ὁ μέντοι κυριώτατος, καὶ ὁ λαμπρότατος τῆς, καὶ ὁ λυπρός, τῷ ἀνελευθέρων εἶναι· αἰσχροκερδεῖς γάρ.

Quid est tertium genus Avarorum?

Tertium genus est eorum, *Qui in utroque peccant*, hoc est, qui & dando deficiunt, & accipiendo modum excedunt. Quod genus avaritiæ est pessimum: de quo verè potest dici id, quod est apud *Cicer.* in oratione Quintiana, *Nullum officium* esse *tam sanctum, atque solenne, quod non avaritia comminuere atque violare soleat.*

Quomodo hæc duo Extrema, Profusio & Avaritia, opponuntur Liberalitati?

Ἡ μὲν ἐν ἀσωτία, τῷ διδόναι.

Profusio Liberalitati opponitur in excessu, ratione τῆς δόσεως· in defectu verò, ratione τῆς λήψεως. *Avaritia* autem *Liberalitati* opponitur in excessu, ratione τῆς λήψεως· in defectu verò, ratione τῆς δόσεως.

Utrum autem vitium est deterius?

Avaritia deterior est *Prodigalitate*: ideóque etiam magis Liberalitati adversatur.

Quare Avaritia deterior est Profusione?

* Ἡ δ' ἀνελευθερία ἀνίατος. Εἰκότως γὰρ τῇ ἐλευθεριότητι ἀνελευθερία ἐναντίον λέγεται· μεῖζόν τε γάρ ἐστι κακὸν τῆς ἀσωτίας, καὶ μᾶλλον ἐπὶ ταύτην ἁμαρτάνουσιν, ἢ ἐπὶ τὴν λεχθεῖσαν ἀσωτίαν.

* *Primùm*, Quia est ἀνίατος, id est, *insanabilis*. Est enim vitium senectutis; & hominibus aliquo modo innatum: insuper etiam subindè cum ætate crescit, adeò ut etiam duret usquè ad mortem; denique quia est multiplex, ut ex prædictis apparet. *Deinde*, Quia nihil habet commune cum Liberalitate. *Tertiò*, Quia Avaritia nemini est utilis, nè quidem ei qui eâ laborat. Unde in Proverbio dicitur, *Avarum nunquam benefacere nisi quando moritur*: quia tunc demum incipit esse utilis. *Quartò*, Quia frequentiùs circa hoc vitium peccatur.

Quare Prodigalitas minùs est vitiosa quàm Avaritia?

* Ἐοικε δ' οὔτε ἄσωτος δόξαι ἂν εἶναι μικρῷ βελτίων εἰς τὰ ἀνελευθέρα.

* *Primùm*, Quia est εὐίατος, h.e. facilè potest sanari & corrigi: partim progressu ætatis; partim defectu opum & facultatum. Cùm enim nimiâ profusione opes sunt exhaustæ, ipsa tandem egestas & inopia cogit finem dandi imponere. *Deinde*, Quia *Prodigalitas* vicinior est *Liberalitati*, quàm Avaritia: quatenus nimirum dando etiam aliis est utilis; eóque nomine etiam interdum laudatur.

CAPUT II.

Quid est Magnificentia?

Δόξειε δ' ἂν εἶναι σχολαιότερον εἰς καὶ περὶ μεγαλοπρεπείας διελθεῖν.

Magnificentia est virtus, quæ mediocritatem servat in magnis sumptibus rectè faciendis. Ἡ μεγαλοπρέπεια δ' ἐστὶ δαπάνη ἐν μεγέθει πρέπουσα.

Quomodo differt à Liberalitate?

Quatuor modis. *Primùm*, Quia *Liberalitas* versatur circa mediocres expensas: *Magnificentia* autem circa magnas, unde etiam à magnitudine nomen accepit. *Deinde*, Quia *Liberalitatis* actiones sunt *Dare* & *Accipere*, διδόναι καὶ λαμβάνειν. *Magnificentiæ* autem solùm est δαπανᾶν, sumptus facere. *Tertiò*, Quia omnis *Magnificus* etiam est *Liberalis*: non autem omnis *Liberalis* est *Magnificus*. *Quartò*, Quia nemo potest dici *Liberalis* erga se & suos, sed tantùm erga alios: potest autem aliquis etiam in se & suos esse *Magnificus*.

Οὐχ ὥσπερ δ' ἡ ἐλευθεριότης διαφέρει περὶ πάσας τὰς ἐν χρήμασι πράξεις, ἀλλὰ περὶ τὰς δαπανηρὰς μόνον· ἐν τούτοις δ' ὑπερέχει τῆς ἐλευθεριότητος μεγέθει.

Quodest officium Magnifici?

* *Officium Magnifici* præcipuè in eo consistit, ut habeat scientiam, & rationem decori in faciendis magnis sumptibus. Indè enim quoq; nomen habet apud Græcos, nempe ἀπὸ τοῦ μεγέθους καὶ πρέποντος, à *magnitudine*, & à *decore*.

* Ὁ δὲ μεγαλοπρεπὴς ὁμοίως ἔοικε· τὸ γὰρ πρέπον φυλάττει δεωρῶν, καὶ δαπανῶν μεγάλα ἐμμελῶς.

Decorum autem illud in quibus rebus spectatur?

* *Decorum Magnificentiæ* spectatur vel in ipsis *Sumptibus*, vel in *Operibus*, in quæ sumptus illi fiunt.

Quotuplicia sunt illa opera?

* *Duplicia:* Vel enim sunt *Sacra*, quæ ad divinum cultum pertinent: ut templa, altaria, sacrificia, imagines, statuæ, vestes sacræ, anathemata, & his similia. Vel sunt *Profana:* atque ea rursum vel sunt *Publica*, quæ ad publicum civitatis usum & ornatum pertinent; ut triremes, propugnacula, mœnia, theatra, porticus, aquæductus, ludi, spectacula, epulæ publicæ, &c. Vel sunt *Privata*, quæ pertinent ad ipsum Magnificum, & ejus familiam: ut nuptiæ, privata convivia, quibus excipiuntur propinqui, amici, aut

* Αἱ δὲ τοῦ μεγαλοπρεποῦς δαπάναι, μεγάλαι καὶ πρέπουσαι· πλεῖστα καὶ τὰ ἔργα. ὅτω γὰρ ἔσται μέγα δαπάνημα καὶ πρέπον τῷ ἔργῳ. ** Ἔστι δὲ τῶν δαπανημάτων, ἃ λέγομεν τὰ τίμια· οἷον, τὰ περὶ τοὺς θεοὺς ἀναθήματα, καὶ κατασκευαί, καὶ θυσίαι, καὶ ὅσα πρὸς τὸ κοινὸν εὐφιλοτίμητα ὄντιν· οἷον εἴ πως χρηιζεῖν οἴονται δεῖν λαμπρῶς. Τῶν δ' ἰδίων, ὅσα εἰσάπαξ γίνεται· οἷον γάμος, καὶ εἴ τι τοιοῦτον, καὶ εἰ περί τι πᾶσα ἡ πόλις σπουδάζει.

hospites;

Μεγαλοπρεπὲς δ' οὐκ ὄγκον κατασκευάσαι πρέποντως τῷ πλούτῳ.

hospites; item ædes, horti, prædia, supellectilia, vestes, vasa aurea, & argentea, &c.

Quod est Decorum in Sumptibus?

Decorum in Sumptibus est, si conveniunt ei personæ, à qua fiunt: & ipsis operibus, in quæ fiunt. Neque enim cuilibet competit magnos facere sumptus, etiamsi habeat unde possit: neque etiam in quævis opera, seu in quasvis res magni sumptus sunt faciendi.

Quibus igitur Personis competit Magnificentia?

Ἐν ἅπασι δ', ὥσπερ εἴρηται, καὶ πρὸς τὸν πράττοντα ἀναφέρεται τὸ τίς ὤν, καὶ τίνων ὑπαρχόντων· ἄξια γὰρ δεῖ τούτων εἶναι, καὶ μὴ μόνον τῷ ἔργῳ, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιοῦντι πρέπειν. διὸ πένης μὲν οὐκ ἂν εἴη μεγαλοπρεπής.

Magnificentia solùm decet eos, qui non solùm opibus honestè acquisitis abundant; sed etiam vel genere, vel virtute, vel dignitate & autoritate cæteris hominibus antecellunt: ità ut eorum status & conditio etiam possit operi aliquem splendorem adferre. Ex his apparet neque pauperes, neque homines obscuros, & ignobiles, revera posse esse Magnificos.

Quod est Decorum in Operibus?

Decorum in Operibus est, si respondent magnitudini sumptuum, qui in illa sunt facti.

Quomodo æstimatur Magnitudo Operis?

Magnitudo Operis æstimatur ex ejus perfectione & præstantia. Tunc enim verè dicitur opus aliquod esse magnum, quando perductum est ad suam perfectionem; etiamsi mole & quantitate suâ sit parvum.

Dic ergò in universum, Qualem se gerit Magnificus in faciendis sumptibus?

* Ὥστε τὸ μὲν ἔργον τῆς δαπάνης ἄξιον δεῖ εἶναι· τιμιώτερον δὲ δαπάνην τοῦ ἔργου, ἢ καὶ ὑπερβάλλειν. δαπανήσει δὲ τὰ τοιαῦτα ὁ μεγαλοπρεπὴς τοῦ καλοῦ ἕνεκα· καὶ ἔτι ἡδέως καὶ προθυμικῶς· καὶ πῶς κάλλιστον καὶ πρεπωδέστατον σκέψαιτ' ἄν μᾶλλον, ἢ πόσου καὶ πῶς ἐλαχίστου.

* *Magnificus* sumptus magnos facit prudenter, decenter, largiter, & libenter, non ostentationis sed honestatis gratiâ, in res honestas, necessarias, utiles, & diuturnas, tam privatas quàm publicas: habitâ ratione conditionis suæ personæ, suarúmque facultatum, & aliarum circum-

stantiarum:

stantiarum: idque eâ dexteritate, pulchritudine, & elegantiâ, ut ipsius opera sumptibus, & sumptus operibus respondeant; nemóque possit iisdem sumptibus opera illa perfectiùs aut magnificentiùs efficere.

Quid ex his colligis?

Ex jam dictis constat, *Primùm*, non posse dici Magnificos homines vulgares, plebeios, & imperitos: quorum persona, & vitæ conditio talis est, ut affectatio alicujus splendoris & Magnificentiæ ipsis non conveniat. *Deinde*, non esse Magnificos eos, qui magnos sumptus ineptè faciunt, in res non necessarias, abjectas, inanes, & momentaneas; quarum aut perexiguus est usus, aut memoria citò peritura.

* Ὁ δ' ὑπερβάλλων καὶ βάναυσος, τῷ παρὰ τὸ δέον ἀναλίσκειν, ὑπερβάλλει, ὥσπερ εἴρεται.

Quæ sunt Extrema Magnificentiæ?

* *Duo:* Unum quod peccat in excessu, & duobus nominibus ab Aristotele appellatur, videlicet ἀπειροκαλία καὶ βαναυσία, à Latinis *Luxus* nominatur. Est inepta & inutilis magnorum sumptuum in res viles & non necessarias profusio, ostentationis solùm gratiâ facta. Erasmus Roter. in quodam loco videtur appellare *Sordidam opulentiam.*

* Ὁ δὲ μικροπρεπὴς περὶ πάντα ἐλλείπει, καὶ τὰ μέγιστα ἀναλώσας ἐν μικρῷ, τὸ καλὸν ἀπολεῖ.

Quod est alterum Extremum?

* Alterum extremum peccat in defectu: quod vocatur μικροπρέπεια, à Latinis *Sordes.* Est indecora & intempestiva in magnis & splendidis operibus efficiendis parsimonia.

CAPUT III.

Quæ virtus jam sequitur?

HAm Μεγαλοψυχία, *Magnanimitas*, quæ à Cicerone etiam *Animi magnitudo*, & altitudo nominatur.

Ἡ δὲ μεγαλοψυχία περὶ μεγάλα μὲν καὶ ἐν τῷ ὀνόματος ἔοικεν εἶναι.

Quotuplex est Magnanimitas?

Duplex ea à Cicerone lib. 1. Offic. esse traditur. Una quæ versatur in suscipiendis & gerendis rebus magnis, arduis,

duis, plenísque laborum & periculorum, tùm vitæ, tùm aliorum, quæ ad vitam pertinent. Atque hæc ferè nihil aliud eſt, quàm Fortitudo illa, de qua ſuprà dictum fuit. Altera ſpectatur in rerum externarum deſpicientia: quâ nihil, niſi quod honeſtum, decorúmque ſit, aut admiramur, aut optamus, aut expetimus; nullíque neque homini, neq; perturbationi animi, neq; fortunæ ſuccumbimus. Atque de hac præcipuè hîc agitur.

Quid eſt Magnanimitas?

Magnanimitas eſt virtus, quæ mediocritatem ſervat in magnis & debitis honoribus moderatè vel expetendis, vel contemnendis.

Quis dicitur Magnanimus?

Δοκεῖ δὲ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἄξιος ὤν.

Magnanimus dicitur is, qui, cùm magnis ſit dignus, etiam magnis ſe dignum judicat: Græcè μεγαλόψυχος nominatur.

Quis huic opponitur?

* Ὁ γὰρ μικρῶν ἄξιος, καὶ τούτων ἀξιῶν ἑαυτόν, σώφρων. Ὁ δὲ ἐλαττόνων αὑτὸν ἀξιῶν, ἢ ἄξιος, μικρόψυχος. Ὁ δὲ μεγάλων αὑτὸν ἀξιῶν, ἀνάξιος ὤν, χαῦνος. * Τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον, ἢ πρώτη· μέγιστον γὰρ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν.

* *Magnanimo* primùm opponitur is, qui, cùm parvis dignus ſit, etiam parvis ſe dignum judicat; & vocatur σώφρων, *Modeſtus:* de quo in ſequenti capite explicabitur. *Deinde,* is qui, cùm magnis, aut mediocribus dignus ſit, tamen minoribus ſe dignum judicat, dicitur μικρόψυχος, *Puſillanimis. Tertiò,* is qui magnis ſe dignum judicat, cùm tamen non ſit dignus, appellatur χαῦνος, *Elatus,* & *Superbus.*

Quæ ſunt Magnanimitatis Objecta, circa quæ verſatur?

Generatim Magnanimitas verſatur circa ea, quæ in rebus & actionibus videntur hominibus eſſe *Magna: Specialiter* verò verſatur circa magnos *Honores.*

Quare Honor eſt ſpeciale & proprium Objectum Magnanimitatis?

* Quia *Honor* inter externa bona, quæ homini tribui & contingere poſſunt, cenſetur eſſe *Maximum bonum.*

Quare?

Quare?

Primùm, Quia *Honor* propriè debetur soli *Deo*, & iis personis, quæ, inter homines, Dei vices gerunt: veluti sunt parentes & magistratus. *Deinde*, Quia Honor dicitur esse *Virtutis præmium:* atque hoc modo etiam videtur esse præstantior ipsâ virtute; quâ tamen nihil pretiosius esse dicitur in rebus humanis.

Μέγιστον γὰρ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν τιμὴν θετέον, ἣν τοῖς θεοῖς ἀπονέμομεν, καὶ μάλιστα ἐφίενται οἱ ἐν ἀξιώμασι, καὶ τὸ ἐπὶ τοῖς καλλίστοις ἆθλον τοῦτον ἔστιν ἡ τιμή.

Quomodo se gerit Magnanimus circa honores?

* *Primùm*, Magnanimus non nimis cupidè aut anxiè honores expetit, quasi essent ei res aliqua rara, & nova, quæ facilè posset ei denegari: sed moderatè & jure quodam eos expetit, tanquam debitam virtutis suæ mercedem. *Deinde*, Non quosvis honores, neque à quibusvis amplectitur; sed tantùm magnos, & veros honores, à viris bonis & claris delatos acceptat: parvos verò & falsos honores, ab hominibus obscuris & improbis oblatos, respuit. *Tertiò*, Contemnit aliorum obtrectationes, & contumelias: quia scit, eas non posse in ipso hærere, aut aliquam ignominiæ maculam ei adspergere: juxta illud, *Conscia mens recti famæ mendacia ridet.*

* Καὶ ἐπὶ μὲν ταῖς μεγάλαις, καὶ παρὰ τῶν ἀγαθῶν ἀποδιδομένοις μετρίως ἡδήσεται· τῆς δὲ παρὰ τῶν πολλῶν τιμῆς, καὶ ἐπὶ μικροῖς. πάμπαν ὀλιγωρήσει. ὁμοίως δὲ καὶ ἀτιμίας. * Ὁ δὲ μεγαλόψυχος, εἴπερ τῶν μεγίστων ἄξιος, ἄριστος ἂν εἴη· μείζονος γὰρ ἀεὶ ὁ βελτίων ἄξιος, καὶ μεγίστων ὁ ἄριστος. * Καὶ δόξειε δ' ἂν εἶναι μεγαλόψυχος, τὸ ἐν ἑκάστῃ ἀρετῇ μέγα. * Διὰ τοῦτο χαλεπόν, τῇ ἀληθείᾳ μεγαλόψυχον εἶναι· ἀδύνατον γὰρ ἄνευ καλοκἀγαθίας.

Qualis est Magnanimus quoad vitam & mores?

* Est *Vir Optimus:* alioquin enim nè honore quidem dignus esset.

Quare autem dicis Magnanimum esse virum Optimum?

* Quia habet id, quod in unaquaque virtute est magnum, & excellens: unde etiam Magnanimitas dicitur esse ornamentum reliquarum virtutum; reddit enim eas quodammodo majores, & splendidiores.

Estnè facile, Esse Magnanimum?

* Nequaquam. Quia necesse est eum, qui revera Magnanimus dici velit, esse καλοκἀγαθόν, hoc est, in omni virtute exercitatissimum.

Ostende igitur qualem se Magnanimus in singulis virtutibus præstet, & primùm de Fortitudine.

Οὐκ ἔστι δὴ μικροκίνδυνος, οὐδὲ φιλοκίνδυνος, ἀλλὰ μεγαλοκίνδυνος· καὶ ὅταν κινδυνεύῃ, ἀφειδὴς τοῦ βίου, ὡς οὐκ ἄξιον ὂν πάντως ζῆν.

Magnanimus in periculis non est φιλοκίνδυνος, neque μικροκίνδυνος. h.e. non temere se quibuslibet etiam parvis periculis objicit, è quibus nihil gloriæ potest reportare: Sed est μεγαλοκίνδυνος, hoc est, adit magna, honesta, & necessaria pericula, in quibus animi sui magnitudinem & fortitudinem potest cum honore & laude, aliorúmque utilitate declarare: atque in talibus est ἀφειδὴς τοῦ βίου, hoc est, non parcit suæ vitæ, sed existimat sibi potiùs gloriosè moriendum esse, quàm turpiter ea declinando vivendum.

Qualis est circa Temperantiam?

Magnanimus voluptatem non ità magni facit, ut propter eam velit aliquid expetere, aut admittere, quod suâ virtute sit indignum. Itaque nullas voluptates, nè honestas quidem, magnopere expetit: sed in virtute sua omnem suam habet voluptatem, & oblectationem.

Qualis est circa Liberalitatem?

Καὶ ὀιῶ ἓυ ποιῆν· ἐυεργετικὸς μᾶλλος δ', αἰσχυνόεται. τὸ μὲν γὰρ, ἀποδέχοντος· τὸ δ', ἀποδεχομένου. καὶ ἀντευεργετικὸς πλειόνων. Δοκοῦσι δὴ καὶ μνημονεύειν ὧν ἂν πεπόνθωσιν ἓυ· ὧν δ' ἂν πάθωσιν, ἔ. ἐλάττων γὰρ ὁ παθὼν ἓυ τοῦ ποιήσαντος.

Magnanimus, in conferendo beneficio est promptus & liberalis; in accipiendo autem, tardus & verecundus: in remunerando, largus; in petendo, nemini molestus; nisi summa eum cogat necessitas. Neque enim circa res quotidianas est querulus, aut petax, sive eas habeat, sive non habeat: quia est αὐτάρκης, hoc est, seipso & suâ virtute contentus. Præterea Magnanimus acceptorum beneficiorum memoriam non diu retinet, quia statim ista studet compensare: ideóque etiam non placet ei eorum commemoratio. Beneficiorum autem aliis à se præstitorum recordatione diu sese oblectat: eáque etiam ab aliis commemorari & prædicari libenter audit. Denique opes & possessiones non quæstu & lucro, ut homines avari, sed splendore & honestate æstimare solet.

Qualis est circa Justitiam?

Magnanimus, quia bona Fortunæ, in quorum distribu-

tione

tionè & commutatione omnis vis Juſtitiæ conſiſtit, non magni facit; ideo circa eorum tractationem non eſt ita πλεονέκτης, ut eorum gratiâ cuipiam velit injuriam facere.

Qualis eſt circa Manſuetudinem?

Quia *Magnanimus* contemnit injurias, quemadmodum ſuprà dictum fuit, ideo non eſt μνησίκακος, id eſt, memor injuriarum, quibus ab aliis eſt affectus: neque τιμωρητικός, id eſt, vindictæ cupidus.

Οὐδὲ μνησίκακος· ἐ γὰρ μεγαλοψύχε.

Qualis eſt circa Veritatem?

Quia *Magnanimus* mavult eſſe, quàm videri bonus: ideo tam in verbis quàm in actionibus potiorem rationem habet veritatis, quàm opinionis aliorum. Eam ob cauſam in loquendo eſt ἀληθευτικός, καὶ παῤῥησιαστικός, verax, & liber: non εἴρων, aut κολακευτικός, diſſimulator, aut adulator.

Καὶ μέλφι τῆς ἀληθείας μᾶλλον ἢ τῆς δόξης, καὶ λέγειν καὶ πράτ τειν φανερῶς· καταφρονητικὸς γάρ· διὸ παῤῥησιαστικός. παῤῥησιαστικὸς δὲ· διὸ καταφρονητικός, καὶ ἀληθευτικός.

Qualis eſt circa Amicitiam?

* *Magnanimus* in colenda amicitia eſt φανερόφιλος, καὶ φανερόμισος, id eſt, non celat amorem vel odium ſuum erga alterum: ſed quem amat, vel odit, id apertè & verbis & factis teſtatur, non metuens aliorum offenſionem; quia ſcit ſe habere ſui amoris vel odii juſtas cauſas.

* Ἀναγκαῖον δ φανερόμισον εἶ), καὶ φανερόφιλον· τὸ γὰρ λανθάνειν, φοβεμένε.

Qualis eſt Magnanimus in reliqua vita, & quotidiana converſatione?

Magnanimus in utraque fortuna, tam ſecundâ quàm adverſâ, μετρίως ἔχει, moderatum ſe præbet, hoc eſt, ſervat animi æquabilitatem & conſtantiam: ità ut in rebus ſecundis non nimiùm efferatur, & inſoleſcat; nec in adverſis animo frangatur. In familiaribus congreſſibus rationem habet perſonarum, cum quibus verſatur. Cùm enim tres ſint hominum ordines, ut eſt apud *Ariſtotelem* in libro 4. *Politic.* cap. 11. quorum alii ſunt *Magni* & *clari*, alii *Humiles* & *abjecti*, alii *Intermedii*: * Inter *Claros*, ſe quoque propter virtutem ſuam *Gravem* & *Magnum* præbet; erga *cæteros* præbet ſe *Modeſtum*: nè videatur eos

* Καὶ πρὸς μὲν τὲς ἐν ἀξιώμαπ καὶ εὐπυχίαις, μέγαν ἑαυ· πρὸς δ τὲς μέσες, μέτριον· πρὸς δ τὲς ταπεινές, φορτικόν.

contemnere.

contemnere. * Loca honorata, aut in quibus alii primas tenent, non usquè adeò frequentat: nè vel indè honorem aliquem captare, vel aliis se submittere velle videatur. In familiaribus colloquiis, neque de aliis hominibus eorúmque factis, neque de se multum loquitur: nè vel aliorum * admirator aut obtrectator, vel suiipsius laudator esse videatur. In actionibus suscipiendis est * cunctator; priùs diligenter considerans quales sint, & qualem exitum sint habiturae: in iisque conficiendis est tardus; nè nimiâ festinatione eas perdat. Ideóque etiam * incessu utitur tardo, & gravi, non veloci: nè videatur esse πολυπράγμων, h. e. pluribus negotiis implicatus. * Voce denique utitur gravi & submissâ, oratione sedatâ & stabili: ad indicandum animi sui tranquillitatem & constantiam.

* Καὶ εἰς τὰ ἔντιμα μὴ ἶναι, ἢ ἃ πρωτεύουσιν ἄλλοι.
* Οὐδὲ θαυμαστικός· οὐδὲν γὰρ μέγα αὐτῷ ὄξιν.
* Καὶ ἀργὸν εἶ), καὶ μελλητικόν.
* Καὶ κίνησις βραδεῖα.
* Καὶ φωνὴ βαρεῖα.

Quæ sunt Extrema Magnanimitatis?

* *Duo:* Unum in defectu, ἢ μικροψυχία, *Pusillanimitas*, sive animi demissio & abjectio. Alterum in excessu, χαυνότης, *Fastus*, *Superbia*, animi elatio.

Quid est Pusillanimitas?

Pusillanimitas est vitium, per quod etiam iis honoribus nos indignos judicamus, qui tamen jure nobis debentur.

* Ὁ δ' ἐλλείπων, μικρόψυχος· ὁ δ' ὑπερβάλλων, χαῦνος.
* Ὁ μὲν γὰρ μικρόψυχος ἄξιος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ἀποστερεῖ ὧν ἄξιός ὄξι, καὶ ἔοικε κακόν ἔχειν τι, ἐπὶ τῷ μὴ ἀξιοῦν ἑαυτὸν τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἀγνοεῖν δ' ἑαυτόν.

Quot modis peccant, qui hoc vitio laborant?

* Quatuor modis. *Primùm*, Quia in seipsos, & in ipsam virtutem quodammodo sunt injusti: quòd se iis honoribus spoliant, qui illis propter virtutem debentur. *Deinde*, Quia concitant de seipsis apud alios malam suspicionem, quasi sibi conscii sint alicujus sceleris, propter quod se indignos honoribus judicant. *Tertiò*, Quia videntur non velle agnoscere sua dona, quæ à Deo acceperunt, ut per illa aliis prodessent. *Quartò*, * Quia per illam animi abjectionem redduntur segnes & inutiles ad res præclaras gerendas: & sic seipsos defraudant multis bonis, quæ possent consequi, si animum rebus agendis applicarent.

* Οὐ μὴν ἠλίθιοι δοκεῦσιν εἶ), ἀλλὰ μᾶλλον ὀκνηροί.

Quid

Quid eſt Superbia, ſeu Faſtus?

Superbia eſt vitium, per quod majoribus honoribus, quàm digni ſumus, nos dignos judicamus.

Quot modis circa hoc vitium peccatur?

Duplici nomine peccant Superbi. *Primùm*, Quia ſunt injuſti: nam plura ſibi tribui volunt, quàm ipſis debentur. *Deinde*, Quia ſunt ſtulti: affectant enim honores, quibus non ſunt digni; & res majores ſuis viribus aggrediuntur, quas poſtea non poſſunt ad finem perducere. Unde fit, ut præbeant ſeipſos deridendos: ſiquidem ineptè imitantur magnanimos in externis quibuſdam rebus; veluti in ſermone, oſtentatione, ornatu & cultu corporis, geſtu, inceſſu, & aliis moribus.

Οἱ δὴ χαῦνοι, ἠλίθιοι, καὶ ἑαυτὸς ἀγνοοῦντες· καὶ ταῦτ' ἐπφανῶς. ὡς γὰρ ἄξιοι ὄντες, τοῖς ἐντίμοις ἐπιχειροῦσιν· εἶτα ἐξελέγχονται· καὶ ἁδῆπ κοσμοῦνται, καὶ χήμασι, καὶ τοῖς τοιούτοις.

CAPUT IIII.

Eſtnè præterea alia quædam virtus, quæ circa honores verſatur?

EST: eáque à Latinis *Modeſtia*, ſeu ſtudium honoris, appellatur: apud Græcos hæc virtus non habet proprium nomen, quia interdum ejus extrema, in bonam partem accepta, pro ipſa virtute ponuntur.

Quid eſt Modeſtia?

Modeſtia eſt virtus, quæ mediocritatem ſervat, in parvis honoribus nobis debitis eo modo expetendis quo oportet.

Quomodo differt à Magnanimitate?

Eodem modo quo Liberalitas à Magnificentia: ut enim Magnanimitas verſatur circa magnos honores, ità Modeſtia verſatur circa mediocres honores.

Ἔοικε δὴ καὶ περὶ ταύτην εἶ) ἀρετή τις, ἡ δόξειεν ἂν παραπλησίως ἔχειν πρὸς τὴν μεγαλοψυχίαν, ὥσπερ καὶ ἡ ἐλευθεριότης πρὸς τὴν μεγαλοπρέπειαν. * Ὥσπερ δὲ ἐν λήψει καὶ δόσει χρημάτων μεσότης ὅδε, καὶ ὑπερβολή τε, καὶ ἔλλειψις· ὅτω καὶ ἐν τιμῆς ὀρέξει τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον.

Quæ ſunt ejus Extrema?

Duo: * Unum in exceſſu, ἡ φιλοτιμία, *Ambitio:* Eſt vitium, quo honores mediocres nimiùm & præter rectam

rationem expetimus. Alterum in defectu, ἡ ἀφιλοτιμία, *Honorum contemptus:* Est vitium, quo honores etiam nobis debitos præter rationem aspernamur.

Quomodo se habent hæc duo Extrema ad ipsum Medium?

* Ἔστι δ' ὅτε τὸν φιλότιμον ἐπαινέμεν, ὡς ἀνδρώδη καὶ φιλόκαλον· τὸν δ' ἀφιλότιμον, ὡς μέτριον καὶ σώφρονα.

* Hæc duo extrema ità se habent ad modestiam, ut interdum etiam in bonam partem accipiantur, & ponantur pro ipsa virtute: ità ut φιλότιμος sit idem quod φιλόκαλος, hoc est, *Honoris*, & *Honestatis* sive virtutis *studiosus*. Eodem modo ἀφιλότιμος dicatur is, qui non est ambitiosus, seu qui non nimiùm cupidè honores affectat: sed qui moderatè se gerit in expetendis honoribus. Imò ipsa Extrema si inter se conferantur, alterum videtur esse virtus, alterum autem vitium.

CAPUT V.

Quid est Mansuetudo?

Πραότης ὀρθὴ μὲν μεσότης περὶ ὀργάς.

Mansuetudo est virtus, quæ mediocritatem servat circa iram, in vindicando, & puniendo. Ea ab *Aristotele* πραότης, & πραΰνσις nominatur. A *Cic.* lib. 1. Offic. *Clementia*, & *Placabilitas*. Πραότης ὀρθὴ μεσότης περὶ ὀργάς.

Quod est Objectum Mansuetudinis?

Τὸ μὲν γὰρ πάθος ὀργή· τὰ δ' ἐμποιοῦντα, πολλὰ καὶ διαφέροντα.

Ira, & ea quæ iram possunt in animo hominis concitare: veluti sunt injuria, damna, offensiones; præcipuè autem ὀλιγωρία, contemptus. Definitur enim *Ira*, quòd sit *vindictæ cupiditas, orta ex contemptu nostrî, aut nostrorum.*

Quot sunt circa Mansuetudinem consideranda?

* Ὁ μὲν οὖν ἐφ' οἷς δεῖ ὀργιζόμενος, ἔπ' ὀργὴ καὶ ὡς δεῖ, καὶ ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, ἐπαινεῖται· πρᾷος δὲ τὸς ἂν εἴη εἴπερ πραότης ἐπαινεῖται.

* *Duo.* Primùm, *Causæ* propter quas est irascendum. Deinde, *Circumstantiæ* personarum, modi, & temporis.

Quid de Causis iræ præcipitur?

Non irascendum est propter leves causas, &, ut dicitur propter *Lanam caprinam:* sed solùm propter magnas &

justa

justas causas, pertinentes ad vindicationem & defensionem honoris & cultûs divini, patriæ, libertatis, legum, parentum, conjugum, liberorum, famæ & existimationis, ac similium rerum.

Quibus est irascendum?

Non irascendum est iis, qui vel per imprudentiam peccârunt, & nos offenderunt; vel qui culpam deprecantur, & veniam petunt: Sed malis & improbis; qui petulanter peccârunt, neque suorum scelerum eos pœnitet.

Quis Modus in ira tenendus?

Primùm, Cavendum est, nè vehementi illo affectu abripiamur ad committendum aliquid, quod vel est contra honestatem, vel nobis potest obesse. *Deinde*, Nè nimiùm simus vindictæ cupidi: sed patiamur nos honestis rationibus facilè placari. *Tertiò*, Nè in primo iræ fervore aliquid agamus, sed patiamur eum paululùm restingui. *Quartò*, Nè, ut *Cic.* ait, ira sit major delicto.

Quid de Tempore præcipitur?

Hic duo sunt consideranda, ὅτε, καὶ ὅσον χρόνον, hoc est, Quando, & Quamdiu sit irascendum.

Quando est irascendum?

Non irascendum est in seriis consultationibus, neque tempore gaudii & lætitiæ, neque in puniendo, neque nimis tardè in gravioribus delictis, neque nimis citò, antequam causa sit planè cognita.

Quamdiu est irascendum?

Ira non diu est alenda: quia affligit animum, & tandem convertitur in odium. Hîc utile est tenere regulam D. Pauli ad Ephes. 4. cap. *Sol non occidat super iram vestram.* Et præceptum Salvatoris nostri, Lucæ 17. *Toties ignoscendum est fratri, quotiescunque deprecatus fuerit.*

Quæ sunt Extrema Mansuetudinis?

Duo. Unum in defectu, quod nominatur ἀοργησία, quasi *Iræ vacuitas:* à Cic. in 1. Epistol. ad Qu. Fr. vocatur *Lentitudo.* Alterum in excessu, ὀργιλότης, *Iracundia.*

Quid est Lentitudo?

Lentitudo est vitium, per quod nè quidem ad justam & necessariam iram patimur nos commoveri.

Quare reprehenditur hoc vitium?

Ἡ δ' ἔλλειψις, εἴτ' ἀοργησία τις ὄξιν, εἴθ' ὅ, ποτε, ψέγεται. οἱ γὰρ μὴ ὀργιζόμενοι ἐφ' οἷς δεῖ, ἠλίθιοι δοκοῦσιν εἶ), καὶ οἱ μὴ ὡς δεῖ, μηδ' ὅτε, μηδὲ οἷς δεῖ. δοκεῖ γὰρ ἐκ ἀισθανεσθαι δὲ λυπεῖσθαι, μὴ ὀργιζόμενός τις ἐκ εἶ) ἀμωπικός. τὸ ὃ προπηλακιζόμενον ἀνέχεσθαι, καὶ τὰς οἰκείας περιορᾶν, ἀνδραποδώδες.

Primùm, Quia ii, qui hoc vitio laborant, videntur esse homines ἠλίθιοι, fatui & stolidi, qui tanquam lapides non sentiunt injurias sibi illatas. *Deinde*, Quia tales videntur esse ἀνδραποδώδεις, h. e. servili & abjecto animo præditi: qui suæ famæ & existimationis nullam habent rationem, & quasi inter honestatem & turpitudinem nullum discrimen faciunt. *Tertiò*, Quia non sunt idonei ad res magnas & præclaras gerendas. Est enim *Ira*, ut veteres Academici dixerunt, quasi *Cos fortitudinis*: Et Aristoteles lib. 7. inquit, θυμὸς ὄξιν ἀρχικόν π.

Quid est Iracundia?

* *Iracundia* est vitium, quo præter modum absque justis causis iræ indulgemus.

Quot sunt Species Iracundiæ?

Tres: ἀκροχολία, *Excandescentia*; πικρότης, *Amarulentia*; βαρυθυμία, *Asperitas animi*.

Quid est ἀκροχολία?

* *Excandescentia* est vitium, quo subitò & apertè ob levissimam causam vehementiùs irascimur quàm oportet: citò tamen iterum iram deponimus, & placari nos patimur.

Quid est πικρότης?

* *Amarulentia* est vitium, quo tardiùs quidem irascimur, sed iram animo conceptam tam diu occultè fovemus, quoad vel vindictam consequuti fuerimus, vel temporis diuturnitate eam concoxerimus.

Quid est βαρυθυμία?

* *Animi asperitas* est gravis, pertinax, & aperta ira: quæ absque vindicta placari non potest.

* Ἡ δ' ὑπερβολὴ κατὰ πάντα μᾶλλον γίνεται· καὶ γὰρ οἷς ἐ δεῖ καὶ ἐφ' οἷς ἐ δεῖ, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ θᾶττον, καὶ πλείω χρόνον. * Ὑπερβολὴ δ' εἰσὶν οἱ ἀκρόχολοι ὀξεῖς, καὶ πρὸς πᾶν ὀργίλοι καὶ ἐπὶ παντί· ὅθεν καὶ τὔνομα. * Οἱ δὲ πικροί, δυσδιάλυτοι, καὶ πολλοῦ χρόνον ὀργίζονται· κατέχει γὰρ τὸν θυμόν. παύλα δ' γίνεται, ὅταν ἀνταποδιδῷ. &c. * Χαλεπὸς δ' λέγομεν τὸς ἐφ' οἷς τε μὴ δεῖ χαλεπαίνοντας, καὶ μᾶλλον ἢ δεῖ, καὶ πλείω χρόνον, &c.

Quodnam ex duobus Extremis magis adversatur Mansuetudini?

Iracundia deterior est *Lentitudine*, atque ideo *Mansuetudini* magis contraria. *Primùm*, Quia frequentiùs circa eam homines peccant. *Deinde*, Quia minùs est accommodata ad vitæ conversationem, & ad conservandam inter homines societatem: Etenim cum hominibus iracundis, qui ob levissimam causam irascuntur, nemo libenter conversatur.

Τῇ πραότητι δὲ μᾶλλον τὴν ὀργὴν ἀντιτιθέμεθα· καὶ γὰρ μᾶλλον γίνεται. ἀνθρωπικώτερον γὰρ τὸ μᾶλλον τιμωρεῖσθαι· καὶ πρὸς τὸ συμβιῶναι, οἱ χαλεποί, χείρους.

CAPUT VI.

Quæ virtutes jam sequuntur apud Aristotelem?

TRes; *Comitas*, *Veritas*, & *Urbanitas*: quæ uno nomine appellantur ἀρεταὶ ὁμιλητικαί, Virtutes ad quotidianam conversationem pertinentes.

Ἐν δὲ ταῖς ὁμιλίαις καὶ τῷ συζῆν, καὶ λόγων καὶ πραγμάτων κοινωνεῖν, οἱ μὲν ἄρεσκοι δοκοῦσιν εἶναι· οἱ δὲ, δύσκολοι.

Quomodo ab Aristotele distinguuntur?

* Aristoteles in fine cap. 8. has tres virtutes distinguit ratione finis, quem sibi habent propositum. Una enim ex illis solùm spectat τὸ ἀληθές, id quod in sermone & actione est verum: atque ea nominatur ἀλήθεια, *Veritas*, seu studium veritatis, à quibusdam, *Veracitas*. Duæ verò spectant τὸ ἡδύ, id est, Jucundum: idque vel in conversatione seria, veluti est *Comitas*; vel in conversatione jocosa & ludicra, cujusmodi est *Urbanitas*.

* Τρεῖς οὖν αἱ εἰρημέναι ἐν τῷ βίῳ μεσότητες. C. 8.

Quid est Comitas?

* *Comitas* est virtus, quæ in sermonibus & actionibus quotidianis eam servat mediocritatem, ut neminem offendat, sed potiùs honestè oblectet eos, cum quibus conversatur. Vocatur etiam *Affabilitas*, *humanitas*, *popularitas*, *facilitas*: ab Aristotele hoc loco appellatur φιλία, *Amicitia*; non quòd sit eadem cum amicitia, sed quia admodum accommodata est ad eam conciliandam & colendam.

* Ἡ δὲ μέση τέτων [τετέστι τῆς τῶν ἀρέσκων καὶ τῶν δυσκόλων ἕξεως] ἐπαινετή, καθ' ἣν ἁπλῶς δέξεσθαι ἃ δεῖ, καὶ ὡς δεῖ, ὁμοίως ὁ καὶ δυσχεραινεῖ. Ὄνομα δὲ ἐκ ἀπόκειται αὐτῇ· ἔοικε δὲ μάλιστα τῇ φιλίᾳ. διαφέρει δὲ τῆς φιλίας, ὅτι ἄνευ πάθους ὄντι καὶ τοῦ στέργειν.

Quæ ſunt officia viri Comis, ſeu Humani?

Ἀναφέρων δὲ πρὸς τὸ καλὸν καὶ τὸ συμφέρον, σχάσεσθαι τοῦ μὴ λυπεῖν, ἢ σωπᾷν.

Primùm, Vir Comis & Humanus omnem operam dare debet, nè offendat, ſed potius oblectet eum, cum quo converſatur: habitâ tamen ratione honeſtatis, & utilitatis. * *Deinde*, Si non poteſt honeſtè & utiliter omnia aliorum dicta & facta approbare: tamen cùm videt ea ipſis aliquando allatura aliquod dedecus aut damnum, debet eos de illis amicè & modeſtè admonere, neque in hac parte eorum offenſionem nimium metuere. *Tertiò*, In congreſſibus quotidianis debet habere rationem perſonarum eorum, cum quibus verſatur: ut ſingulis, pro conditione & dignitate eorum, id tribuat, quod ipſis competit. Aliter enim cum aliis eſt converſandum: ac tenendum illud Terentianum, *Ut homo eſt, ità morem geras*. *Quartò*, Non ſolùm debet ſpectare præſentem voluptatem aut moleſtiam, ſed magis eam, quæ eſt conſecutura. Itaque, ſi exiſtimat ſuam reprehenſionem majorem alteri aliquando allaturam utilitatem, aut voluptatem, quàm nunc in ſe habeat moleſtiam; non debet eam intermittere.

Τῶν δ' ὅσας [ὁμιλίας] μὲν αὐτῷ ὄζει μὴ καλὸν ἢ βλαβερὸν σωπᾷν, δυσχεραίνει, καὶ προαιρήσεσθαι λυπεῖν, κἂν τῷ ποιοῦντι ᾖ ἀχθηδόνα φέρῃ, καὶ ταῦτα μὴ μικράν, ἢ βλάβην.

Quæ ſunt Extrema Comitatis, ſeu Humanitatis?

Duo: Unum in exceſſu, quod nominatur ἀρέσκεια, *Aſſentatio*, ſeu blanditia, hoc eſt, placendi ſtudium; alterum in defectu, δυσκολία, *Moroſitas*, vel inhumanitas.

Quid eſt ἀρέσκεια?

* *Aſſentatio* eſt vitium, quo præter modum, & rationem honeſtatis, in omnibus dictis & factis placere ſtudemus iis, cum quibus verſamur.

Eſtnè hoc vitium idem cum Adulatione?

* Admodum ei ſimile eſt; ſed tamen differt ab ea, quòd οἱ κόλακες, *Adulatores*, ſolùm placere aliis ſtudent ſui commodi cauſâ: * Ἀρεσκος δὲ ὁμιλήσει τοῖς ἐν ἀξιώμασι, καὶ τοῖς τυχοῦσι, καὶ μᾶλλον ἢ ἧττον γνωρίμοις· ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὰς ἄλλας διαφοράς, ἑκάστοις ἁρμόττων τὸ πρέπον. * Καὶ καθ' αὑτὸ μὲν ἀπράγμων τὸ σωπᾷν, λυπεῖν δὲ εὐλαβούμενος· τοῖς δὲ ἀποβαίνουσιν, ἐὰν ᾖ μείζω, σωπῶν· λέγω δὲ τῷ καλῷ καὶ τῷ συμφέροντι· καὶ ἡδονῆς δὲ ἕνεκα τῆς εἰς αὖθις μεγάλης μικρὰ λυπήσει. * Τοῦ δὲ συνηδύνοντος, ὁ μὲν τοῦ ἡδέος ἕνεκα σχάζόμενος, μὴ διά τι ἄλλο, ἄρεσκος. * Ὁ δ' ὅπως ὠφέλειά τις αὐτῷ γίγνηται εἰς χρήματα, καὶ ὅσα διὰ χρημάτων, κόλαξ.

modi & quæſtûs causâ: ἄρεσκοι, *Blandi* autem hoc faciunt nullius commodi aut quæſtûs causâ; ſed tantùm propter hoc ipſum, quòd cupiunt aliis placere.

Quid eſt δυσκολία;

Moroſitas eſt vitium, quo præter modum & rationem nemini, nè in honeſtis quidem rebus & actionibus, placere volumus: ſed omnia aliorum dicta & facta improbamus, & ſugillamus. De talibus extat commonitio apud Iſocr. ad Demon. Ὁμιλητικὸς ἔσῃ, μὴ δύσεριν ὤν, μηδὲ δυσάρεστος, μηδὲ πρὸς πάντα φιλόνεικος.

Ὁ δὲ πᾶσι δυσχεραίνων, δύσκολος καὶ δύσερις.

CAPUT VII.

Quid eſt Veritas, ſeu, ut alii nominant, Veracitas?

Veritas, ſeu *Veracitas*, eſt virtus, per quam id, quod in qualibet re verum eſt, ſolius veritatis amore ſimpliciter & apertè fatemur, nihil addendo, vel detrahendo. Hæc virtus etiam vocatur *Candor*, *Sinceritas*, *Integritas:* apud Græcos verò proprio nomine caret.

Περὶ τὰ αὐτὰ ὁ ἀληθὴς ἀνὴρ καὶ ἀνώνυμος ὢν καὶ αὐτός.

Quod eſt Objectum Veritatis?

Objectum Veritatis eſt τὸ ἀληθές, Ipſum verum, quod vel in ſermone & verbis, vel in actionibus, vel in moribus, & geſtu corporis, totâque vitâ conſiderari ſolet: ità ut in illis nihil ſit fictum, ſimulatum aut falſum.

Qualis eſt is, qui dicitur Verax, ſeu Candidus?

Primùm, Eſt ἐπιεικής, h. e. vir bonus & juſtus: quia ſolius veritatis amore, nullius privati commodi aut lucri gratiâ, de rebus id affirmat, quod revera & ſuâ naturâ ſunt, nihil illis addendo, aut detrahendo. * *Deinde*, Eſt αὐθέκαστος, hoc eſt, in ſingulis dictis & factis per omnia ſibi ſimilis; nihil in alterius gratiam fingens aut ſimulans: & ut Ariſtoteles ait, eſt ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ. * *Tertiò*, Eſt ἐλαττωτικός, hoc eſt, magis propenſus ad ſua extenuanda, quam amplificanda: quoniam illud ſignificationem

Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος ἐπιεικὴς εἶναι· ὁ γὰρ φιλαλήθης, καὶ ἐν οἷς μὴ διαφέρει ἀληθεύων, ἀληθεύσει καὶ, ἐν οἷς διαφέρει, ἐπὶ μᾶλλον. * Ὁ δὲ μέσος, αὐθέκαστός τις ὤν, ἀληθευτικὸς καὶ τῷ βίῳ, καὶ τῷ λόγῳ. * Ἐπὶ τὸ ἔλαττον δὲ μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ ἀποκλίνει· ἐπιμελέστερον γὰρ φαίνεσθαι, διὰ τὸ ἐπαχθεῖς τὰς ὑπερβολὰς εἶναι.

tionem habet modeſtiæ; hoc autem non ſolùm aliis moleſtum eſt, ſed etiam plerunque conjunctum cum injuſtitia & mendacio: nam quò majora quis ſibi tribuit, eò plura aliis detrahit.

Quæ ſunt Extrema Veritatis?

Duo: Unum in exceſſu, ἀλαζονεία, *Arrogantia*; alterum in defectu, εἰρωνεία, *Diſſimulatio*. Horum commune Genus eſt τὸ ψεῦδος, *Mendacium*.

Quot modis committitur Mendacium?

Duobus modis *Mendacium* committitur: vel *Amplificando*, quando plus dicitur, quàm res ipſa eſt; vel *Extenuando*, quando minus dicitur, quàm res ipſa eſt.

Quid eſt ἀλαζονεία;

* Δοκεῖ δ' ὁ μὲν ἀλαζὼν προσποιητικὸς τῆς ἐνδόξων εἶναι, καὶ μὴ ὑπαρχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπάρχει.

* *Arrogantia* eſt vitium, quo vel ea quæ non habemus, vel plura & majora quàm habemus, nobis arrogamus. Vocatur hoc vitium etiam *Jactantia*, *Vanitas*, *Oſtentatio*.

Quotuplices ſunt Arrogantes?

* *Duplices.* Vel enim, *Ex ſola vanitate*, quâ delectantur, ſeipſos jactitant, nihil commodi indè ſperantes: vel faciunt hoc alicujus *commodi gratiâ*; veluti gloriæ, laudis, honoris, quæſtûs, & lucri: atque hi ſunt illis deteriores.

Quid eſt εἰρωνεία, Diſſimulatio?

* Ὁ δὲ μείζω τῆς ὑπαρχόντων προσποιούμενος ἕνεκα μηδενὸς, φαύλῳ μὲν ἔοικεν· ὃ γὰρ ἂν ἔχαιρε τῷ ψεύδει μάταιος δ' φαίνεται, μᾶλλον ἢ κακός. Εἰ δὶ ἕνεκά τινος, ὁ μὲν δόξης ἢ τιμῆς, οὐ λίαν ψεκτός, ὡς ὁ ἀλαζών· ὁ δ' ἀργυρίου, ἢ ὅσα εἰς ἀργύριον, ἀσχημονέστερος. * Ὁ δὲ εἴρων ἀξιοῖ δοκεῖ τὰ ὑπάρχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν.

* *Diſſimulatio* eſt vitium, quo ea, quæ nobis adſunt, vel omnino neganus, vel verbis extenuamus.

Quotuplices ſunt Diſſimulatores?

Duplices. *Quidam extenuant*, aut *diſſimulant* ea, quæ etiam aliis *incognita* ſunt, utrùm illis adſint; atque hoc ſolùm faciunt, ut vitent ſuſpicionem arrogantiæ; nè videantur ſe velle aliis præferre: *Quidam* verò *diſſimulant*, aut negant ea, quæ aliis *nota* ſunt ipſis ineſſe; atque hoc ſolùm eam ob cauſam faciunt, ut qui propter hanc diſſimulationem cupiant laudari, tanquam modeſti, cùm tamen

sint arrogantissimi. Atque hi prioribus sunt deteriores, & vocantur βαυκοπανοῦργοι, versipelles & veteratores.

Ex his duobus vitiis, quodnam magis Veritati adversatur?

Arrogantia magis adversatur Veritati, quàm Dissimulatio: quia est deterior, quatenus conjuncta est cum injustitia, & minùs accommodata ad jucundam conversationem.

Ἀντικεῖται δ' ὁ ἀλαζὼν φαίνεται τῷ ἀληθευτικῷ· χείρων γάρ.

CAPUT VIII.

Quid est Urbanitas?

Urbanitas est virtus, quæ mediocritatem servat in ludendo, & jocando: ità ut ratio habeatur honestatis & decori, ac vitetur aliorum offensio. Vocatur etiam *Festivitas*. A Græcis dicitur εὐτραπελία, quasi εὐτροπία, id est, morum flexibilitas: qui enim hac virtute præditi sunt, facilè possunt suos mores, sermones, & actiones ad placitum aliorum flectere.

Habétne Virtus etiam locum in jocando, & ludendo?

Maximé: quoniam, ut *Cic.* lib. 1. *Offic.* ait, *Nulla pars vitæ vacare debet officio.* Et *Aristoteles* lib. 8. *Polit.* cap. 3. Δεῖ μὴ μόνον ὀρθῶς ἀσχολεῖν δύνασθαι, ἀλλὰ καὶ καλῶς σχολάζειν. Et rursum *Cic.* 2. de *Orat.* *Nullum est vitæ tempus, in quo non deceat leporem humanitatémque versari.* Præterea, quia circa ludos & jocos potest peccari tam in excessu, quàm in defectu, ideo etiam in illis potest dari laudabilis mediocritas.

Οὔσης δὲ καὶ ἀναπαύσεως ἐν τῷ βίῳ, καὶ ἐν ταύτῃ διαγωγῆς μετὰ παιδιᾶς, δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα εἶναι ὁμιλία πρεπομένης, καὶ οἷα δεῖ λέγειν, καὶ ὡς· ὁμοίως δὲ καὶ ἀκούειν. * Τῇ μέσῃ δ' ἕξει οἰκεῖον καὶ ὃ ἐπιδεξιότης ὄνομα· τὸ δ' ἐπιδέξια ὄντι τοιαῦτα λέγειν καὶ ἀκούειν, οἷα τῷ ἐπιεικεῖ καὶ ἐλευθέρῳ ἁρμόττει.

In qua re consistit Urbanitas?

* *Urbanitas* consistit in dexteritate jocandi: quæ est vel in dicendis, vel audiendis talibus jocis, quales oportet.

Qualibus jocis est utendum?

Qui possunt audientes non solùm oblectare, sed etiam erudire: veluti sunt joci honesti, liberales, condíti sale sapientiæ, & convenientes personis, locis, atque temporibus.

A quibus jocis est abstinendum?

Ab iis qui possunt auditorem offendere: quales sunt joci illiberales, obscœni, lascivi, contumelioſi, qui facilè possunt præbere occasionem rixis, & contentionibus.

Quæ sunt Extrema Urbanitatis?

Duo. Unum in excessu, *Scurrilitas*, βωμολοχία· Alterum in defectu, *Rusticitas*, ἀγροικία, & ἀγειότης.

Quid est Scurrilitas?

Ὁ δὲ βωμολόχος ἤπαων ὅτι τῶ γελοίω ἢ ἔστε ἑαυτὸν, ἔστε τὴν ἄλλων ἀπεχόμενον, εἰ γέλωτα ποιήσει· τοιαῦτα λέγων, ὧν ἐνδὲν ἂν ὁ χαρίεις εἴποι, ἔνια δὲ ἐν ἀκέσαι. * Ὁ δ' ἄγροικος εἰς τὰς τοιαύτας ὁμιλίας ἀχρεῖος· ἐνδὲν γὰρ συμβαλλόμενος, πᾶσι δυσχεραίνει.

Scurrilitas est vitium, quo in jocando & modum & decorum excedimus; non habitâ ratione aut honestatis, aut personarum, aut aliarum circumstantiarum. A *Cicer.* in lib. 2. de *Orator.* appellatur *Dicacitas.*

Quid est Rusticitas?

* *Rusticitas* est vitium, quo neque nos ipsi commodè jocos proferre, neque aliorum jocos æquo animo audire possumus. Qui hoc vitio laborant, sunt planè inepti ad jucundas conversationes. Nominantur homines *Insulsi*, qui, instar Davi Terentiani, omnia turbant.

CAPUT IX.

Percurristi ferè omnes Virtutes Morales, exceptâ Justitiâ: de qua in sequenti libro explicabitur. Sed cur Pudoris seu Verecundiæ nullam mentionem feciſti? Annon videtur etiam esse virtus Moralis?

Περὶ δὲ αἰδοῦς ὥς τινος ἀρετῆς ἢ σωφροσύνης λέγομεν· πάθει γὰρ μᾶλλον ἔοικεν, ἢ ἕξει. * Ὁρίζεται γοῦν, φόβος τις ἀδοξίας.

PUdor eam habet cum virtute cognationem, ut, ubi pudori non est locus, ibi etiam neque virtus locum habere possit, unde à *Cic.* in *Part. Verecundia* dicitur esse *custos omnium virtutum.* Præterea in eo quoque virtuti est similis, quòd etiam habet suam laudabilem mediocritatem inter duo vitiosa extrema. Propriè tamen loquendo non est virtus Moralis.

Quomodo definitur ab Aristotele?

* *Pudor* seu *Verecundia* est metus quidam infamiæ: Ἡ αἰδὼς ὅτι φόβος τις ἀδοξίας. Item, Ἡ αἰσχύνη ὅτι λύπη τις

καὶ ταραχὴ περὶ τὰ εἰς ἀδοξίαν. Intelligitur autem ea infamia, quæ comitatur peccata, & turpes actiones: in lib. 2. *Rhet.*

Quæ sunt ejus Extrema?

Duo. Unum in excessu, ἡ κατάπληξις, *Stupor*, seu animi consternatio, & obstupefactio: Alterum in defectu, ἡ ἀναισχυντία, *Impudentia.*

Quid est κατάπληξις?

Κατάπληξις est nimius pudor, quo etiam nos pudet ea, quæ honesta & laudabilia sunt, agere: & vocatur etiam δυσωπία.

Quid est ἀναισχυντία?

Ἀναισχυντία est destitutio omnis pudoris: per quam nullam infamiam aut dedecus metuimus in peccatis & sceleribus perpetrandis.

Quare autem dixisti, Pudorem seu Verecundiam non esse virtutem?

Primùm, Quia *Nulla virtus* est πάθος, sicut libri 2. capite 5. dictum est. * *Verecundia* autem est πάθος, ut patet ex ejus Definitione. Ergó. *Deinde*, Omnis Virtus est firmus animi habitus, longo usu & exercitio acquisitus. *Verecundia* autem est affectus in animo subitò obortus, & statim iterum evanescens. Ergó. *Tertió*, Virtus Moralis in omnibus hominibus, cujuscunque sint ætatis, commendatur. *Pudor* autem seu *Verecundia* solùm in adolescentibus & juvenibus commendatur; in senibus non item: quia senes nihil debent admittere, cujus eos pudeat. Hanc ob causam etiam pudor non videtur propriè competere viro bono; quoniam pudor existit propter admissam aliquam turpitudinem: vir bonus autem nihil turpe admittit, cujus possit eum jure pudere. *Quartó*, * Virtus Moralis *per se* est laudabilis. *Pudor* autem non per se laudatur, sed tantùm ἐξ ὑποθέσεως, *Ex conditione:* quatenus nimirum est dolor quidam, & quasi pœnitentia ob admissum peccatum.

* Δοκεῖ πάθος μᾶλλον ἢ ἕξεως εἶναι. Οὐ πάσῃ δ' ἡλικίᾳ ἁρμόζει, ἀλλὰ τῇ νέᾳ. προσβύτερον δ' ἂν εἴη τις ἐπαινέσειεν, ὅτι αἰσχυντηλός. Οὐδὲ ἐπιεικὴς ὅτιν ἡ αἰσχύνη, εἴπερ γίγνεται ἐπὶ τοῖς φαύλοις· οὐδὲ γὰρ προαιρετέον τὰ τοιαῦτα. * Ἐπὶ τοῖς ἑκουσίοις γὰρ ἡ αἰδὼς· ἐκὼν δ' ὁ ἐπιεικὴς οὐδέποτε πράξει τὰ φαῦλα. εἰη δ' ἂν ἡ αἰδὼς ἐξ ὑποθέσεως ἐπιεικές· οὐκ ἔστι δὲ τοῦτο περὶ τὰς ἀρετάς.

LIBER V.

Quod eſt argumentum, & quæ ſunt partes Quinti libri?

Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας σκεπτέον, περὶ ποίας τε τυγχάνουσιν οὖσαι πράξεις, καὶ ποία μεσότης ἐστὶν ἡ δικαιοσύνη, καὶ τὸ δίκαιον τίνων μέσον.

IN Quinto libro agitur de *Juſtitia:* ac in quinque primis capitibus de ejus *Definitione*, & *Diviſione*, ſive *Speciebus*. *Deinde*, In ſexto & ſeptimo capitibus, de *Jure* & *Injuria*, quæ ſunt veluti effectus Juſtitiæ & Injuſtitiæ. *Poſtremò*, Uſquè ad finem explicantur variæ quæſtiones ad hanc virtutem pertinentes: præcipuè verò de *Æquitate*, utrùm eadem ſit, an diverſa à *Juſtitia*.

CAPUT I.

Quomodo definitur Juſtitia ab Ariſtotele?

Juſtitia eſt habitus, quo homines idonei ſunt ad agendum ea quæ juſta ſunt, eadémque etiam agunt, & volunt. Δικαιοσύνη ἕξίν ἐστιν ἀφ' ἧς πρακτικοὶ τῶν δικαίων εἰσί, καὶ ἀφ' ἧς δικαιοπραγοῦσι, καὶ βούλονται τὰ δίκαια.

Quomodo definitur Injuſtitia?

Injuſtitia eſt habitus, per quem homines injuriam aliis faciunt, & injuſta agunt, & volunt. Ἀδικία ἕξίν ἐστιν ἀφ' ἧς ἀδικοῦσι, καὶ βούλονται τὰ ἄδικα.

Quæ ſunt Differentiæ notandæ in Definitione Juſtitiæ?

Tres. Quarum una eſt τῆς δυνάμεως, *Facultatis:* quòd per *Juſtitiam* idonei ſimus ad juſtas actiones. Altera τῆς βουλήσεως, *Voluntatis*, h. e. τῆς προαιρέσεως, *Conſilii* & *Electionis:* unde Jureconſulti *Juſtitiam* definiunt, quòd ſit *Conſtans & perpetua voluntas ſuum cuique jus tribuendi.*

tribuendi. Tertia est τῆς πρᾶξεως *Actionis:* sola enim *Facultas* & *Voluntas* non constituunt justum; sed oportet quoque accedere *Actionem.*

Quotuplex est Justitia & Injustitia?

Duplex: *Universalis*, & *Particularis.*

Quid est Justitia Universalis?

Justitia Universalis est virtus, per quam obedientiam præstamus omnibus legibus; in eum finem, ut & publica utilitas promoveatur, & politica societas inter homines conservetur. Hæc alio nomine etiam appellatur νόμιμος δικαιοσύνη, *Justitia Legalis:* quia ad omnes leges sese accommodare studet, ut nihil contra eas admittatur.

Quid est Justitia Particularis?

Justitia Particularis est virtus, quæ in distributione & commutatione rerum servat justam æqualitatem, quâ unicuique id tribuitur, quod ei debetur. Hæc speciali nomine etiam ἰσότης, *Æqualitas* dicitur.

Quid est Injustitia Universalis?

Injustitia Universalis est transgressio & violatio quarumcunque legum: ideóque etiam παρανομία appellatur.

Quid est Injustitia Particularis?

Injustitia Particularis est vitium, quo in distributione & commutatione rerum violatur justa æqualitas, quâ plus vel minus alicui tribuitur, quàm ei debetur. Hæc aliàs ἀνισότης, aliàs πλεονεξία nominatur.

Quod est Objectum Justitiæ?

Universalis Justitia versatur circa objecta & actiones omnium legum & virtutum. *Particularis* verò, circa distributionem & commutationem externorum bonorum, & malorum: in quibus locum habere potest ἡ πλεονεξία.

Quare dixisti Justitiam Universalem se extendere ad omnes leges?

Primùm, Quia si is, qui contra leges peccat, est injustus,

Δοκεῖ ᾖ ὁ, τε παρανόμος ἄδικος εἶ), καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος. ὥστε δῆλον, ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος. τὸ μὲν δίκαιον ἄρα, τὸ νόμιμον, καὶ τὸ ἴσον· τὸ δ' ἄδικον, τὸ παράνομον καὶ τὸ ἄνισον.

Ἐπεὶ ᾖ καὶ πλεονέκτης ὁ ἄδικος, περὶ τἀγαθὰ ἔσται.

ſtus. Ergò ea, quæ legibus præcipiuntur, ſunt juſta; & legum conſervatio eſt quædam juſtitia. *Deinde*, Quia ἡ νομοθετικὴ, hoc eſt, ſcientia ferendarum legum, nihil aliud eſt quàm ſcientia juſti, & injuſti. *Tertiò*, Quia idem finis eſt legum, qui etiam eſt virtutum: nempe privata ſingulorum, & publica omnium civium ſalus, atque felicitas. *Quartò*, Quia leges de omnibus virtutibus & vitiis præcipiunt; illas jubendo, hæc autem vetando.

Ἐπεὶ δ' ὁ παρὰ νόμον ἄδικος ἦν, ὁ δὲ νόμιμον δίκαιον· δῆλον ὅτι πάντα τὰ νόμιμά ἐστί πως δίκαια· τὰ γὰρ ὡρισμένα ὑπὸ τῆς νομοθετικῆς νόμιμά ἐστι. Οἱ δὲ νόμοι ἀγορεύουσι περὶ ἁπάντων, στοχαζόμενοι ἢ τοῦ κοινῇ συμφέροντος πᾶσιν, ἢ τοῖς ἀρίστοις, &c. Προστάττει δὲ ὁ νόμος καὶ τὰ τοῦ ἀνδρείου ἔργα ποιεῖν, καὶ τὰ τοῦ σώφρονος, καὶ τὰ τοῦ πράου· ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τὰς ἄλλας ἀρετὰς καὶ μοχθηρίας, τὰ μὲν κελεύων, τὰ δ' ἀπαγορεύων. * Τί δὲ διαφέρει ἡ ἀρετὴ καὶ ἡ δικαιοσύνη αὕτη, δῆλον ἐκ τῶν εἰρημένων· ἔστι μὲν γὰρ ἡ αὐτή, τὸ δ' εἶναι οὐ τὸ αὐτό· ἀλλ' ἧ μὲν πρὸς ἕτερον, δικαιοσύνη· ἧ δὲ τοιάδε ἕξις, ἁπλῶς ἀρετή. * Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη ἀρετὴ μέν ἐστι τελεία· ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον· καὶ διὰ τοῦτο πολλάκις κράτιστον τῶν ἀρετῶν εἶναι δοκεῖ.

Si Juſtitia Univerſalis ſe extendit ad omnes leges, & virtutes: quomodo igitur differt à Virtute Morali?

* *Re* quidem, & *Subjecto* ſunt eædem: *Ratione* autem, ſive reſpectu ſunt diverſæ. Nam *Virtus Moralis* refertur ad habentem: *Juſtitia* autem *Univerſalis* refertur ad alterum. Unde etiam *Juſtitia* dicitur eſſe ἀγαθὸν πρὸς ἕτερον καὶ ἀλλότριον· Juſtus enim non ſibi, ſed alteri prodeſt.

Utra autem Juſtitia eſt præſtantior? Univerſalíſne, an Particularis?

* *Univerſalis Juſtitia* præſtantior eſt *Particulari*, propter quatuor cauſas. *Primùm*, Quia eſt τελεία, hoc eſt *Virtus perfecta:* Continet enim in ſe omnes virtutes Morales, earúmq; verum uſum oſtendit; non ſolùm quo pacto privatim erga nos ipſos & noſtros ſint exercendæ, ſed etiam quomodo illis publicè rectè utendum ſit in magiſtratu, & in adminiſtrandis publicis negotiis. Unde Theognis ait, Ἐν δὲ δικαιοσύνῃ συλλήβδην πᾶσ' ἀρετή ἐστι. *Deinde*, Quia eſt καλλίστη, id eſt *Pulcherrima:* dicitur enim Heſpero & Lucifero eſſe ſplendidior. Et in carmine Deliaco, quod ſuprà libro 1. cap. 8. poſitum fuit, pulcherrimum dicitur eſſe id, quod eſt juſtiſſimum, Κάλλιστον, τὸ δικαιότατον.

δικαιότατον. *Tertiò*, Quia est *Bonum commune*, quod se diffundit erga quàm plurimos: quemadmodum infrà cap. 6. dicitur, virum justum non sibi, sed alteri laborare. Et Cicero lib. 2. de Repub. ait, *Justitia foras spectat, & totam se ad alienas utilitates porrigit, atque explicat.* Hanc ob causam Aristoteles lib. 3. Polit. cap. 8. eam nominat ἀρετὴν κοινωνικὴν, virtutem, quæ suum bonum communicat cum aliis, ideóque accommodatam πρὸς τὴν πολιτικὴν κοινωνίαν. *Quartò*, * Quia hæc Justitia *Efficit virum perfectè bonum*, atque adeò *optimum*; qui omnibus virtutibus est præditus: siquidem ea non est solùm pars aliqua virtutis, sed ὅλη ἀρετή, *Universa Virtus*; quemadmodum Injustitia Universalis est ὅλη κακία, *Universa improbitas*, quæ efficit virum pessimum, ὅλως φαῦλον, infrà cap. 11.

Καὶ τελείαν μάλιστα ἀρετήν, ὅτι τῆς τελείας ἀρετῆς χρῆσίς ὅστι. τελεία δ' ἐστίν, ὅτι ὁ ἔχων αὐτὴν καὶ πρὸς ἕτερον δύναται τῇ ἀρετῇ χρῆσθαι, ἀλλ' οὐ μόνον καθ' αὑτόν. ἀλλότριον ἀγαθὸν ἔστι δοκεῖ ἡ δικαιοσύνη μόνη τῶν ἀρετῶν, ὅτι καὶ πρὸς ἕτερόν ὅστιν· ἄλλῳ γὰρ τὰ συμφέροντα πράττει, ἢ ἄρχοντι, ἢ κοινῷ.

Unde desumpsit Aristoteles hanc Justitiæ divisionem?

* *Ex Contrario concreto*, hoc est, ex vocabulo Injusti: Nam *Injustus* accipitur vel *Generatim* & *Universaliter*, pro omni eo, qui legem aliquam transgreditur, ὁ παράνομος· Vel *Speciatim* seu *Particulariter*, pro eo, qui est ἄνισος, inæqualis bonorum distributor. Eodem modo *Justus* dicitur, vel *Universaliter* omnis qui servat leges, ὁ νόμιμος· vel *Particulariter* is, qui est ἴσος æqualis bonorum distributor. Hinc ergò etiã colligitur duplex *Justitia*, & *Injustitia*, *Universalis* & *Particularis*, sicut dictum est.

Sed quare Aristoteles præter Particularem Justitiam, etiam Universalem constituit?

Ut ostenderet virtutum actiones non solùm ad privatum usum & finem esse referendas; sed etiam ad publicum bonum promovendum, & ad civilem societatem conservandam: quem finem Philosophia, tanquam supremum constituit; in eóque & privatam singulorum & publicam totius civitatis felicitatem collocat. Theologia verò altiùs ascendit, & omnes actiones ad gloriam Dei referendas esse præcipit.

* Αὕτη μὲν οὖν ἡ δικαιοσύνη οὐ μέρος ἀρετῆς, ἀλλ' ὅλη ἀρετή ὅστιν· οὐ δ' ἡ ἐναντία, μέρος κακίας, ἀλλ' ὅλη κακία. * Δοκεῖ δὴ ὅ, τε παράνομος ἄδικος εἶναι, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ ἄνισος. ὥστε δῆλον ὅτι καὶ ὁ δίκαιος ἔσται ὅ, τε νόμιμος, καὶ ὁ ἴσος.

CAPUT II.

Estnè Justitia Particularis diversa ab Universali?

Ζητῶμεν δέ γε πῶς ἐν μέρει ἀρετῆς δικαιοσύνη· ἔστι γάρ τις, ὡς φαμέν. ὁμοίως δ' ἡ περὶ ἀδικίας τῆς καθ' μέρος· σημεῖον δὲ ὅτι ἐστί.

EST: quoniam differunt *Objectis, Actionibus,* & *Fine*. Nam *Justitiæ Particularis Objecta* propria sunt, bona vel mala externa: in quibus potest esse lucrum, vel damnum. *Actiones* propriæ sunt, distribuere, vel commutare. *Finis* proprius est, servare æqualitatem analogicam, & vitare inæqualitatem in distributione & commutatione bonorum, aut malorum. *Justitiæ* autem *Universalis Objecta, Actiones,* & *Fines* sunt eadem illa, de quibus in singularum virtutum Moralium explicatione suprà dictum est.

Quibus argumentis probat Aristoteles, Injustitiam Universalem diversam esse à Particulari?

Tribus.

Quod est primum argumentum?

* Κατὰ μὲν γὰρ τὰς ἄλλας μοχθηρίας ὁ ἐνεργῶν, ἀδικεῖ μέν, πλεονεκτεῖ δ' οὐδέν. οἷον ὁ ῥίψας τὴν ἀσπίδα διὰ δειλίαν· ἢ ὃ κακῶς εἰπὼν διὰ χαλεπότητα· ἢ ὁ βαπτίσας χρίμασι δι' ἀνελευθερίαν. ὅταν δὲ πλεονεκτῇ, πολλάκις κατ' οὐδεμίαν τοιούτων, ἀλλὰ μὴν οὐδὲ κατὰ πάσας, πονηρίαν δέ γέ τινα, (φέρομεν γὰρ) καὶ κατ' ἀδικίαν. ἔστιν ἄρα γέ τις ἄλλη ἀδικία, ὡς μέρος τι τῆς ὅλης, καὶ ἄδικόν τι ἐν μέρει τὸ ὅλῳ ἀδίκῳ, τοῦ παρὰ τὸν νόμον. * Ἔτι εἰ ὁ μὲν τοῦ κερδαίνειν ἕνεκα μοιχεύων καὶ προσλαμβάνων, ὁ δὲ προστιθεὶς καὶ ζημιούμενος δι' ἐπιθυμίαν

* Si *Injustitia Universalis* eadem esset cum *Particulari*: tum omnis, qui contra aliquam legem aut virtutem Moralem peccat, diceretur πλεονέκτης, ἢ ἄνισος, plurium appetens, aut iniquus. Sed non omnes, qui contra leges aut virtutes Morales peccant, sunt πλεονέκται. Ergò. Minor declaratur exemplis. Etenim homines audaces, ignavi, intemperantes, ebriosi, prodigi, pusillanimes, iracundi, inhumani, & similibus aliis vitiis laborantes, etiamsi universaliter sint injusti, tamen non possunt propter πλεονεξίαν, quæ est *Particularis Injustitia*, reprehendi.

Quod est alterum argumentum?

* Si *Injustitia Particularis* eadem esset cum *Universali*:

tum

tum πλεονεξία eodem modo posset referri ad aliquod vitium Morale, quemadmodum eò refertur παρανομία. Sed πλεονεξία non potest ad aliud aliquod vitium Morale referri, præterquam ad *Injustitiam Particularem*. Ergó, *Injustitia Particularis* non eadem est cum *Injustitia Universali*, seu παρανομία.

ἕτος μὲν ἀκόλαστος δόξειεν ἂν εἶ μᾶλλον ἢ πλεονέκτης· ἐκεῖνος δ' ἄδικος, ἀκόλαστος δ' οὔ.

Quod est tertium argumentum?

* Quæ erga se mutuò ità affecta sunt, ut Totum & Pars, ea non possunt esse eadem. Sed *Injustitia Universalis* se ità habet ad *Particularem*, quemadmodum se habet Totum ad Partem. Ergó. Minor declaratur exemplo: Nam omnis qui est πλεονέκτης, sive *Particulariter Injustus*, etiam est παράνομος, id est, legum transgressor, seu *Universaliter Injustus*; non autem omnis παράνομος etiam est πλεονέκτης.

* Ἐπεὶ δὲ τὸ ἄνισον καὶ τὸ πλέον οὐ ταυτόν, ἀλλ' ἕτερον ὡς μέρος πρὸς ὅλον· (τὸ μὲν γὰρ πλέον ἅπαν ἄνισον, τὸ δ' ἄνισον οὐ πᾶν πλέον) καὶ τὸ ἄδικον καὶ ἡ ἀδικία οὐ ταυτά, ἀλλ' ἕτερα ἐκείνων· τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δ' ὡς ὅλα. (μέρος γὰρ αὕτη ἡ ἀδικία τῆς ὅλης ἀδικίας, καὶ ἡ δικαιοσύνη τῆς δικαιοσύνης) ὥστε καὶ περὶ τῆς ἐν μέρει δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας λεκτέον, καὶ τὸ δίκαιον καὶ τοῦ ἀδίκου ὡσαύτως. * Τῆς δὴ κατὰ μέρος δικαιοσύνης, καὶ τοῦ κατ' αὐτὴν δικαίου, ἓν μέν ἐστιν εἶδος τὸ ἐν ταῖς διανομαῖς, ἢ τιμῆς, ἢ χρημάτων, ἢ τῶν ἄλλων ὅσα μεριστὰ τοῖς κοινωνοῦσι τῆς πολιτείας· (ἐν τούτοις γὰρ ἔστι καὶ τὸ ἄνισον ἔχειν καὶ ἴσον ἕτερον ἑτέρῳ) ἓν δέ, τὸ ἐν τοῖς συναλλάγμασι διορθωτικόν.

NOTA. *Eadem hæc etiam accommodari possunt ad discrimen, quod est inter Justitiam Universalem & Particularem.*

Quot sunt Species Justitiæ Particularis?

Duæ. Una dicitur * *Distributiva*, διανεμητική· Altera *Commutativa*, συναλλακτική, alio nomine *Correctiva*, διορθωτική.

Quid est Justitia Distributiva?

Justitia Distributiva est virtus, quæ, in distributione bonorum vel malorum externorum, rationem habet & dignitatis personarum, & æqualitatis rerum: ut singulis pro eorum merito suum tribuatur.

Quæ sunt illa bona & mala, circa quæ Justitia Distributiva versatur?

Honores, dignitates, præmia, pecuniæ, officia, labores, pœnæ, castigationes, supplicia, & his similia.

Quid

Quid est Justitia Commutativa?

Justitia Commutativa est virtus, quæ in contractibus, & commutatione rerum, eam servat æqualitatem, ut quisque suum consequatur, & neutra pars defraudetur.

Quotuplices sunt Contractus?

Τῶν δὲ συναλλαγμάτων τὰ μὲν ἑκούσια, τὰ δ' ἀκούσια.

Duplices. Alii sunt *Voluntarii:* alii *Inviti.*

Qui sunt Voluntarii Contractus?

* *Voluntarii* sunt, qui fiunt inter scientes, & consentientes: ut *Venditio* & *emptio, mutuum, commodatum, fidejussio, depositum, locatio* & *conductio.*

* Ἑκούσια μέν, τὰ τοιάδε· οἷον πράσις, ὠνή, δανεισμός, ἐγγύη, χρῆσις, παρακαταθήκη, μίδωσις.

Qui sunt Inviti Contractus?

Inviti Contractus dicuntur, qui fiunt nobis vel nolentibus, vel ignorantibus.

Quotuplices sunt Inviti Contractus?

* Τῶν δ' ἀκουσίων τὰ μὲν λαθραῖα, οἷον κλοπή, μοιχεία, φαρμακεία, προαγωγεία, δουλαπατεία, δολοφονία, ψευδομαρτυρία· τὰ δὲ βίαια, οἷον αἰκία, δεσμός, θάνατος, ἁρπαγή, πήρωσις, κακηγορία, προπηλακισμός.

* Duplices. Vel *Clandestini,* qui fiunt nobis ignorantibus; ut *Furtum, adulterium, veneficium, lenocinium, servi adductio, occulta cædes, falsum testimonium:* Vel sunt *Violenti,* qui fiunt nobis quidem scientibus, attamen invitis; ut *Carcer, vincula, verberatio, vulneratio, violenta cædes, maledictum, opprobrium, mutilatio, rapina, contumelia.*

Quomodo differunt duæ prædictæ Species Justitiæ Particularis?

Quatuor modis. Primùm, *Actionibus.* Nam *Distributivæ Justitiæ* propria actio est, distribuere inter alios: *Commutativæ* autem, permutare cum aliis, aut corrigere inæqualitatem rerum permutandarum. Deinde, *Objectis.* Nam *Distributiva* versatur circa ea, quæ communiter inter plures sunt distribuenda: *Commutativa* autem circa rerum privatarum permutationem. Tertiò, *Personis.* Nam *Distributiva* propriè pertinet ad eos qui sustinent publicam personam: *Commutativa* pertinet ad privatos homines, qui inter se contrahunt. Proinde illa videtur esse Politica: hæc autem Oeconomica. Quartò, *Analogiâ,* seu proportione. Nam *Distributiva* servat proportionem Geometricam, respectu Personarum: *Commutativa,*

autem ſervat proportionem Arithmeticam reſpectu pretii rerum, quæ permutantur.

CAPUT III.

Eſtnè Juſtitia Particularis quoque Mediocritas?

MAximé: alioquin enim nè virtus quidem dici poſſet. Quòd autem ſit Mediocritas, ſic probo. * *Omne æquale eſt medium:* quia ponitur inter duo extrema, quæ ſunt Majus & Minus. Sed, *Juſtum eſt æquale:* quoniam injuſtum eſt inæquale; quatenus habet *PLUS* vel *MINUS*. Ergó, *Juſtum eſt medium:* & per Conſequens, *Juſtitia eſt Mediocritas.*

* Ἐπεὶ δ' ὅ,τε ἄδικος ἄνισος, καὶ τὸ ἄδικον ἄνισον, δῆλον ὅτι καὶ μέσον τι ὁρᾶι τὸ ἀνίσου· τοῦτο δ' ὅρᾶι τὸ ἴσον. ἐν ὁποίᾳ γὰρ πράξει ὁρᾶι τὸ πλέον καὶ τὸ ἔλαττον, ἔστι καὶ τὸ ἴσον.

Qualis autem eſt Mediocritas?

Juſtitia eſt Mediocritas ſecundum æqualitatem analogicam, hoc eſt, proportionalem.

Quare dicitur eſſe Mediocritas Analogica?

* Quia conſiſtit intra terminos certo modo erga ſe mutuò affectos; quorum ad minimum ſunt quatuor: duo *RERUM* quæ diſtribuuntur, vel permutantur; duo *PERSONARUM*, inter quas, vel cum quibus fit diſtributio, aut permutatio.

* Ἀνάγκη ἄρα τὸ δίκαιον ἐν ἐλαχίστοις εἶναι τέτρασιν. ὅις τε γὰρ δίκαιον τυγχάνει ὄν, δυοῖν ὁρᾶι καὶ ἐν οἷς τὰ πράγματα, δύο.

Eadémne Proportio ſervanda eſt in utraque Juſtitia, Diſtributivâ & Commutativâ?

Minimé. Nam in *Juſtitia Diſtributiva* ſervanda eſt *Proportio Geometrica:* in qua conſideratur ſimilitudo terminorum ſecundum qualitatem, quâ erga ſe mutuò ſunt affecti. Ut quemadmodum bis tria efficiunt ſex, ità bis quatuor efficiunt octo: Ergò quemadmodum ſe habent 3 ad 6, ità ſe habent 4 ad 8. In *Juſtitia* autem *Commutativa* ſervanda eſt *Analogia Arithmetica:* in qua conſideratur differentia terminorum ſecundum æqualitatem intervallorum, quoad quantitatem; ut 2, 4, 6, 8, 10, 12, &c.

æqualibus intervallis nempe numero binario à se mutuò distant: Sic 3, 6, 9, 12, &c. numero ternario.

Quare in Justitia Distributiva servanda est proportio Geometrica?

Ἐπεὶ τὸ κατ' ἀξίαν ἄλλο δήλον· εἰ γὰρ μὴ ἴσοι, οὐκ ἴσα ἕξουσιν. ἀλλ' ἐνταῦθεν αἱ μάχαι, καὶ τὰ ἐγκλήματα· ὅταν ἢ ἴσοι μὴ ἴσα, ἢ μὴ ἴσοι ἴσα ἔχωσι καὶ νέμωνται.

Quoniam in justa distributione spectare oportet τὴν ἀξίαν, dignitatem personarum, inter quas aliquid est distribuendum; & pretium rerum, quæ sunt distribuendæ: ut æqualibus æqualia, inæqualia inæqualibus tribuantur. Nisi enim hoc fiat, facilè oriuntur querelæ, & lites.

Quo pacto autem poterit cognosci, utrùm Justa vel Injusta facta sit Distributio?

Ex comparatione terminorum, hoc est, *Personarum*, inter quas, & *Rerum*, quarum facta est distributio.

Quot modis fit hæc Comparatio?

Duobus. Vel *Separatim*; quando ipsæ partes, hoc est, singuli termini inter se comparantur: personæ cum personis, res cum rebus; item personæ cum rebus, & res cum personis. Vel *Conjunctim*; quando totum cum toto, hoc est, simul & persona & res cum alia persona & re comparatur. Tunc si post factam distributionem, totius ad totum eadem est proportio, quæ antea erat partis ad partem: indicium est justæ distributionis.

Quando fit Injusta Distributio?

Quando in Distributione non habetur ratio dignitatis personarum, aut pretii rerum, quæ distribuuntur: tunc enim non servatur recta proportio; sed vel æqualibus inæqualia dantur, vel inæqualibus æqualia. Et sic necesse est eum injuriam pati, qui vel de bonis minus, vel de malis plus, quàm commeruit, accipit.

* Ἡ μὲν οὖν ἀναλογία διῃρημένη ὅτι ἐν τέτταρσι, δῆλον· ἀλλὰ καὶ ἡ συνεχής.

Quæ est alia Proportionis divisio, cujus hoc loco Aristoteles meminit?

* *Proportio* est *duplex*. Alia διῃρημένη, *Disjuncta*: in qua actu sunt quatuor diversi termini; ut quemadmodum se habent 2 ad 4, ità se habent 3 ad 6. Alia autem est συνεχής, *Continua*:

continua: in qua actu quidem tantùm tres termini ponuntur; potestate autem sunt quatuor: quia unus bis sumitur; ut quemadmodum se habent 2 ad 4, ità se habent 4 ad 8. Sed hæc proportio non habet locum in Justitia Distributiva: quia in ea sunt omnino diversi termini, ut non possint duo termini ità conjungi, ut efficiant unum numero terminum.

CAPUT IIII.

Quare in Justitia Commutativa tenenda est proportio Arithmetica?

Τὸ δὲ λοιπὸν ἓν τὸ διορθωτικόν, ὃ γίνεται ἐν τοῖς συναλλάγμασι καὶ τοῖς ἑκουσίοις, καὶ τοῖς ἀκουσίοις.

QUia sicut in *Arithmetica proportione* solùm spectatur æqualitas distantiarum in numeris; ità in *Justitia Commutativa* solùm spectatur rerum permutandarum æqualitas, sine respectu personarum: ut nimirum ipsi permutantes utrinque habeant æquales partes; & sic neutra pars neque de lucro gloriari, neque de injuria, vel de damno possit conqueri.

Quo argumento ostendis hoc verum esse?

*Ab officio, & facto judicis, ad quem decurritur, quando injusta facta est permutatio. Is enim, ut corrigat inæqualitatem in contractibus exortam, non respicit personas litigantium, cujus dignitatis vel conditionis sint: sed simpliciter spectat magnitudinem lucri, & damni; & eos, qui inæquales sunt, conatur ad æqualitatem reducere. Itaque aufert partem aliquam ab eo qui habet plus, hoc est, lucrum; & eam adjudicat ei qui habet minus, hoc est, damnum: & sic facit eos æquales. Non secùs ac si quis duas inæquales lineas cupiat æquales facere; necesse est ut longiori lineæ partem aliquam auferat, eámque breviori adjiciat.

* Ὥστε τὸ ἄδικον τὸ ἄνισον ὂν ἰσάζειν πειρᾶται ὁ δικαστής.

* Ἀνηρῆσθαι γὰρ ἂν [οὐ τέχναι] εἰ μὴ ἐποίει τὸ ποιεῖν καὶ ὅσον καὶ οἷον, καὶ τὸ πάσχον ἔπασχε τοῦτο καὶ τοσοῦτο καὶ τοιοῦτο.

Quare necesse est hanc æqualitatem Arithmeticam servare in Justitia Commutativa?

*Quoniam si inter permutantes non æqualis fiat compensatio; ità ut pretium æquale sit merci, & merx pretio: facilè altera pars contrahentium redigeretur ad inopiam: Imò nisi hæc analogia in commerciis conservetur; ut

quantum quis accipit, tantundem vicissim alteri det: commercia omnia citò tollerentur.

Quod est signum justæ permutationis?

Ὅταν δὲ μήτε πλέον, μήτ' ἔλαττον, ἀλλ' αὐτὰ δι' αὐτῶν γένηται, τὰ αὐτῶν φασιν ἔχειν, καὶ ὅτε ζημιοῦται, ὅτε κερδαίνειν.

Quando ii, qui permutârunt, post factam permutationem tantundem habent, quantum habuerunt ante permutationem: ità ut neutra pars vel de lucro gloriari, vel de damno conqueri possit. *Summa.* Justa distributio, aut permutatio est, in qua servatur τὸ ἴσον κατ' ἀναλογίαν· injusta autem, in qua est τὸ ἄνισον παρὰ τὴν ἀναλογίαν.

CAPUT V.

Quæ fuit Pythagoreorum de Justitia sive Jure sententia?

Δοκεῖ δέ τισι καὶ τὸ ἀντιπεπονθὸς εἶναι ἁπλῶς δίκαιον· ὥσπερ οἱ Πυθαγόρειοι ἔφασαν. * Οὐ γὰρ ἁπλῶς τὸ δίκαιον, τὸ ἀντιπεπονθός.

PYthagoræi dixerunt Justitiam sive Jus, Simpliciter & absolutè nihil aliud esse, quàm si quis id, quod alteri fecisset, vicissim ab eo pateretur: atque hoc confirmabant autoritate Rhadamanthi, qui inter cæteras leges etiam hanc legem tulit, Εἰκὲ πάθοι τά κ' ἔρεξε, δίκη τ' ἰθεῖα γένοιτο· *Si quis quod fecit patiatur, jus erit æquum.*

Quo nomine appellârunt hoc Jus?

* Hoc Jus Pythagoræi nominârunt ἀντιπεπονθός, quasi *Repassionem* aut *Reciprocam passionem:* à verbo ἀντιπάσχω, quod significat *vicissim patior.* A Latinis vocatur *JUS TALIONIS.*

Estnè hæc Pythagoreorum sententia vera?

Τὸ δ' ἀντιπεπονθὸς οὐκ ἐφαρμόττει, οὔτ' ἐπὶ τὸ διανεμητικὸν δίκαιον, οὔτ' ἐπὶ τὸ διορθωτικόν.

Etsi *Jus Talionis* non planè alienum sit à *Justitia:* tamen non est simpliciter *JUS* vel *Justitia,* eo modo, sicut Pythagoræi volebant.

Quare?

* Quia neque in *Justitia Distributiva,* neq; in *Commutativa* locum habere potest.

Quare Talio Pythagorica non habet locum in Justitia Distributiva?

Quia in *Justitia Distributiva* non potest semper æqua-

lis

lis fieri retributio: propterea quod in ea habendus est *Respectus Personarum*, & aliarum *Circumstantiarum*. Neq; enim si homo privatus consulem percussit, vicissim eodem modo solùm est repercutiendus; quod jus Talionis requirit: sed etiam majore pœnâ afficiendus. Neque etiam reliquæ circumstantiæ per omnia possunt in Talione exactè observari: quemadmodum prolixè ostendit Gellius, l. 20. c. 1.

Πολλαχοῦ γὰρ διαφωνεῖ· ὅιον εἰ ἀρχὴν ἔχων ἐπάταξεν, ἢ δεῖ ἀντιπληγῆναι, κἀ εἰ ἄρχοντα ἐπάταξεν, πληγῆναι μόνον δεῖ, ἀλλὰ κὰ κολαοθῆναι.

Quare Talio Pythagorica non habet locum in Justitia Commutativa?

Quia in *Justitia Commutativa*, etsi *æqualis* debet fieri rerum *permutatio:* tamen non eadem pro iisdem, sed *diversæ res* inter se permutantur.

Excluditúrne igitur Talio planè à Justitia?

* Nequaquam. Etenim sine ea non solùm justitia, sed nè civilis quidem societas inter homines posset consistere, aut conservari.

*Αλλ' ἐν μὴ ταῖς κοινωνίαις ταῖς ἀλλακτικαῖς, σωέχει τὸ τοιοῦτον δίκαιον τὸ ἀντιπεπονθὸς κατ' ἀναλογίαν, κὰ μὴ κατ' ἰσότητα· τὸ γὰρ ἀντιποιεῖν ἀναλογον, συμμένει ἡ πόλις.

Quamobrem?

* Quia *Talio* nihil aliud est, quàm compensatio, aut retributio tàm bonorum seu beneficiorum acceptorum, quàm malorum seu injuriarum illatarum, quæ omnino in civili societate est necessaria. Sublatâ enim bonorum retributione, tollitur gratitudo: sublatâ autem malorum, hoc est, injuriarum vindicatione, existit servitus, seu tyrannis.

*Η γὰρ τὸ καλῶς ζη-

Qualis igitur requiritur Talio in Justitia?

* Non Simplex, qualis est Pythagorica: sed Analogica; in qua & personæ, & res quæ sunt distribuendæ, aut permutandæ, ad certam æqualitatem secundum proportionem sunt redactæ.

τοῦσιν εἰ ἢ μή, δ' ελεία δοκεῖ εἶ), εἰ μὴ ἀντιποιήσει. ἢ τὸ ξυ· εἰ ἢ μή, μετάδοσις ἃ γίνεται, τῇ μεταδόσει ἢ συμμένουσι. * Ποιεῖ ἢ τὴν ἀνάδοσιν τὴν κατ' ἀναλογίαν ἢ κ' διάμετρον σύζυξις.

Quare neceſſe eſt in Juſtitia exercenda æqualitatem iſtam quærere?

Οὐ γὰρ ἐκ δύο ἰατρῶν γίνεται κοινωνία, ἀλλ' ἐξ ἰατροῦ καὶ γεωργοῦ, καὶ ὅλως ἑτέρων καὶ οὐκ ἴσων· ἀλλὰ τούτους δεῖ ἐξισασθῆναι.

Propter diſſimilitudinem, & inæqualitatem, quæ non ſolùm eſt in rebus, verùm etiam in ipſis hominibus. Non enim civilis ſocietas conſtat ex uno ſolùm genere hominum, ex ſolis videlicet medicis, aut agricolis: ſed ex diverſæ conditionis, dignitatis, & ſtatûs hominibus, diverſiſque opificibus, quorum officia & opera quoque ſunt diverſiſſima; quæ, niſi ad aliquam æqualitatem redigantur, non poſſunt juſtè inter ſe commutari.

Quomodo autem perſonæ, & res adeò diſſimiles, poſſunt ad æqualitatem reduci?

* Διὸ πάντα συμβλητὰ δεῖ πως εἶναι, ὧν ἔστιν ἀλλαγή.

**Primùm*, Inter ſe ſunt comparandæ, & ex ea comparatione videndum, quam habeant ad ſe invicem proportionem. *Poſtea*, Cognitâ proportione, videndum, quantum una alteram vel dignitate, vel pretio excedat, aut ab ea ſuperetur: unde facilè apparebit, quo pacto exceſſus ille, aut defectus ſit compenſandus, ut poſſit fieri æqualis diſtributio, vel permutatio.

Declara aliquo exemplo.

* Δεῖ ἄρα ἑνί τινι πάντα μετρεῖσθαι· τοῦτο δ' ἐστὶν ἓν τῇ μὲν ἀληθείᾳ ἡ χρεία· εἰ γὰρ μηδὲν δέοιντο, ἢ μὴ ὁμοίως ἢ οὐκ ἔστ' ἀλλαγή, ἢ οὐχ ἡ αὐτή.

Agricola & vinitor cupiunt inter ſe permutare frumentum & vinum; quæ ſunt res diſſimiles, & inæqualis pretii: nam ſaccus frumenti venditur 24 aſſibus, amphora autem vini octo aſſibus. Factâ comparatione, apparebit inter ſaccum frumenti & amphoram vini eſſe proportionem triplam. Itaque, ut juſta & æqualis fiat permutatio, oportebit vinitorem agricolæ tres amphoras vini dare pro uno ſacco frumenti.

Quibus Mediis res permutandæ earúmque pretia poſſunt æſtimari, ut cogno ſci poſſit earum proportio, quam erga ſe mutuò habent?

* *Duo* ſunt *Media æſtimandi res*, earúmq; pretia. Unum eſt τῇ φύσει, id eſt, *A natura*, & antiquiſſimum; nempe, ἡ χρεία, *Uſus & indigentia rerum*: tantò enim pretioſior quæ-

quælibet res esse videtur, quantò magis eâ indigemus; & quantò majorem nobis præstat usum.

Quod est alterum Medium, quo res æstimantur?

* *Alterum Medium* est χτ' συνθήκην, id est, *Ex hominum instituto*, nempe τὸ νόμισμα, *Nummus:* qui succedit in locum indigentiæ. Etenim quando non indigemus eâ re, quam alter cupit nobiscum permutare; tum ejus loco offerimus nummum; ut ab eo accipere possimus eam rem, quâ nunc egemus: & ipse quoq; vicissim ad futurum tempus, si nostrâ re indiguerit, possit per eundem nummum à nobis illam impetrare. Et sic efficitur nummus quasi noster ἐγγυητὴς, id est, *Sponsor*, in rebus necessariis ab altero comparandis; & ὑπάλλαγμα τῆς χρείας, id est, *Subsidium indigentiæ*.

* Ὅιον δ' ὑπάλλαγμα τῆς χρείας τὸ νόμισμα γέγονε χτ' συνθήκην· καὶ διὰ τοῦτο τοῦνομα ἔχει νόμισμα, ὅτι οὐ φύσει, ἀλλὰ νόμῳ ἐστί.

Quæ sunt Extrema Justitiæ?

* *Justitia* quoniam est *Mediocritas*, quæ consistit in æqualitate, ideo etiam habet duo *Extrema*, in quibus est inæqualitas; nempe *Plus* & *Minus*, sive excessus & defectus: quæ sub uno vocabulo *Injustitiæ* comprehenduntur. Nam injustus unâ eâdémque actione in utroque simul peccat: Cùm enim uni facit injuriam, minus ei tribuendo quàm deberet, necesse est ut tunc sibi, vel alteri plus tribuat quàm deberet: quandoquidem in actione injusta hæc duo simul concurrunt, Injuriam facere, quod est τὸ πλέον ἔχειν, *Plus habere*; & Injuriam pati, quod est τὸ ἔλαττον ἔχειν, *Minus habere*.

* Δικαιοσυνέων ὢν τούτων, δῆλον ὅτι ἡ δικαιοσύνη μέσον ἐστὶ τοῦ ἀδικεῖν καὶ ἀδικεῖσθαι· τὸ μὲν γὰρ πλέον ἔχειν· τὸ δ' ἔλαττόν ἐστιν.

CAPUT VI.

Dixisti de Justitia. Quomodo autem dividitur Jus, quod est, ut Ulpianus ait, quasi effectus Justitiæ?

JUs aliud dicitur ἁπλῶς, id est, *Absolutè* & *Simpliciter Jus*; quod speciali nomine vocatur δίκαιον πολιτικόν, *Jus Civile:* aliud verò dicitur *Secundum quid*, & κατ' ὁμοιότητα, *Propter similitudinem*; speciali nomine δίκαιον οἰκονομικόν, *Jus Domesticum*.

Δεῖ δὲ μὴ λανθάνειν ὅτι τὸ ζητούμενόν ἐστι, καὶ τὸ ἁπλῶς δίκαιον καὶ τὸ πολιτικόν.

Quid est Jus Civile?

* *Jus Civile* est communio & societas vitæ, inter homines liberos, & æquales vel proportione, vel numero: in hoc instituta, ut habeant sufficientem copiam rerum ad vitam necessariarum.

Inter quos homines habet hoc Jus locum?

Inter homines liberos, & proportione aliquâ æquales: ità ut possit esse inter eos vicissitudo dominandi, & parendi.

Quare autem Jus Civile *tantùm habet locum inter homines liberos & æquales?*

*Quia hi soli possunt se mutuò injuriâ afficere; dum sibi de bonis plus, de malis verò minus, quàm æquum est, tribuunt: ideóque etiam his solis datæ sunt leges, & concessa judicia, in quibus possunt de illata injuria conqueri, & secundum leges satisfactionem aut vindictam postulare. *Quibus autem data est Lex, iis quoque datum est Jus: Et inter quos est communio Legis, inter hos etiam est communio Juris:* ut ait Cic. lib. 1. de Leg.

Quid ex his infert Aristoteles?

In judiciis, cùm de Jure & Injuria disceptatur, non ex hominum arbitrio, sed secundum leges esse statuendum.

Quamobrem?

Quoniam leges carent affectibus, & æqualiter se erga omnes habent: non possunt flecti, aut corrumpi precibus, promissis, vel minis. Homines verò propter affectus, quibus laborant, sæpe patiuntur se à norma & regula juris, & æqualitatis in judicando abduci; nisi legibus regantur. *Itaque etiam in rebuspub. bene constitutis, non homines sed leges imperant: quarum custodes esse debent boni magistratus; qui propterea vocantur νομοφύλακες, καὶ ὑπηρέται τῶν νόμων. Item, φύλακες τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου, id est, *Legum custodes & ministri:* Item, *Custodes Juris, & æqualitatis.*

* Τοῦτο δ' ἐστὶν ἐπικοινωνῆσαι βίου πρὸς τὸ εἶναι αὐτάρκειαν ἐλευθέρων καὶ ἴσων, ἢ κατ' ἀναλογίαν, ἢ κατ' ἀριθμόν.

** Ἔστι γὰρ δίκαιον, οἷς καὶ ὁ νόμος θετός· νόμος δὲ, ἐν οἷς ἀδικία. ἡ γὰρ δίκη, κρίσις τοῦ δικαίου καὶ ἀδίκου· ἐν οἷς δ' ἀδικία, καὶ τὸ ἀδικεῖν ἐν τούτοις. Τοῦτο δ' ἐστί, τὸ πλέον αὑτῷ νέμειν τῶν ἁπλῶς ἀγαθῶν, ἔλαττον δὲ τῶν ἁπλῶς κακῶν.

* Διὸ καὶ οὐκ ἐῶμεν ἄρχειν ἄνθρωπον, ἀλλὰ τὸν λόγον.

Quid

Quid debetur Magistratui pro suis laboribus in administranda Justitia?

Quoniam bonus Magistratus in administranda justitia non pro se, sed pro aliis laborat; ideo debetur ei quoque vicissim sua propria merces, nempe HONOR: quo præmio etiam debet esse contentus. Qui verò aliquid amplius ex hoc suo officio quærit, aut postulat: is efficitur Tyrannus.

Μισθός τις ἄρα δοῦλος· τοῦτο δέ, μὴ καὶ γέρας. ὅταν δὲ μὴ ἱκανὰ ταῦτα, ἔστι γίνονται τύραννοι.

Quid est Jus Oeconomicum?

Jus Oeconomicum est communio & societas vitæ eorum, qui ejusdem sunt domûs: instituta ad generis propagationem, & domesticorum sustentationem.

Quotuplex est Jus Domesticum?

Triplex. Vel est πατρικόν, *Paternum*; quod est inter parentes & liberos: vel δεσποτικόν, *Herile*; quod est inter dominum & servum: vel γαμικόν, *Matrimoniale*; quod est inter maritum & uxorem.

Quare Jus Domesticum non est Simpliciter Jus.

Propter duas causas. *Primùm*, Quia inter domesticos non habet locum injuria. Nam injuria non est nisi erga alienos: quia nemo dicitur propriè sibi vel suis injuriam facere. Domestici autem non sunt alieni: Etenim liberi sunt quasi pars suorum parentum; servi numerantur inter possessiones suorum dominorum; conjuges sunt una caro. *Deinde*, Quia domestici non sunt æqualiter iisdem legibus obligati: neque ipsi inter se sunt æquales, quoad vicissitudinem imperandi & parendi.

Οὐ γάρ ἐστιν ἀδικία πρὸς τὰ αὐτοῦ ἁπλῶς· τὸ γὰρ κτῆμα καὶ τὸ τέκνον ἕως ἂν ᾖ πηλίκον. καὶ μὴ χωρισθῇ, ὥσπερ μέρος αὐτοῦ· αὐτὸν δ' οὐδεὶς προαιρεῖται βλάπτειν.

CAPUT VII.

Quotuplex est Jus Politicum?

DUplex. Aliud enim dicitur *Naturale*, φυσικόν· aliud *Legitimum*, νομικόν.

Τοῦ δὲ πολιτικοῦ δικαίου, τὸ μὲν φυσικόν ἐστι· τὸ δέ, νομικόν.

Quid est Jus Naturale.

**Jus Naturale* est, quod Natura omnibus hominibus in-

* Φυσικὸν μέν, τὸ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχον δύναμιν, καὶ οὐ τῷ δοκεῖν, ἢ μή.

didit. Secundum Jureconsultos dicitur esse, *Quod natura omnibus animalibus ingenuit.* Verùm Aristoteles, & Philosophi id solùm *Jus Naturale* vocant, *quod ratio intelligit humanæ naturæ convenire:* quia autem bestiæ ratione sunt destitutæ, ideo dicuntur etiam expertes esse Juris & Justitiæ.

Quare Aristoteles Jus Naturale complectitur sub Jure Civili: cùm tamen Jureconsulti illud diversum statuant à Jure Civili, in sua divisione?

Quia homo naturâ est ζῶον πολιτικόν, animal ad civilem societatem factum. Unde etiam generalia quædam præcepta, quo pacto civilis societas colenda sit, naturaliter homini sunt nota: cujusmodi sunt hæc tria; *Honestè vivere, Neminem lædere, Suum cuique tribuere;* & his similia plurima alia.

Quò refers Jus Gentium?

Sub Jure Naturali etiam potest comprehendi illud quod Jureconsulti vocant *Jus Gentium:* quia ejus Definitio propè eadem est cum hac Aristotelis Definitione.

Quæ sunt Notæ sive Proprietates Juris Naturalis?

Tres. Quarum *Prima* pertinet *ad Causam Efficientem:* Etenim Jus Naturæ suam originem & autoritatem habet à Deo, qui illud hominum mentibus in prima creatione indidit; unde etiam πρῶτον δίκαιον, *Primum Jus* ab Aristotele nominatur: de quo *Cic.* lib. 3. de *Leg.* inquit, *Unus est communis quasi magister & imperator omnium, Deus: ille est legis hujus inventor, disceptator, lator.*

Quæ est altera Proprietas?

*Ea pertinet *ad Naturam*, vim, & efficaciam *hujus Juris.* Nam Jus Naturæ ob omnibus sanâ mente præditis intelligitur: præterea ubique & apud omnes eandem vim habet; ideóque est immutabile, neque potest abrogari.

Quæ est tertia Proprietas?

Ea pertinet *ad Causam Finalem.* Nam Jus Naturæ præcipuè refertur ad honestatem.

* Τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον, καὶ πανταχοῦ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν· ὥσπερ τὸ πῦρ καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν Πέρσαις καίει.

Quid

Quid est Jus Legitimum?

Jus Legitimum est, quod non Naturâ constat; sed hominum decreto & autoritate est sancitum, & certis legibus comprehensum. Unde etiam nominatur *Jus Humanum*, jus *Scriptum*, jus *Positivum*; item *Lex*.

Quæ sunt Notæ sive Proprietates Juris Legitimi?

Etiam *Tres:* Quarum *Prima* pertinet *ad Causam Efficientem*. Nam hoc Jus ab hominibus habet suam originem & autoritatem: qui illud communi consensu constituerunt, adducti probabili aliquâ ratione, desumptâ vel ex Jure Naturæ, vel ex aliqua circumstantia.

Quæ est altera Proprietas?

Ea pertinet *ad Naturam*, vim, & efficaciam *hujus Juris*. Nam hoc Jus, antequam lege est sancitum, & constitutum, est ἀδιάφορον, *Indifferens*, hoc est, nullam vim habet, neminémque obligat: sed potest citra culpam servari, aut non servari. Postquam verò decreto est sancitum, & confirmatum, tum non ampliùs est ἀδιάφορον· sed sub pœna transgressionis obligat eos, quibus est latum. Est præterea hoc Jus non solùm mutabile, sed potest etiam omnino abrogari.

Νομικὸν δέ, ὃ ἐξ ἀρχῆς μὲν διαφέρει ὅπως ἢ ἄλλως· ὅταν δὲ θῶνται, διαφέρει.

Quæ est tertia Proprietas?

Ea pertinet *ad Causam Finalem*. Nam Jus Legitimum præsupponit honestatem, quam habet ex Jure Naturali: ac præcipuè refertur ad utilitatem eorum, quibus fertur. Unde ab Aristotele vocatur δίκαιον χάριν συμφέροντος.

Τὰ δ' οὐ μὴ φυσικὰ ἀλλ' ἀνθρώπινα δίκαια, ἃ πᾶσα πανταχοῦ.

Quare Jus Legitimum est mutabile?

*Quia diversæ sunt Rerump. formæ, ad quarum utilitatem leges & jura sunt accommodanda: Aliud enim utile est in *Regno*, aliud in *Democratia*, aliud in *Oligarchia*, & sic de cæteris. Ideo *Aristoteles* l. 4. *Polit.* c. 1. ait, πρὸς τὰς πολιτείας δεῖ τοὺς νόμους τίθεσθαι. Et *Cic.* lib. 2. *Leg.* inquit, *Ad salutem & utilitatem civium leges sunt conditæ.*

* Ἐπεὶ δὲ πολιτεία.

Objectio.

Objectio. *Si Jura subinde mutantur, igitur nullum est Jus Naturale: quoniam naturalia non possunt mutari.*

Δοκεῖ δ' ἐνίοις πάντα εἶναι τοιαῦτα, [ἔστιν γὰρ νομικὰ] ὅτι τὸ μὲν φύσει, ἀκίνητον· τὰ δὲ δίκαια, κινεῖται ὁρῶσι.

Solutio. Cùm dicitur, Jura subinde mutari, illud intelligendum est de Jure Humano, seu Legitimo: quod quia pendet ab hominum opinione & instituto, ideò per eosdem potest mutari, vel omnino abrogari. Præterea, etiamsi Naturalia per se quidem, & quod ad Genus universum attinet, sint immutabilia: tamen ratione Singularium, & circumstantiarum, interdum admittunt aliquam mutationem. *Cic.* lib. 3. *Offic.* sic scribit, *Multa, quæ naturâ honesta esse videntur, temporibus fiunt non honesta.*

CAPUT VIII.

Propter quamvisne actionem justam vel injustam, dicitur aliquis justè vel injustè agere, aut justus vel injustus esse?

Οὐκοῦν ὁ τὴν δικαίων καὶ ἀδίκων τὴν εἰρημένων, ἀδικεῖ μὲν καὶ δικαιοπραγεῖ, ὅταν ἑκὼν τις αὐτὰ πράττῃ· ὅταν δὲ ἄκων, οὐκ ἀδικεῖ οὔτε δικαιοπραγεῖ, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός.

MInimé: sed tantùm is, qui *Sponte, Volens*, & *Sciens* talia egit. Qui autem vel *Invitus*, vel *Inscius* talia egit, non nisi *Per Accidens* dicitur justè vel injustè egisse, & justus vel injustus esse.

Quamobrem?

Quia omnes actiones virtutum, & vitiorum considerantur & æstimantur τῇ προαιρέσει, καὶ τῷ ἑκουσίῳ, quemadmodum suprà in lib. 3. dictum est.

Quotuplicia sunt facta ἑκούσια?

* *Duplicia.* Vel enim *Consultò fiunt*; & nominantur προαιρετά, καὶ προβουλευτά, quasi priùs à nobis constituta, & deliberata: Et qui hoc modo facit aliquid quod justum, vel injustum est; is quoque rectè dicitur justè vel injustè agere, & justus vel injustus esse. Vel *Non* fiunt *consultò*, sed ex animi aliqua perturbatione; & nominantur ἀπροαίρετα, καὶ ἀπροβούλευτα· propter quæ nemo potest justus vel injustus verè appellari.

* Τῶν δ' ἑκουσίων, τὰ μὲν προελόμενοι πράττομεν· τὰ δ', οὐ προελόμενοι. προελόμενοι μέν, ὅσα προβουλευσάμενοι· ἀπροαίρετα δέ, ὅσα ἀπροβούλευτα.

Potéstne

Potéſtne omne damnum, quod alteri infertur, Injuria nominari?

Non. Quia variis modis damnum poteſt alicui inferri: quod ex ſequenti diviſione cognoſcitur. *Damna*, quæ aliis inferuntur, vel ſunt *Voluntaria*, vel *Involuntaria*. *Voluntaria* ſunt triplicia: vel enim proficiſcuntur *ex Ignorantia*, vel *Animi perturbatione*, vel ex *Malitia*.

Quod damnum dicitur ex Ignorantia profectum?

* *Quando* is, qui læſit, *ignoravit Circumſtantias*, in quibus præcipuè actionis vis conſiſtit. Veluti eſt circumſtantia *Perſonæ*, *Modi*, *Inſtrumenti*, *Finis*. Hoc autem rurſum eſt duplex: Nam vel infertur παραλόγως, id eſt, *Inopinatò*, ſeu præter opinionem agentis, & caſu quodam; & vocatur ἀτύχημα· ut ſi venator in ſylva hominem interficit, volens feram interficere: vel infertur μὴ παραλόγως, *Non præter opinionem*, ſed tamen ἄνευ κακίας, *abſque malitia*, & dolo malo agentis; & vocatur ἁμάρτημα· ut ſi quis, bombardam incautè tractando, aſtantem lædit.

Quod damnum dicitur ex Animi perturbatione profectum?

* Quod ex ira, metu, terrore, aut alio aliquo naturali affectu alicui infertur; appellatur quidem ἀδίκημα, id eſt, injuſtum factum: non tamen poteſt aliquis propter illud injuſtus nominari; quia non factum eſt conſultò.

Quod damnum dicitur factum eſſe ex Malitia?

* Quando quis alterum de induſtria, & conſultò lædit: atque ejuſmodi damnum propriè dicitur ἀδικία, injuria; & qui hoc modo aliquem lædit, etiam dicitur ἀδικεῖν, injuriam facere, & eſſe ἄδικος, injuſtus.

Quotuplicia ſunt ἀκούσια, id eſt, Involuntaria damna?

Duplicia. Alia enim ſunt συγγνωμονικά, *Venialia*: quæ veniam

* Τριῶν δ' ἐστῶν βλαβῶν τῶν ἐν ταῖς κοινωνίαις, τὰ μὲν μετ' ἀγνοίας ἁμαρτήματά ἐστιν, ὅταν μήτε ὅν, μήτε ὡς, μήτε ὧ, μήτε οὗ ἕνεκα ὑπέλαβε, ταῦτα πράξῃ· ὅταν μὲν ὃν παραλόγως μὴ βλάβη γένηται, ἀτύχημα· ὅταν δὲ μὴ παραλόγως, ἄνευ δὲ κακίας, ἁμάρτημα.

* Ὅταν δ' εἰδὼς μέν, μὴ προβουλεύσας δέ, ἀδίκημα.

* Ὅταν δ' ἐκ προαιρέσεως, ἄδικος καὶ μοχθηρός.

Τῶν δ' ἀκουσίων, τὰ μέν ἐστι συγγνωμονικά, τὰ δ' οὐ συγγνωμονικά· ὅσα μὲν γὰρ μὴ μόνον ἀγνοοῦντες, ἀλλὰ καὶ δι' ἄγνοιαν ἁμαρτάνουσι, συγγνωμονικά· ὅσα δὲ εἰ μὴ δι' ἄγνοιαν, ἀλλ' ἀγνοοῦντες μέν, διὰ πάθος δὲ μήτε φυσικόν, μήτ' ἀνθρωπικόν, οὐ συγγνωμονικά.

veniam merentur, eò quòd errore quodam contra noſtram voluntatem facta ſunt. Alia verò ſunt *μὴ συγγνωμονικά, Non venialia:* quæ non merentur veniam; quia ex affectu aliquo neque naturali, neque homine digno admiſſa ſunt, Ut ſi quis ex ebrietate interficiat aliquem; aut ſi quis ex odio, vel invidiâ, alteri damnum inferat.

CAPUT IX.

Potéſtne volenti fieri injuria?

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις εἰ ἱκανῶς διώρισται περὶ τοῦ ἀδικεῖσθαι καὶ τοῦ ἀδικεῖν.

NOn. Quoniam enim Injuriam facere, eſt ἑκούσιόν τι, *Spontaneum & voluntarium quiddam*; ideo ejus contrarium, nempe Injuriam pati, ἀκούσιόν τι, *Quiddam involuntarium:* quia *Contrariorum ſunt contraria attributa.* Antecedens probatur ex Definitione: Nam ἀδικεῖν, *Injuriam facere*, eſt ſponte aliquem lædere, contra ejus, qui læditur, voluntatem. Sicut autem nemo dicitur invitus alteri injuriam facere: ità etiam nemo dicitur volens pati injuriam.

Annon omnis, qui patitur juſtum quippiam vel injuſtum, etiam patitur Jus vel Injuriam.

Ἐπεὶ καὶ τόγε διαπορήσειεν ἄν τις, πότερον ὁ τὸ ἄδικον πεπονθὼς ἀδικεῖται πᾶς· ἢ ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ πράττειν, καὶ ἐπὶ τοῦ πάσχειν ἔστι. καὶ συμβεβηκὸς μὲν ἐνδέχεται ἐπ' ἀμφοτέρων μεταλαμβάνειν τῶν δικαίων· ὁμοίως δὲ δῆλον καὶ ἐπὶ τῶν ἀδίκων.

Minimé. Quemadmodum enim aliud eſt *juſtè*, vel *injuſtè* agere; & aliud eſt *juſta*, vel *injuſta* agere: ità aliud eſt *jus*, vel *injuriam* pati; & aliud eſt, *juſta*, vel *injuſta* pati. Nam *juſtè*. vel *injuſtè* agere ſolùm dicitur is, qui talia agit ἐκ προαιρέσεως, id eſt, *Conſultò*, & datâ operâ: *Juſta* autem, & *injuſta* poſſunt quocunque modo fieri. Sic *jus*, & *injuriam* pati dicitur ſolùm is, qui invitus ea patitur: Pati verò poteſt aliquis *juſta*, vel *injuſta*, non ſolùm invitus, verùm etiam volens.

Quæ ergò Propriè dicitur eſſe Injuria?

Ea *Propriè* dicitur eſſe *Injuria*, quæ à volente & ſciente infertur invito, præter ejus meritum.

Annon Glaucus volens passus est injuriam, quando aurea arma dedit Diomedi pro armis æneis?

Minimé. Nam pati injuriam non est in potestate patientis, sed inferentis injuriam. At in potestate Glauci erat aurea sua arma dare Diomedi, vel non dare. Itaque in ea permutatione non passus est injuriam.

At Incontinentes interdum seipsos lædunt, scientes & volentes: Igitur potest aliquis volens pati injuriam.

* Negatur Consequentia. *Primùm*, Quia non omnis læsio est injuria. *Deinde*, Quia Incontinentes non plenâ voluntate agunt; sed quodammodo contra voluntatem abripiuntur à vehementioribus cupiditatibus, & affectibus. Quemadmodum Medêa apud Ovidium conqueritur, inquiens, *Me trahit invitam nova vis: aliúdque Cupido, Mens aliud suadet. Video meliora, probóque: Deteriora sequor.*

In distributione iniqua, uter est injustus, ísne qui distribuit, an is qui plus accipit?

* Is qui iniquè distribuit, potiùs injustus est dicendus, quàm is qui accipit. Quoniam principium istius injustæ actionis proficiscitur à distribuente, & non ab accipiente. Præterea voluntas quoque ejus in ea actione est libera: accipientis autem voluntas non est planè libera; neque enim potest accipere quantum vult, sed solùm quantum ei à distribuente datur, qui etiam quodammodo causa est cur alter in accipiendo peccet.

Qui sibi minus tribuit in distributione bonorum, facítne sibi injuriam?

* Minimé. Etsi enim videatur minus accipere de bonis externis; tamen re verâ non habet minus: quoniam ea pars, quâ videtur defraudari, ei compensatur longè præ-

Ὁ δὲ τὰ αὑτοῦ διδοὺς, ὥς φησιν Ὅμηρος διδέναι τὸν Γλαῦκον τῷ Διομήδει, Χρύσεα χαλκείων, ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων, οὐκ ἀδικεῖται ἐπ' αὐτῷ γάρ ἐστι τὸ διδόναι· τὸ δ' ἀδικεῖσθαι, οὐκ ἐπ' αὐτῷ, ἀλλὰ τὸν ἀδικοῦντα δεῖ ὑπάρχειν. Περὶ μὲν οὖν τοῦ ἀδικεῖσθαι, ὅτι οὐκ ἔκουσον, δῆλον. * Βλάπτεται μέν τις ἑκών, οὐ τὰ ἄδικα πάσχει· ἀδικεῖται δ' οὐδεὶς ἑκών. οὐθεὶς γὰρ βούλεται, οὐδ' ὁ ἀκρατής· ἀλλὰ παρὰ τὴν βούλησιν πράττει. * Φανερὸν δὴ καὶ ὅτι ὁ διανέμων ἀδικεῖ, ἀλλ' οὐχ ὁ τὸ πλέον ἔχων αἰεί· οὐ γὰρ, ᾧ τὸ ἄδικον ὑπάρχει, ἀδικεῖ, ἀλλ' ᾧ τὸ ἑκόντα τοῦτο ποιεῖν· τοῦτο δ', ὅθεν ἡ ἀρχὴ τῆς πράξεως, ἧς ἐστιν ἐν τῷ διανέμοντι, ἀλλ' οὐκ ἐν τῷ λαμβάνοντι. **Ἡ οὐδὲ τοῦτο ἁπλοῦν; ἑτέρως γὰρ ἀγαθοῦ εἰ ἔτυχεν, ἐπλεονέκτει, οἷον δόξης, ἢ τοῦ ἁπλῶς καλοῦ. **Ἐπὶ οὐδὲν πάσχει παρὰ τὴν αὑτοῦ βούλησιν· ὥστε οὐκ ἀδικεῖται διά γε τοῦτο, ἀλλ' εἰ πᾶν βλάπτεσθαι μόνον.

stantioribus aliis bonis. Consequitur enim ex hac distributione laudem liberalitatis, modestiæ, beneficentiæ, & similium virtutum: Conciliat sibi quoque favorem, gratiam & benevolentiam aliorum, qui hanc ejus modestiam & liberalitatem prædicant.

Estnè facile, Justum esse?

Οἱ δ' ἄνθρωποι ἐφ' ἑαυτοῖς οἴονται εἶναι, τὸ ἀδικεῖν· διὸ καὶ τὸ δίκαιον εἶναι, ῥᾴδιον. τὸ δ' οὐκ ἔστι

Vulgus quidem hominum existimat hoc esse facile: propterea quòd ejus contrarium, nempe Injustum esse, sit in nostra voluntate, & potestate positum. Verùm longè aliter se rès habet: nam Justum esse, non est simpliciter ea agere, quæ justa sunt; sed ista agere eo animo, consilio, & proposito, quo oportet, & quemadmodum ipsa virtus requirit. *Hoc opus, hic labor est*, ut Poëta loquitur: Quia hoc neque facile est, neque cujuslibet; sed tantùm ejus, qui longo usu habitum justitiæ sibi acquisivit.

Estnè facilis, justi & injusti notitia?

Ὁμοίως δὲ καὶ τὸ γνῶναι τὰ δίκαια, καὶ τὰ ἀδικα, οὐδὲν οἴονται σοφὸν εἶναι· ὅτι ἐκ τῶν νόμων λέγεσιν, ἃ χαλεπὸν συνιέναι. Ἀλλ' οὐ ταῦτ' ὀρθὴ δικαια, ἀλλ' ἢ κατὰ συμβεβηκός.

Multi existimant non esse difficile scire, quid justum, vel injustum sit: eò quòd illud legibus sit comprehensum, quæ publicè omnibus proponuntur legendæ & cognoscendæ. Sed sciendum est JUS, sive justum, non simpliciter contineri in verbis legum: sed potiùs in legum usu, hoc est, in ipsis actionibus, earúmque circumstantiis, quæ secundum legum præcepta sunt institutæ, & conformatæ.

Potéstne justus æquè facere alteri injuriam, sicut injustus?

*Etsi videatur justus etiam posse agere ea, quæ sunt alteri injusta; videlicet Non reddere depositum, aliena rapere, in emendo & vendendo alterum fallere, & his similia alia agere: tamen Non dicitur propterea injuriam facere, aut injustè agere; quoniam non est habitu injustitiæ præditus, à quo solo omnis injuria proficiscitur.

* Διὰ δὲ τοῦτο καὶ τὸ δίκαιον οἴονται εἶναι οὐδὲν ἧττον τὸ ἀδικεῖν, ὅτι οὐδὲν ἧττον ὁ δίκαιος, ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δύναται ἂν ἔχειν πρᾶξαι τούτων· καὶ γὰρ συγγενέσθαι γυναικί, καὶ πατάξαι, καὶ ὁ ἀνδρεῖος τὰς ἀσπίδα ἀφεῖναι, καὶ στραφεὶς ὁποτερονοῦν τρέχειν. Ἀλλὰ τὸ δειλαίνειν καὶ τὸ ἀδικεῖν, καὶ τὸ ταῦτα ποιεῖν ὅτι πλὼ κατὰ συμβεβηκός.

Potéstne

Potéſtne Juſtitia erga omnes exerceri?

Non: ſed tantùm erga eos, quibus de bonis externis poſſumus plus vel minus tribuere, quàm illis debetur.

Ἔστι δὲ τὰ δίκαια ἐν τούτοις, οἷς μέτεστι τῆς ἁπλῶς ἀγαθῶν.

Quid hoc loco notandum?

Hoc loco ſunt tria genera hominum conſideranda. Unum genus eſt eorum, quibus propter excellentiam virtutis, dignitatis, & autoritatis nunquam poſſumus de bonis externis NIMIUM tribuere: quales ſunt ſupremi Magiſtratus, item Heroës, item Parentes. Alterum genus eſt eorum, quibus propter improbitatem & malitiam nunquā poſſumus MINUS tribuere; quia illis planè nihil debetur: veluti ſunt homines ſcelerati & deplorati, qui omnibus bonis externis abutuntur ad ſuam & aliorum perniciem. Tertium genus eſt reliquorum hominum, quibus competunt bona externa, certâ quadam menſurâ: quæ ſi non ſervatur, tum contra juſtitiam in eorum diſtributione peccatur.

CAPUT X.

Eſtnè Æquitas eadem cum Juſtitia, an verò eſt ab ea diverſa?

Περὶ δ' ἐπιεικείας, καὶ τοῦ ἐπιεικοῦς, πῶς ἔχει, ἢ μὲν ἐπιείκεια πρὸς δικαιοσύνην, τὸ δ' ἐπιεικὲς πρὸς τὸ δίκαιον, ἐχόμενόν ἐστιν.

Æ*Quitas*, quæ à Cicerone *Æquum bonum*, à Græcis ἐπιείκεια nominatur, magnam habet cum Juſtitia cognationem; adeò ut dicatur eſſe quaſi *Anima Juris*; ſine qua ipſum JUS, nè quidem jus dici poſſit. Hanc ob cauſam Diogenes Pythagorêüs *Æquitatem* & *Clementiam* dixit eſſe *Aſſeſſores Juſtitiæ*. Sed tamen non eſt prorſus eadem cum Juſtitia.

Quibus argumentis probas, Æquitatem non eſſe eandem cum Juſtitia?

Duobus. * *Primùm*, Quia virum *Æquum bonum* ſolemus meliorem judicare, & magis laudare, propterea quòd de ſuo jure nonnihil cedit: quàm virum juſtum, qui ſuum jus ſimpliciter urget. *Deinde*, Quia vocabulum *Æquitatis* latiùs patet, quàm vocabulum *Juſtitiæ*. Omnis enim

Καὶ ὅτι μὲν τὸ ἐπιεικὲς ἐπαινοῦμεν, καὶ ἄνδρα τὸν τοιοῦτον· ὥστε καὶ ἐπὶ τἆλλα ἐπαινοῦντες μεταφέρομεν ἀντὶ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἐπιεικέστερον, ὅτι βέλτιον δικάζοντες.

vir *Bonus* poteſt ἐπιεικὴς nominari: *Juſtus* autem propriè ſolùm dicitur is, qui circa diſtributionem & commutationem externorum bonorum ſe rectè gerit.

Eſtne Æquitas Juſtitiæ contraria?

Οτὲ δ' οὐ τῷ λόγῳ αἱρεθὲν φαίνεταί ἄτοπον, εἰ τὸ ἐπιεικὲς παρὰ τὸ δίκαιον ἔν τι ὂν, ἐπαινετὸν ὄζιν· ἢ γὰρ τὸ δίκαιον ἢ σπουδαῖον, ἢ τὸ ἐπιεικὲς ἢ δίκαιον, εἰ ἄλλο· ἢ εἰ ἄμφω σπουδαῖα, ταὐτὸν ὄζιν.

Nequaquam. Alioquin enim neceſſe eſſet alterutram ex iis eſſe malam, & reprehendendam: atqui utraq; eſt bona, & laudabilis, & ad conſervandam, & colendam inter homines civilem ſocietatem utilis, atque neceſſaria.

Quomodo igitur differt Æquum bonum à Jure?

* Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ φύσις τῆ ἐπιεικοῦς, ἐπανόρθωμα νόμου, ἢ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου.

* Tribus modis. *Primùm*, Quia Æquitas videtur aliquo modo melior Jure legitimo, ſeu ſcripto: quatenus ejus defectum corrigit, & rigorem mitigat. *Deinde*, Quia Æquitas non continetur ſcripto, & verbis, quemadmodum Jus: ſed pendet ex arbitrio, & judicio bonorum virorum. *Tertiò*, Quia Æquitas non de univerſo genere aliquid ſtatuit, quemadmodum Jura & Leges univerſaliter loquuntur: ſed tantùm ſtatuit aliquid de ſingularibus caſibus atq; negotiis.

Unde exiſtit ille defectus Juris ſcripti, ſive Legis?

Partim ex natura ſive materia rerum atq; negotiorum, & multiplici varietate circumſtantiarum: quæ non potuerunt omnes in Lege verbis comprehendi, & definiri. *Partim* etiam ex formula Legis, quæ eſt univerſaliter ſcripta, & tantùm communi quadam ratione cætera particularia ſub ſe complectitur: eáque prudentiæ judicis determinanda relinquit.

Quæ ergò eſt utilitas Æquitatis?

* Ea ex jam dictis facilè intelligitur: nimirum quòd eſt velut ἀναπλήρωμα, id eſt, *Supplementum*, & ἐπανόρθωμα, *Correctio* eorum, quæ in lege vel deſiderantur, vel non ſatis apertè ſunt expreſſa, & definita.

* Αἴτιον δ', ὅτι ὁ μὲν νόμος καθόλου πᾶς· περὶ ἐνίων δ' οὐκ οἷόν τε ὀρθῶς εἰπεῖν καθόλου. τοῦτο γὰρ αἴτιον καὶ τοῦ μὴ πάντα κατὰ νόμον εἶναι, ὅτι περὶ ἐνίων ἀδυνάτων τεθῆναι νόμον. * Ὅταν οὖν λέγῃ ὁ μὲν νόμος καθόλου, συμβῇ δ' ἐπὶ τούτοις παρὰ τὸ καθόλου, τότε ὀρθῶς ἔχει, ἃ παραλείπει ὁ νομοθέτης, καὶ ἥμαρτεν ἁπλῶς εἰπών, ἐπανορθοῦν τὸ ἐλλειφθέν.

Quo-

Quomodo corrigitur iſte defectus Legis, ſeu Juris ſcripti?

Prudentiâ Judicis, qui eum caſum, de quo quæritur, ponderatis diligenter omnibus circumſtantiis, examinat, non tam ad verba Legis, ſive Juris, quàm ad mentem & voluntatem Legislatoris: déque eo ità pronunciat, quemadmodum ipſe Legislator, ſi eum caſum prævidiſſet, de eo fuiſſet judicaturus, aut legem ſcripturus.

[a] Ὁ καὶν ὁ νομοθέτης ὅπως ἂν εἴποι, ἐκεῖ παρών· καὶ εἰ ἤδει, ἐνομοθέτησεν ἄν.

Quid eſt igitur Æquitas?

Æquitas eſt correctio Juris legitimi, ſive Legis, eâ parte, quâ Lex deficit propter ſuam generalitatem. Ἐπιείκειά ἐστιν ἐπανόρθωμα τοῦ νομίμου δικαίου, ᾗ ἐλλείπει διὰ τὸ καθόλου. Jureconſulti ſic definiunt: *Æquitas eſt moderatio, & benigna Juris interpretatio.*

Quare dicis Juris Legitimi?

Quia Jus Naturæ non opus habet correctione: eſt enim perfectum, quatenus Deum ipſum habet autorem. Unde Jureconſulti dicunt, Contra Jura Naturæ & Jus Divinum non concedendas eſſe laxationes.

Quis dicitur ἐπιεικής, vir Æquus bonus?

Vir *Æquus bonus* eſt, qui ea, quæ Æquitati conſentanea ſunt, vult & agit: neque verba Legis nimiùm urget, aut in deteriorem partem interpretatur; ſed potiùs de ſuo jure aliquid concedit, etiamſi Legem pro ſe habeat adjutricem. Ὁ ἐπιεικής ἐστιν, ὁ τῶν μὲν δικαίων θεωρητικός, καὶ πρακτικός, ἀλλὰ μὴ ἀκριβοδίκαιος ἐπὶ τὸ χεῖρον· μᾶλλον δὲ ἐλαττωτικός, καίτοι ἔχων τὸν νόμον βοηθόν.

Quæ adverſantur Æquitati?

Duo: *Primùm*, τὸ ἀκριβοδίκαιον, id eſt, *Summum Jus*, quod etiam nominatur *Jus ſtrictum*: de quo dicitur, *Summum jus, eſt ſumma injuria.* Deinde, ἡ συκοφαντία, id eſt, *Callida & malitioſa Juris ſcripti, ſive Legis interpretatio:* quæ etiam à J. C. vocatur *Calumnia*; quando verba Legis in deteriorem partem torquentur, & aliter accipiuntur

cipiuntur, quàm fuerant à Legislatore intellecta. De qua *Cic.* lib. 1. *Offic.* ait: *Existunt etiam sæpe injuriæ, calumniâ quadam, & nimis callidâ seu malitiosâ juris interpretatione.*

CAPUT XI.

Potéstne aliquis sibiipsi injuriam facere, aut erga seipsum esse injustus?

Πότερον δ' ἐνδέχεται ἑαυτὸν ἀδικεῖν, ἢ οὔ, φανερὸν ἐκ τῶν εἰρημένων. Τὰ μὲν γὰρ ὅσα τῶν δικαίων, τὰ πρὸς πάσαν ἀρετὴν τεταγμένα· οἷον, ὁ κελεύει ἑαυτὸν ἀποκτεινεῖν ὁ νόμος· ἃ δ' μὴ κελεύει, ἀπαγορεύει. * Ὃ δ' ἐφ' ὀργὴν ἑαυτὸν σφάττων, ἑκὼν τοῦτο δρᾷ παρὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὃ οὐκ ἐᾷ ὁ νόμος· ἀδικεῖ ἄρα. Ἀλλὰ τίνα; τὴν πόλιν, αὐτὸν δ' οὐ· ἑκὼν γὰρ πάσχει, ἀδικεῖται δ' ἐθελοντὴς ἑκών. διὸ καὶ ἡ πόλις ζημιοῖ, καὶ τις ἀτιμία πρόσεστι τῷ ἑαυτὸν διαφθείροντι, ὡς τὴν πόλιν ἀδικοῦντι. * Ἔτι καθ' ὃ ἄδικος ὁ μόνον ἀδικῶν, καὶ μὴ ὅλως φαῦλος, οὐκ ἔστιν ἀδικῆσαι αὐτόν,

MInimé. Nam aut secundum *Universalem*, aut secundum *Particularem Injustitiam* diceretur sibiipsi facere injuriam. Atqui secundum neutram injustitiam potest sibiipsi injuriam facere. Ergó.

Quare nemo potest secundum Universalem Injustitiam erga seipsum esse injustus?

Quoniam qui universaliter est injustus, is peccat contra aliquam legem. Sed nullæ sunt leges de non facienda sibiipsi injuria. Ergò nemo potest secundum universalem injustitiam erga seipsum esse injustus.

Objectio. *At Leges prohibent, nè quis sibiipsi violentas manus inferat: Igitur, qui hoc facit, is est erga seipsum injustus.*

* *Solutio.* Negatur consequentia. Nam qui sibiipsi manus affert; is non tam sibi, quàm Reipub. injuriam facit: propterea quòd eam spoliat aliquo membro, hoc est, cive; cujus auxilio potuisset aliquando tempore necessario uti. Atque ideo etiam Respub. talem punit, quatenus ipsum legitima sepulturâ privat, aut aliâ notat infamiâ.

Quomodo probas neminem posse secundum Particularem Injustitiam erga seipsum esse injustum?

**Primùm*, Quemadmodum Justitia est virtus πρὸς ἕτερον, hoc est, quæ erga alterum exercetur: ità etiam Injustitia est vitium πρὸς ἕτερον. Nemo autem à seipso potest

esse ἕτερον, id est, alius, aut diversus. Ergò nemo potest erga seipsum esse injustus. *Deinde,* * Si quis erga seipsum potest esse injustus; tum contraria poterunt simul de eodem affirmari: nam simul diceretur sibi aliquid auferre, & tribuere. Præterea simul diceretur circa eandem rem agere & pati. Deniq; respectu actionis, quatenus facit injuriam, diceretur prior, sponte, & volens agere: respectu verò passionis, diceretur posterior, invitus, & contra voluntatem pati. Quæ omnia, quia simul de eodem affirmari non possunt, sequitur quòd nemo possit erga seipsum esse injustus. *Tertiò.* Si quis seipsum potest injuriâ afficere; necesse est, ut id faciat secundum certam aliquam speciem injuriæ: videlicet furando, rapiendo, adulterando, decipiendo, convitiando, & similibus vitiosis actionibus, quæ cum injuria sunt conjunctæ. Sed nemo potest sibiipsi sua furari, aut rapere, aut seipsum decipere, aut sibiipsi convitium dicere, aut cum sua propria uxore adulterium committere. Ergò nemo potest seipsum injuriâ afficere.

Objectio. *Cur igitur Plato in lib. 4. de Repub. scribit, Neminem posse alteri injuriam facere, nisi prius fuerit erga seipsum injustus?*

* *Respons.* Plato duplicem constituit *Justitiam*, & *Injustitiam:* Unam *Internam*, alteram *Externam*. Internam justitiam nominavit, quando affectus & cupiditates obtemperant imperio rectæ rationis; & tunc existit pulcherrima harmonia sive consensus omnium virium animi: unde tandem etiam proficiscitur justitia externa erga alterum, tanquam bonus fructus ex bona arbore. Hanc autem justitiam inquit solùm per metaphoram, & similitudinem sic appellari, quam habet cum jure herili, quod etiam non simpliciter jus dicitur, sicut suprà cap. 6. est indicatum. Etenim quale jus habet dominus in servum, tale etiam jus habet ratio in inferiores animi vires. Idem quoq; intelligendum est de injustitia interna, quam Plato nominat στάσιν καὶ ταραχὴν, seditionem & confusionem

* Ἅμα γὰρ τῷ αὐτῷ ἄνειμι, ἀφῃρῆσθαι, καὶ προσκεῖσθαι τὸ αὐτό· τοῦτο δὲ ἀδύνατον. ἀλλ' ἐν πλείοσιν ἀνάγκη εἶναι τὸ δίκαιον, καὶ τὸ ἄδικον. Ἔπειτα ἑκόντος τε καὶ οὐκ ἀναγκαζομένου, καὶ πρότερον. Αὐτὸς δὲ αὑτὸν τὰ αὐτὰ ἅμα καὶ πάσχει καὶ ποιεῖ. Ἔπειτα εἴπερ ἀνέχοντα ἀδικεῖσθαι. Πρὸς δὲ τούτοις ἄνευ πάσης καὶ μέρος ἀδικημάτων, ἐθεὶς ἀδικεῖσθαι μοιχεύει δὲ ἀνὴρ τὴν ἑαυτοῦ, ἢ κλέπτει τὰ ἑαυτοῦ, &c.

* Κατὰ μεταφορὰν δὲ καὶ ὁμοιότητά ἐστιν οὐκ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν δίκαιον, ἀλλὰ τῶν ἀνθρώπων· οὐ πᾶν δὲ δίκαιον, ἀλλὰ τὸ δεσποτικὸν, ἢ τὸ οἰκονομικόν.

partium animi inter se; quando affectus nolunt rationi recta suadenti obtemperare: atq; indè proficiscitur externa injustitia erga alterum.

Utrum pejus est, Facerene, an pati injuriam?

Φανερὸν δὴ κὴ ὅπ ἀμφω φαῦλα, κὴ τὸ ἀδικεῖσθαι, κὴ τὸ ἀδικεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἔλαττον, τὸ δὲ πλεῖον ἔχειν ἐστὶ τοῦ μέτρου. ἀλλ' ὅμως χεῖρον, τὸ ἀδικεῖν· τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν μετὰ κακίας, κὴ ψεκτὸν ἦν· τὸ δ' ἀδικεῖσθαι, ἄνευ κακίας κὴ ἀδικίας.

Utrumque quidem est malum; quatenus per ea discedi-tur à mediocritate, hoc est, æqualitate: Nam qui facit injuriam, habet plus; qui autem patitur, habet minus: sed tamen Facere injuriam pejus est; quia conjunctum est cum improbitate agentis. Pati autem injuriam, non habet conjunctam improbitatem patientis: imò plerunque homines probi ab improbis injuriam patiuntur. Ideo *Socrates* apud Platonem in Gorgia ait, *Malle se pati, quàm facere injuriam.* Et Cic. lib. 1. Offic. inquit, *Præstat pati injuriam, quàm facere.*

LIBER VI.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes Sexti libri?

* Ἐπεὶ δὲ τυγχάνομεν πρότερον εἰρηκότες, ὅτι δεῖ τὸ μέσον αἱρεῖσθαι, μὴ τὴν ὑπερβολὴν, μήτε τὴν ἔλλειψιν, τὸ δὲ μέσον ἐστὶν ὡς ὁ λόγος ὁ ὀρθὸς λέγει· τοῦτο δὲ λέλεκται.

IN sexto libro explicantur virtutes, quæ nominantur ἕξεις διανοητικαί, *Habitus Intellectûs*, seu *Intellectuales*: à *Cic.* vocantur *Virtutes rationis*, & *mentis.* Sunt autem tres hujus libri partes. Prima continetur duobus primis capitibus: in quibus, quasi per *Proœmium*, sibi aditum facit ad novam hanc tractationem de virtutibus intellectualibus. In altera parte, à tertio cap. usq; ad octav. breviter percurrit quinq; *Habitus*, seu *Virtutes Intellectûs.* In tertia parte, usq; ad finem libri, peculiariter agit de *Prudentia*, ejúsque partibus, usu, & præstantia.

CAPUT I.

Quare in doctrina Morali etiam de Virtutibus seu Habitibus Intellectûs est aliquid dicendum?

* QUoniam omnium virtutum Moralium præcipua vis consistit in mediocritate, quæ est secundum rectam ratio-

rationem; hanc autem ostendit, & definit ipsa Prudentia, quæ una est ex habitibus intellectûs: ideo non immeritò in hac doctrina etiam de Prudentia, & ei cognatis habitibus aliquid traditur.

Quod est Subjectum, cui Habitus Intellectuales insunt?

Animus rationalis.

Quot sunt ejus Partes, sive Potentiæ?

Duæ. Una dicitur ἐπιστημονική, id est, Scientiis accommodata; alio nomine θεωρητική· quia in sola contemplatione & cognitione rerum acquiescit; vulgò *Intellectus Speculativus:* altera λογιστικὴ καὶ βουλευτική, quâ ratiocinamur & deliberamus; alio nomine πρακτική· quia de rebus agendis considerat; vulgò, *Intellectus Activus.*

Τὰς δὴ τῆς ψυχῆς ἀρετὰς διελόμενοι καὶ τὰς μὲν εἶναι τοῦ ἤθους ἐφαμεν, τὰς δὲ τῆς διανοίας.

Súntne hæ duæ potentiæ diversæ.

* Maximé. Quia percipiunt, & cognoscunt Objecta, quæ Naturâ & Genere sunt diversa. Nam prior potentia, quæ nominatur ἐπιστημονική, contemplatur & percipit necessaria: cujusmodi sunt divina, cœlestia, naturalia, universalia, principia, & causæ rerum. Posterior verò, quæ dicitur λογιστική, considerat contingentia, caduca, & singularia.

* Δύο μέρη τῆς ψυχῆς· τό, τε λόγον ἔχον, καὶ τὸ ἄλογον. τῶν λόγον ἐχόντος δύο· ἓν μὲν ᾧ θεωροῦμεν τὰ τοιαῦτα τῶν ὄντων, ὧν αἱ ἀρχαὶ μὴ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν· ἓν δέ γε, ᾧ τὰ ἐνδεχόμενα. Πρὸς γὰρ τὰ τῷ γένει ἕτερα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς μορίων ἕτερον τῷ γένει, τὸ πρὸς ἑκάτερον πεφυκός.

CAPUT II.

Quod est utriusque partis animi rationalis proprium munus & officium, οἰκεῖον ἔργον;

VEritatis inquisitio.

Quotuplex est Veritas?

Duplex. Una dicitur θεωρητική, *quæ in sola cognitione & contemplatione acquiescit:* & propriè pertinet ad eam partem, quæ ἐπιστημονικὴ nominatur. Altera vocatur πρακτική, *quæ transfertur ad actionem & usum:* considerat enim veritatem ejus boni, quod est expetendum & agendum.

Quæ sunt principia cognitionis & actionis?

Τεία δ' ἔστιν ἐν τῇ ψυχῇ τὰ κύρια πράξεως καὶ ἀληθείας, αἴσθησις, νοῦς, ὄρεξις· τούτων δ' ἡ αἴσθησις οὐδεμιᾶς ἀρχὴ πράξεως.

Tria sunt in animo hominis, unde omnis cognitio & actio proficiscitur: νοῦς ἢ λόγος, αἴσθησις, καὶ ὄρεξις, hoc est, *Mens* sive ratio, *Sensus*, & *Appetitus* seu voluntas. Ex quibus duo priora, Mens & Sensus, inserviunt cognitioni rerum: tertium verò actioni.

Eodémne modò νοῦς & αἴσθησις inserviunt cognitioni comparandæ?

Minimé. Nam *Sensus* versantur solùm circa *Singularia*, externa, & accidentia: ideóque solum adferunt cognitionem τοῦ ὅτι. *Mens* autem seu ratio considerat *Universalia*, & scrutatur veras causas, & essentiales formas rerum: quæ cognitio est perfectior & certior, & nominatur τοῦ τί ἐστι, καὶ διὰ ὅ, τι ἐστί· quid sit, & quamobrem sit.

Sed quare Sensus non dicitur esse principium, & causa actionum?

* Περίξεως μὲν οὖν ἀρχή, προαίρεσις. οὗτον ἡ κίνησις, ἀλλ' οὐχ ἕνεκά του. προαιρέσεως δέ, ὄρεξις καὶ λόγος ὁ ἕνεκά τινος. * Ἔστι δ' ὅπερ ἐν διανοίᾳ κατάφασις καὶ ἀπόφασις, τοῦτ' ἐν ὀρέξει δίωξις καὶ φυγή.

* Quia actiones debent proficisci ἐκ προαιρέσεως, ex *Electione*, & certo consilio: προαίρεσις autem est compositum quiddam ἐκ τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρέξεως, ex *Ratione & Voluntate*, quæ nihil habent commune cum *Sensibus*.

Quo pacto προαίρεσις dicitur constare ἐκ τοῦ λόγου καὶ τῆς ὀρέξεως?

**Primùm*, Ratione cujusdam analogiæ & similitudinis, quam erga se mutuò habent. Nam quemadmodum *Mentis Objecta* sunt VERUM & FALSUM: ità *Appetitûs Objecta* sunt BONUM & MALUM. Et quemadmodum *Mentis* ἐνέργειαι sunt, *Affirmatio Veri*, & *Negatio falsi*: ità *Appetitûs* ἐνέργειαι sunt, *Expetitio Boni*, & *Fuga Mali*. *Deinde*, Ratione τῆς συμφωνίας, i. e. *Consensûs*: Nam quando hæ duæ Facultates, nempe λόγος καὶ ὄρεξις, consentiunt circa suum Objectum, illud vel expetendo vel fugiendo, tum existit προαίρεσις, id est, *Electio*.

Quotu-

Quotuplex est προαίρεσις?

Duplex: Alia enim est *Bona*, alia verò *Mala*.

Quæ dicitur esse bona προαίρεσις?

* *Bona προαίρεσις* est: in qua non solùm utraque hæc, nempe λόγος καὶ ὄρεξις, *Ratio* & *Appetitus* rectè se habent; verùm etiam ità inter se consentiunt, ut, quod *Recta ratio* suadet, *Appetitus* quoque velit. *Oportet* enim, ut Aristoteles ait, τὰ αὐτὰ τὸν τε λόγον φάναι, καὶ τὴν ὄρεξιν διώκειν, id est, *Eadem & Rationem suadere, & Appetitum prosequi.*

* Δεῖ δὲ ταῦτα τόν τε λόγον ἀληθῆ εἶναι, καὶ τὴν ὄρεξιν ὀρθήν, εἰ ὥστε ἡ προαίρεσις σπουδαία· καὶ τὰ αὐτὰ ἡμᾶς φάναι, τὴν δ' διώκειν.

Quæ dicitur esse mala προαίρεσις?

Primùm, Quando ex his duobus utrumque, vel alterutrum malè est affectum. *Deinde*, Quando inter λόγον & ὄρεξιν est dissensio: veluti cùm *Appetitus* diversum prosequitur, vel fugit, quàm *Ratio* suadet.

Quid ex προαιρέσει consequitur?

* Ex *προαιρέσει* bona, etiam consequitur bona actio, εὐπραξία, tanquam finis: Ex mala autem *προαιρέσει*, consequitur mala actio, κακοπραξία.

* Εὐπραξία γὰρ καὶ τὸ ἐναντίον ἐν πράξει, ἄνευ διανοίας καὶ ἤθους οὐκ ἔστι.

Quæ est igitur altera animi rationalis facultas, quæ dicitur esse causa actionum?

* Ea, quæ nominatur λογιστική, & διάνοια πρακτική, & νῦς πρακτικός: per hanc enim cogitamus, & quasi consultamus de suscipienda aliqua actione, rei alicujus vel acquirendæ vel fugiendæ gratiâ.

* Διάνοια δ' αὐτὴ οὐδὲν κινεῖ, ἀλλ' ἡ ἕνεκά του καὶ πρακτική.

Quid ex his colligis?

* Ex jam dictis colligo, Hominem rectè posse dici principium suarum actionum. Nam si *προαίρεσις* est causa actionum, *προαίρεσις* autem constat ἐκ τοῦ λόγου καὶ τῆς ἐξέως, quæ sunt in homine: Igitur etiam homo rectè dicitur actionum suarum principium & causa.

* Διὸ ἢ ὀρεκτικὸς νοῦς, ἢ προαίρεσις ἢ ὄρεξις διανοητική· καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχή, ἄνθρωπος. * Οὐκ ἔστι δὲ προαιρετὸν οὐδὲν γεγονός.

Cadúntne etiam Præterita sub Electionem?

Minimè. Quoniam *προαίρεσις* est eorum, quæ nostræ voluntati & potestati sunt subjecta. Præterita autem non

sunt

sunt ampliùs ità in nostra potestate, ut per nos possint aut mutari, aut infecta fieri.

CAPUT III.

Quæ dicuntur virtutes διανοητικαί, Intellectuales?

VIrtutes διανοητικαὶ sunt habitus animi rationalis: quibus mens nostra vel affirmando, vel negando, verum enunciat.

Quot sunt ejusmodi Habitus?

*Ἔστω δὴ οἷς ἀληθεύει ἡ ψυχὴ τῷ καταφάναι, ἢ ἀποφάναι πέντε τὸν ἀριθμόν· ταῦτα δ' ἐστί, τέχνη, ἐπιστήμη, φρόνησις, σοφία, νοῦς.

*Quinque: *Scientia, Sapientia, Intelligentia, Ars,* & *Prudentia:* ἐπιστήμη, σοφία, νοῦς, τέχνη, καὶ φρόνησις. Ex his tres priores pertinent ad τὴν ἐπιστημονικήν· Duo verò posteriores ad τὸ λογιστικόν.

Annon etiam ὑπόληψις καὶ δόξα, id est, Conjectura & Opinio pertinent ad habitus mentis?

*Ὑπολήψεις δὲ καὶ δόξαι ἐνδέχεται διαψεύδεσθαι.

*Etsi *Conjectura* & *Opinio* quoq; versentur circa verum & falsum; tamen non possunt inter habitus mentis referri: quoniam per illas sæpenumero fallimur, & erramus.

Quomodo distinguuntur hi quinque habitus?

Habitus Mentis sive *Intellectus* vel sunt *Simplices*, vel *Compositi*. *Simplices* cognoscunt vel *Necessaria*; idq; aut sine medio, ut ὁ νοῦς, *Intelligentia Principiorum*; aut per medium, ut ἡ ἐπιστήμη, *Scientia*, quæ propriè est *Conclusionum*, quæ ex *Principiis* sunt effectæ. Vel cognoscunt *Contingentia*, quæ referuntur vel ad πρᾶξιν actionem, ut ἡ φρόνησις, *Prudentia*; vel ad ποίησιν effectionem alicujus operis, ut ἡ τέχνη, Ars. *Compositus* habitus est ἡ σοφία, *Sapientia:* quæ constat ex *Intelligentia* & *Scientia*.

Quid est Scientia?

*Ἐπιστήμη μὲν οὖν τί ἐστιν, ἐντεῦθεν φανερόν· πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν.

Scientia est habitus Mentis, per quem demonstrare aliquid possumus ex necessariis Propositionibus: Ἐπιστήμην ἐστὶν ἕξις ἀποδεικτικὴ ἐξ ἀναγκαίων.

Quæ

Quæ Propositiones dicuntur esse Necessariæ?

Quæ sunt veræ, primæ, immediatæ, priores, notiores, & causæ Conclusionis. Sic enim scribit *Aristoteles* lib. 1. *Post. Analyt.* Ἀνάγκη τὴν ἀποδεικτικὴν ἐπιστήμην ἐξ ἀληθῶν τε, καὶ πρώτων, καὶ ἀμέσων, καὶ προτέρων, καὶ γνωριμωτέρων, καὶ αἰτίων τοῦ συμπεράσματος.

Quare necesse est Propositiones, ex quibus Scientia comparatur, tales esse?

Quoniam quæ tales non sunt, hæ non possunt *Veram Scientiam* efficere; sed tantùm *Scientiam per Accidens.*

Ὅταν γάρ πως πίστις, καὶ γνώριμοι αὐτῷ ὦσιν αἱ ἀρχαί, ἐπίσταται· εἰ γὰρ μὴ μᾶλλον τοῦ συμπεράσματος, κατὰ συμβεβηκὸς ἕξει τὴν ἐπιστήμην.

Quod est Objectum Scientiæ?

* *Objectum Scientiæ* nominatur ἐπιστητόν· id autem est tantùm rerum necessariarum, quæ aliter se habere non possunt: cujusmodi sunt omnia ea, quæ sunt ἀΐδια ἄφθαρτα καὶ ἀγένητα, id est, *æterna, ortûs & interitûs expertia.*

Cur solùm horum dicitur esse Scientia?

* Quia homines existimant se ea solùm scire, de quibus semper idem possunt verè affirmare. Hanc ob causam *Contingentium nulla potest esse scientia:* quia non semper eadem de illis possunt affirmari; neque enim semper eodem modo se habent.

Quo Instrumento comparatur Scientia?

* *Demonstratione*, seu *Syllogismo Apodictico:* qui ex Necessariis Propositionibus antea nobis cognitis, Necessariam conficit Conclusionem.

Ἐξ ἀνάγκης ἄρα ὄντι τὸ ἐπιστητόν· ἀΐδιον ἄρα. τὰ γὰρ ἐξ ἀνάγκης ὄντα, ἁπλῶς ἀΐδια πάντα· τὰ δ' ἀΐδια, ἀγένητα καὶ ἄφθαρτα. * Πάντες γὰρ ὑπολαμβάνομεν, ὃ ἐπιστάμεθα, μὴ ἐνδέχεσθαι ἄλλως ἔχειν· τὰ μὲν ἐνδεχόμενα ἄλλως, ὅταν ἔξω τοῦ θεωρεῖν γένηται, λανθάνει εἰ ἔστιν, ἢ μή. * Ἔτι διδακτὴ πᾶσα ἐπιστήμη δοκεῖ εἶναι· καὶ τὸ ἐπιστητόν, μαθητόν. ἐπὶ προϋπογινωσκομένων μὲν πᾶσα διδασκαλία· ἡ μὲν γὰρ δι' ἐπαγωγῆς, ἡ δὲ συλλογισμῷ. * Ἡ μὲν δὴ ἐπαγωγὴ ἀρχὴ ὅτι, καὶ τοῦ καθόλου· ὁ δὲ συλλογισμὸς, ἐκ τοῦ καθόλου.

Annon etiam Scientia potest comparari Inductione?

Minimé. * Quia *Inductio* constat ex Singularibus: *Scientia* autem est tantùm Universalium.

CAPUT IIII.

Quid est Ars, ἢ τέχνη;

Ἡ μὲν οὖν τέχνη, ὥσπερ εἴρηται, ἕξις τις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική ἐστιν· ἡ δ' ἀτεχνία, τοὐναντίον.

ARS est habitus Mentis cum vera & recta ratione opus aliquod efficiens. Τέχνη ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ἀληθοῦς ποιητική. Contrà verò, *Inertia* est habitus cum falsa ratione aliquid efficiens. Ἀτεχνία ἐστὶν ἕξις μετὰ λόγου ψευδοῦς ποιητική.

Quod est Objectum, & quæ est Materia Artis?

* Τοῦ δ' ἐνδεχομένου ἄλλως ἔχειν, ἐστί τι καὶ ποιητὸν καὶ πρακτόν.

* *Ars* versatur circa Contingentia, quæ mutari & aliter se habere possunt: unde dicitur quoque magnam habere cum Fortuna cognationem; à qua interdum multùm juvatur, aut impeditur; sicut poëta Agathon dixit, Τέχνη τύχῃ ἔστερξε, καὶ τύχη τέχνην· *Ars fortunam, & fortuna artem amat.*

Quod est officium artificis circa hanc materiam?

* Ἔστι δὴ τέχνη πᾶσα περὶ γένεσιν, καὶ τὸ τεχνάζειν, καὶ θεωρεῖν ὅπως ἄν γένηταί τι τῶν ἐνδεχομένων καὶ εἶναι καὶ μὴ εἶναι, καὶ ὧν ἡ ἀρχὴ ἐν τῷ ποιοῦντι, ἀλλὰ μὴ ἐν τῷ ποιουμένῳ.

* Officium artificis circa suam materiam consistit in tribus. *Primùm*, ἐν τῷ θεωρεῖν, ut consideret quo pacto velit ex materia subjecta opus artificiosum efficere. *Deinde*, ἐν τῷ τεχνάζειν, ut secundum artem operetur, & talem formam materiæ imponat, qualem ars requirit. *Tertiò*, ἐν τῷ γεννᾶν, id est, ποιεῖν· ut producat & quasi gignat novum opus. Sic *Cic.* 2. de natura deorum ait, Artis maximè proprium esse creare & gignere.

Quomodo differt Ars à cæteris Habitibus Intellectûs.

* Ἐπεὶ δὲ ποίησις καὶ πρᾶξις ἕτερον, ἀνάγκη τὴν τέχνην ποιήσεως εἶναι, ἀλλ' οὐ πράξεως εἶναι.

* Præcipuè *Materiâ* & *Fine*. Nam *Scientia Sapientia* & *Intellectus* versantur circa *Necessaria*: ac referuntur πρὸς τὴν θεωρίαν καὶ γνῶσιν, *ad Contemplationem & Cognitionem rerum*: *Ars* autem versatur circa *Contingentia*, & refertur πρὸς τὴν ποίησιν, *ad Effectionem alicujus operis*. Cum *Prudentia* autem convenit quidem ratione *Materiæ*: sed *Fine* differt. Nam *Prudentiæ* finis est, πρᾶξις, *Actio*: *Artis* autem, ποίησις καὶ ποίημα, *Effectio alicujus operis*.

CAPUT V.

Quid est Prudentia, ἢ φρόνησις?

PRudentia est habitus Mentis secundum veram rationem consultandi & agendi ea, quæ homini in universa vita sunt bona vel mala. Φρόνησίς ἐστιν ἕξις ἀληθὴς μετὰ λόγου πρακτική, περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά.

Quis dicitur prudens, φρόνιμος?

*Prudens est is, qui potest bene consultare de iis, quæ ipsi vel aliis sunt bona & utilia, non ex parte solùm aliqua, sed ad totam bene vivendi rationem: Φρόνιμός ἐστι, τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι περὶ τὰ αὐτῷ ἀγαθὰ καὶ συμφέροντα· οὐ κατὰ μέρος, ἀλλὰ ποῖα πρὸς τὸ εὖ ζῆν ὅλον.

Quod est Objectum Prudentiæ?

*Prudentia versatur περὶ τὰ πρακτά, hoc est, circa omnia ea, quæ homini ad bene agendum & vivendum sunt necessaria. Unde *Cic.* lib 5. de *Finibus*, *Prudentiam* dicit esse *artem vitæ*. Est ergò idem *Prudentiæ Objectum*, quod est *Consultationis*: de qua suprà lib. 3. cap. 3. dictum fuit.

Quod est officium viri Prudentis?

* *Officium prudentis* est, non solùm aliis, sed etiam sibi posse rectè & utiliter in rebus agendis consulere. Aliis quidem, quatenus vivit in Civili societate: Sibi verò, quoniam *Qui sibiipsi sapiens esse nequit, nequicquam sapit*: ut scribit *Cicero* ad *Trebat.*

Quo pacto probat Aristoteles Prudentiam versari circa res agendas?

* Primùm, *Exemplis* virorum prudentium; ut *Periclis*, *Themistoclis*, *Solonis*, *Lycurgi*, & similium, qui propter hanc unicam causam dicti fuerunt prudentes: eò quòd in

Λείπεται ἄρα αὐτὴν εἶναι ἕξιν ἀληθῆ μετὰ λόγου πρακτικήν, περὶ τὰ ἀνθρώπῳ ἀγαθὰ καὶ κακά.

* Δοκεῖ δὴ φρονίμου εἶναι, τὸ δύνασθαι καλῶς βουλεύσασθαι, &c.

*Βουλεύεσθαι δ' οὐδεὶς περὶ τὰ ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδὲ τῶν μὴ ἐνδεχομένων αὐτῷ πρᾶξαι· ὥστε εἰ ἡ ἐπιστήμη μετ' ἀποδείξεως ὧν δ' ἀποδειξις ἐστί), ὅτι τὰ

αἱ ἀρχαὶ ἐνδέχονται ἄλλως ἔχειν, τούτων μὴ ἔστιν * Διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοιούτους, φρονίμους οἰόμεθα εἶναι τοῖς ἀνθρώποις δύνασθαι θεωρεῖν. * Διὰ τοῦτο Περικλέα καὶ τοὺς τοιούτους, &c.

rebus

Τὴν σωφροσύνην τέτῳ προσαγορέυομεν τῷ ὀνόματι, ὡς σώζεσαν τὴν φρόνησιν.

rebus agendis consilio valuerunt. Deinde, *ex Etymologia* Græca vocabuli *Temperantiæ*, quæ ideò dicta est σωφροσύνη, quia σώζει τὴν φρόνησιν. id est, conservat judicium de rebus agendis; quemadmodum contrà, *Intemperantia* judicium & voluntatem hominis corrumpit circa res gerendas; ut neque verum Finem actionum cernere, neque vera Media eligere possit.

Habésne præterea aliud Discrimen inter Artem & Prudentiam?

* Ἀλλὰ μὴν τέχνης μέν ἐστιν ἀρετή, φρονήσεως δ' οὐκ ἔστι.

* Habeo. *Primùm* enim, *Ars* est peculiaris quidam habitus, reipsa à virtute Morali separatus: ideóq; ipsa sola non potest facere virum bonum, sed tantùm bonum artificem. *Prudentia* autem semper conjuncta est cum virtute Morali, & constituit virum bonum.

* Καὶ ἐν μὲν τέχνῃ ὁ ἑκὼν ἁμαρτάνων, αἱρετώτερος. περὶ δὲ φρόνησιν, ἧττον· ὡς περὶ τὰς ἀρετάς.

* *Deinde.* Qui in *Arte* sponte peccat, minùs est reprehendendus; quàm qui invitus circa eam peccat: quia hoc est signum imperitiæ artis. Circa *Prudentiam* verò qui sponte peccat, magis est reprehendendus; quàm qui invitus circa eam peccat: quia indicium est malitiæ.

CAPUT VI.

Quid est ὁ νοῦς, Intelligentia?

* Λείπεται νοῦν εἶναι τῶν ἀρχῶν.

Intelligentia est habitus Mentis, quo Principia Scientiarum & Demonstrationũ plenè & perfectè cognoscimus, & contemplamur. Ὁ νοῦς ἐστιν ἕξις, ἧ τὰς ἀρχὰς γνωρίζομεν.

Quod est Objectum Intellectûs?

* Ἐπεὶ δ' ἡ ἐπιστήμη περὶ τὸ καθόλου ἐστὶν ὑπόληψις, καὶ ἐξ ἀναγκης ὄντων· εἰσὶ δ' ἀρχαὶ τῶν ἀποδεικτῶν

* *Objectum Intellectûs* sunt ipsa Principia, & ἀξιώματα Scientiarum & Artium: quorum notitia aliquo modo quidem naturaliter est hominibus insita; verùm per hunc habitum plenius & perfectiùs cognoscuntur.

Quomodo probas Principiorum Notitiam ad hunc habitum pertinere?

* *Per Remotionem:* Quia non potest ad reliquos habitus Mentis referri. Non enim potest referri ad *Scientiam*; quia *Scientia* comparatur per *Demonstrationem*:

καὶ πάσης ἐπιστήμης (μετὰ λόγου γὰρ ἡ ἐπιστήμη) τὰ ἀρχὰς τῶν ἐπιστητῶν οὐκ ἂν ἐπιστήμη εἴη, οὔτε τέχνη, οὔτε φρόνησις· τὸ μὲν γὰρ ἐπιστητὸν, ἀποδεικτόν·

Principiorum autem nulla est Demonstratio. Neque ad *Sapientiam*, quia *Sapientia* est Causarum cognitio: *Principiorum* autem non possunt dari Causæ. Neque ad *Artem*, aut *Prudentiam*; quia sunt rerum Contingentium, quæ aliter se habere possunt: *Principia* autem sunt Necessaria, & sempiternam habent veritatem.

Αἱ δὲ τῶν ἀρχῶν οὐκ ἔστιν ἐπιστήμη οὐδὲ σοφία τούτων ἐστί· τὸ γὰρ σοφὸν περὶ ἐνίων ἔχειν ἀπόδειξίν ἐστιν.

CAPUT VII.

Quid est Sapientia, ἡ σοφία?

Sapientia est habitus Mentis, quo & Principia Demonstrationum, & earum Conclusiones, quæ ex illis efficiuntur, perfectè intelligimus. Huic Definitioni etiam consentit ea, quæ est apud *Cic.* lib. 2. *Offic. Sapientia est rerum divinarum & humanarum, causarúmq; quibus hæ res continentur, scientia. Aristot.* Ἡ σοφία ἐστὶ νοῦς, καὶ ἐπιστήμη τῆς τιμιωτάτων· *Sapientia est intelligentia, & scientia rerum præstantissimarum.*

Ἐκ δὲ τῶν εἰρημένων δῆλον, ὅτι ἡ σοφία ἐστὶ καὶ ἐπιστήμη καὶ νοῦς τῶν τιμιωτάτων τῇ φύσει.

Quod est Objectum Sapientiæ?

Sapientiæ Objectum sunt omnes res, earúmque causæ, quæ quidem sub hominis cognitionem cadere possunt: cujusmodi sunt rerum Principia & Causæ, & ipsæ Conclusiones, quæ ex illis efficiuntur.

Quod est Officium Sapientis.

Officium Sapientis est, circa Principia veritatem tenere, & ea, quæ ex Principiis concluduntur, intelligere. Δεῖ τὸν σοφὸν μὴ μόνον τὰ ἐκ τῆς ἀρχῶν εἰδέναι, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς ἀρχὰς ἀληθεύειν.

Estne Sapientia eadem cum Prudentia?

Non. Alioquin enim omnis Sapiens quoque esset Prudens. At multi Sapientes fuerunt; qui tamen propter Prudentiam in rebus gerendis, & civilibus negotiis administrandis, non celebrantur: ut *Anaxagoras, Thales, Pittacus, Bias*, & multi alii Philosophi. *Deinde*, Si Sapientia eadem esset cum Prudentia; tum sequeretur tot esse Species

Διὸ Ἀναξαγόραν, καὶ Θαλῆν, καὶ τοὺς τοιούτους, σοφοὺς μέν, φρονίμους δ' οὐ φασιν εἶναι, ὅταν ἴδωσιν ἀγνοοῦντας τὰ συμφέροντα αὐτοῖς· καὶ περιττὰ μέν, καὶ θαυμαστά, καὶ χαλεπά, καὶ δαιμόνια εἰδέναι αὐτούς φασιν· ἄχρηστα δ', ὅτι οὐ τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ ζητοῦσιν.

Sapientiæ, quot ſunt Species Prudentiæ. Atqui unica tantum eſt Sapientiæ vis atque natura, quæ omnium rerum perfectam cognitionem complectitur: plures autem ſunt Prudentiæ Species, pro varietate actionum & negotiorum, circa quæ verſatur; quemadmodum ex ſequenti capite patebit.

Φανερὸν δ', ὅτι ἐκ ἂν εἴη ἡ πολιτικὴ καὶ ἡ σοφία ἡ αὐτή· εἰ γὰρ τίνων περὶ τὰ ὠφέλιμα τὰ αὐτοῖς ἐρεῖ σοφίαν, πολλαὶ ἔσονται σοφίαι.

Quod eſt igitur Diſcrimen inter Sapientiam & Prudentiam?

Primùm, *Sapientia* eſt in nobiliſſima animæ rationalis parte, quæ appellatur ἐπιστημονική· *Prudentia* autem eſt in altera parte, quæ nominatur λογιστική. Deinde, *Sapientia* verſatur circa contemplationem & cognitionem rerum divinarum, cœleſtium, neceſſariarum, & univerſalium, quæ nullam admittunt mutationem: * *Prudentia* verò verſatur circa deliberationem de actionibus rerum humanarum, civilium, ſingularium, & contingentium, quæ mutationi & corruptioni ſunt obnoxiæ.

* Ἡ δὲ φρόνησις, περὶ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ περὶ ὧν ἔστι βουλεύσασθαι· τοῦ γὰρ φρονίμου μάλιστα τοῦτ' ἔργον εἶναί φαμεν, τὸ εὖ βουλεύσασθαι· βουλεύεται δ' οὐδεὶς περὶ τῶν ἀδυνάτων ἄλλως ἔχειν, οὐδ' ὅσων μὴ τέλος τι ἐστί, καὶ τοῦτο πρακτὸν ἀγαθόν.

Utra autem eſt præſtantior?

Ex jam dictis facilè intelligitur, *Sapientiam* Prudentiâ præſtantiorem eſſe: partim ratione *Subjecti*, cui ineſt; partim ratione *Materiæ*, circa quam verſatur; partim denique ratione *Operationis*, hoc eſt, τῆς θεωρίας, Contemplationis.

CAPUT VIII.

Quotuplex eſt Prudentia?

Ἔστι δὴ καὶ ἡ πολιτικὴ, καὶ ἡ φρόνησις, ἡ αὐτὴ μὲν ἕξις· τὸ μέντοι εἶναι τὸ αὐτὸ αὐταῖς.

PRudentia alia dicitur *Privata:* quæ eſt facultas rectè conſulendi & proſpiciendi nobisipſis, & privatis noſtris commodis: nominatur φρόνησις περὶ αὐτόν, καὶ ἕνα. Alia dicitur *Communis*, φρόνησις πρὸς ἄλλους· eſt facultas rectè conſulendi & proſpiciendi aliis, quæ ipſis ſunt utilia.

Quotuplex eſt Communis Prudentia?

Communis Prudentia eſt duplex. Vel enim eſt *Domeſtica*, οἰκονομική· quæ eſt facultas rectè conſulendi, & proſpiciendi ea quæ familiæ noſtræ ſunt bona & utilia: Vel

est *Civilis*, πολιτικὴ, quæ est facultas rectè consultandi & deliberandi de iis, quæ civitati aut Reipub. sunt utilia.

Quotuplex est Civilis Prudentia?

Civilis Prudentia est *duplex*. Vel *Legislatoria*, νομοθετικὴ, quæ est facultas rectè ferendi & explicandi leges; hodie dicitur *Jurisprudentia*: Vel est *Actuosa*, πρακτικὴ, quæ est facultas rectè obediendi, & administrandi Reipublicæ negotia.

Τῆς δὲ περὶ πόλιν, ἡ μὲν, ὡς ἀρχιτεκτονικὴ, φρόνησις νομοθετικὴ· ἡ δὲ, ὡς πρὸς καθ' ἕκαστα, τὸ κοινὸν ὄνομα ἔχει, πολιτικὴ· αὕτη δὲ πρακτικὴ καὶ βουλευτικὴ.

Quotuplex est Prudentia Practica?

Practica Prudentia rursum est *Duplex*. Vel est *Senatoria*, βουλευτικὴ, quæ est facultas rectè deliberandi de futuris; quid Reipub. sit faciendum vel omittendum: Vel est *Judiciaria*, δικαστικὴ, quæ est facultas rectè judicandi & statuendi de factis præteritis; quid in illis sit justum vel injustum.

Quo pacto comparatur Prudentia?

* Longâ observatione & experientiâ singularium, quæ sumenda est ex quotidiana vita & frequenti tractatione tam privatorum quàm publicorum negotiorum. Atque hæc etiam est causa, quamobrem juvenes non possint fieri Prudentes; licèt addiscant disciplinas Mathematicas, quæ alioquin videntur esse difficillimæ: quia propter ætatem destituuntur usu & experientiâ rerum agendarum.

* Γεωμετρικοὶ μὲν νέοι καὶ μαθηματικοὶ γίνονται, καὶ σοφοὶ τὰ τοιαῦτα· φρόνιμος δ' οὐ δοκεῖ γίνεσθαι. αἴτιον δ', ὅτι καὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν ἡ φρόνησις, ἃ πλῆθος γὰρ χρόνου ποιήσει τὴν ἐμπειρίαν. *Ὅτι δ' ἡ φρόνησις οὐκ ἐπιστήμη, φανερόν· τῶν γὰρ ἐσχάτων ἐστίν. *Αντίκειται δ' ἡ φρόνησις τῷ νῷ.

Quomodo differt Prudentia à Scientia?

* *Prudentia* & *Scientia* differunt *Materiâ*, & *Causâ Efficiente*. Nam *Scientia* versatur circa *Universalia*; quorum cognitio comparatur per *Demonstrationem*: *Prudentia* verò versatur circa *Singularia*; quorum cognitio comparatur experientiâ, per *Inductionem*.

Quomodo differt Prudentia ab Intelligentia?

* *Intelligentia* & *Prudentia* habent quasi *Opposita Objecta*, circa quæ versantur. Nam *Intelligentia* versatur circa ea, quæ sunt in ordine naturæ *Suprema*; quorum nulla potest reddi ratio: cujusmodi sunt *Prima Principia*. *Prudentia* verò versatur circa *Singularia*, quæ in ordine natu-

ræ ſunt *Infima*; quorum etiam nulla reddi poteſt ratio, ſed tantùm Senſu Communi ſunt cognoſcenda & dijudicanda. Utraque autem vocantur ἔσχατα, *Ultima* ſive *Extrema*: illa, aſcendendo; hæc verò, deſcendendo.

CAPUT IX.

Quæ ſunt Comites ſive Famulæ Prudentiæ?

Δεῖ δὲ διαλαβεῖν καὶ περὶ εὐβουλίας, &c

TRes ſunt quaſi *Sociæ* & *Miniſtræ Prudentiæ* quæ hoc loco commemorantur: nempe ἡ εὐβουλία, *Bona conſultatio*; ἡ σύνεσις, *Ingenii perſpicacitas*; & ἡ γνώμη, *Sententia*. His in 12. cap. adjicitur ἡ δεινότης, *Naturalis Solertia*: & in libello *De virtutibus*, μνήμη, *Memoria*; & ἡ ἐμπειρία, *Experientia*.

Quid eſt εὐβουλία?

* Εὐβουλία ἐστὶν ἡ ὀρθότης τοῦ φρονίμου τὸ εὖ βουλεύεσθαι, ἡ εὐβουλία ἐστὶν ἂν ὀρθότης ἡ κατὰ τὸ συμφέρον πρὸς τὸ τέλος, οὗ ἡ φρόνησις ἀληθὴς ὑπόληψίς ἐστιν.

* Εὐβουλία eſt Rectitudo conſilii, quâ finem bonum, quem nobis propoſuimus, honeſtis commodiſque mediis in agendo conſequimur.

Eſtnè omne Rectum Conſilium, etiam Bonum Conſilium?

* Εἰ δὲ ἡ ὀρθότης πλεοναχῶς, δῆλον ὅτι καὶ πᾶσα· ὁ γὰρ ἀκρατὴς καὶ ὁ φαῦλος, ὃ προϊόμενος ἰδεῖν, ὅτι τοῦ λογισμοῦ τεύξεται ὥστε ὀρθῶς ἕξει βεβουλευμένος, κακὸν ἢ μέγα ὑποληφθήσεται. δοκεῖ δὲ ἀγαθόν τι τὸ εὖ βουλεύεσθαι· ἡ γὰρ τοιαύτη ὀρθότης βουλῆς εὐβουλία. ἡ ἀγαθοῦ τυγχανεῖν· ἀλλ' ἔστι καὶ τούτου ψευδεῖ συλλογισμῷ τυγχάνειν καὶ ὃ μὴ δεῖ ποιῆσαι, τυχεῖν τούτου δι' ἃ δέ, οὐκ ἀλλὰ ψευδῆ τὸ μέσον ὅρον ἔχει). ὥστ' οὐδὲ αὕτη πως, &c

* Minimé: quia *Rectum Conſilium* quatuor modis dicitur. *Primùm*, Rectum conſilium dicitur, per quod quis propoſitum ſuum conſequitur, qualecunque illud ſit, ſive bonum ſive malum. *Deinde*, Per quod quis voti ſui compos ſit, ſed malis & illicitis mediis. *Tertiò*, Per quod quis conſequitur id quod vult, ſed incommodo tempore. *Quartò*, Per quod aliquis bonum quoddam conſequitur bonis & honeſtis mediis, ídq; tempore opportuno. Atque hoc quarto modo *propriè Bonum Conſilium* appellatur.

Quotuplex eſt εὐβουλία?

* Εὐβουλία ἐστὶν ἡ μὲν διὰ ἁπλῶς [εὐβουλία,] ἡ πρὸς τὸ τέλος τὸ ἁπλῶς κατορθοῦσα· ἡ δέπως, ἡ πρός τι τέλος.

* Εὐβουλία eſt *duplex*. Vel enim ſuſcipitur de ultimo & univerſali fine omnium rerum & actionum humanarum, hoc eſt, de ratione conſequendi beatitudinem: atque hæc dicitur ἁπλῶς εὐβουλία. Vel ſuſcipitur de certo aliquo bo

no consequendo: ut de comparanda eruditione, aut potentia, aut honoribus, aut divitiis, & similibus aliis bonis. Hæc appellatur εὐβελία τις, particularis quædam bona consultatio.

CAPUT X.

Quæ est altera Prudentiæ Socia?

Ἡ Σύνεσις, *Ingenii perspicacitas:* quæ necessaria est, ut rectè de rebus possimus judicare. Ei contraria est ἀσυνεσία, *Stoliditas*, & *hebetudo ingenii.*

Ἔστι δὲ καὶ ἡ σύνεσις καὶ ἡ ἀσυνεσία, καθ' ἃς λέγομεν συνετοὺς καὶ ἀσυνέτους.

Quid est Σωφροσύνη?

Σωφροσύνη est habitus & facultas rectè intelligendi, & judicandi de iis rebus, circa quas Prudentia versatur: Σωφροσύνη ἐστὶν ἕξις τοῦ καλῶς κρίνειν, περὶ ὧν ἡ φρόνησίς ἐστι.

Estne eadem cum Scientia, vel Opinione?

* Non. *Primùm* enim, Si eadem esset cum *Scientia*, vel *Opinione*, tum omnes homines essent σωφρονες. Nullus enim est, qui non aliquam scientiam, vel saltem opinionem habeat de aliquibus rebus. At multi homines sunt, qui non sunt σωφρονες: ut sunt homines fatui, stupidi, agrestes, & similes. *Deinde*, Si eadem esset cum aliqua Scientia: tum versaretur etiam solùm circa ejusdem Scientiæ Objectum Necessarium. Sed σωφροσύνη præcipuè versatur circa Contingentia, & ea quæ cadunt in Consultationem & Actionem.

* Οὐκ ἔστι δὲ ὅλως τὸ αὐτὸ ἐπιστήμῃ ἢ δόξῃ· πάντες γὰρ ἂν ἦσαν συνετοί. ἔστι γὰρ ὅτε καὶ μιᾷ τῶν ἐπιστημῶν. ἔτι μέρος ἐπιστήμης ἐστὶν ἡ σωφροσύνη· ἔστι γὰρ ὅτε μέρος ἰατρικῆ· πρὸς ὑγιεινῶν γὰρ ὄντων καὶ ἀκινήτων ἡ σύνεσις ἐστὶν, ἔστι δὲ περὶ τῶν γινομένων ὁτωῦν, ἀλλὰ περὶ ὧν ἀπορήσειεν ἄν τις καὶ βουλεύσαιτο. * Διὸ περὶ τὰ αὐτὰ μὲν τῇ φρονήσει ἐστίν· οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν σύνεσις καὶ φρόνησις· ἡ μὲν γὰρ φρόνησις ἐπιτακτική ἐστι· τί γὰρ δεῖ πράττειν, ἢ μή, τὸ τέλος αὐτῆς ἐστιν· ἡ δὲ σύνεσις κριτικὴ μόνον· ταὐτὸ γὰρ σύνεσις καὶ εὐσυνεσία.

Quo pacto differt σωφροσύνη à Prudentia?

* Σωφροσύνη à *Prudentia* præcipuè in eo differt; quod *Prudentiæ* munus est, consultare, & præcipere quid homini agendum sit: σωφροσύνης autem Officium est, de iis, quæ *Prudentia* decernit, rectè judicare. Proinde *Prudentia* est facultas βουλευτικὴ καὶ ἐπιτακτική· σωφροσύνη autem est solùm κριτική.

CAPUT XI.

Quæ est Tertia Socia Prudentiæ?

Ἡ δὲ καλουμένη γνώμη, καθ' ἣν εὐγνώμονας, καὶ ἔχειν φαμὲν γνώμην, ἡ τοῦ ἐπιεικοῦς ἐστι κρίσις ὀρθή. * Σημεῖον δὲ τὸν μὲν ἐπιεικῆ μάλιστα φαμὲν εἶναι συγγνωμονικόν· καὶ ἐπιεικές, τὸ ἔχειν περὶ ἔνια συγγνώμην. * Ἡ σύνεσις, κριτικὴ· ἢ ᾧ συγγνώμη γνώμη ἐστὶ κριτικὴ τοῦ ἐπιεικοῦς ὀρθή· ὀρθὴ δέ, ἡ τοῦ ἀληθοῦς.

Γνώμη, quæ proprio vocabulo caret: potest tamen etiam Latinè *Sententia* appellari. Ea autem sic definitur: Γνώμη est viri æqui & boni, de dictis factísque aliorum hominum, verum & rectum judicium, ὄρθην ὀρθὴ κρίσις τοῦ ἐπιεικοῦς.

In quo consistit hoc judicium?

In duobus. *Primùm*, In benigna interpretatione eorum quæ ab aliis dicuntur, aut fiunt: atq; hæc propriè nominatur εὐγνωμοσύνη. * *Deinde*, In condonatione & venia eorum, quæ ab aliis per ignorantiam aut infirmitatem fuerunt peccata: hæc nominatur συγγνώμη. Atq; hinc *Prudentes* dicuntur esse εὐγνώμονες, hoc est, *benignè de aliis sentientes*; & συγγνωμονικοί, id est, *prompti ad ignoscendum*.

Quomodo differt γνώμη à σύνεσει?

* Utraq; est facultas κριτική, judicandi de aliorum dictis & factis. Sed σύνεσις simpliciter ità de illis judicat & pronunciat, quales suâ naturâ sunt: γνώμη autem in judicando adhibet æquitatem & moderationem. Itaq; γνώμη se habet ad σύνεσιν, quemadmodum se habet Æquitas ad Justitiam.

Quare Aristoteles dicit, τὸν νῦν, id est, Intellectum, esse extremorum in utramq; partem?

* Quia sicut *Intellectus* est duplex, *Theoricus* & *Practicus*; ità etiam τὰ ἔσχατα, *Extrema* sunt duplicia: alia in ordine naturæ *Suprema*, cujusmodi sunt *Prima* & *Universalia Principia*; alia verò sunt in ordine naturæ *Infima*, cujusmodi sunt τὰ καθέκαστα, *Singularia*. Utrorumq; autem non est λόγος, *Ratio* sive *Demonstratio*. Illa enim *Simplici Intellectu*, hæc autem solo *Sensu* absque aliqua ratiocinatione percipiuntur.

* Ἡ σύνεσις καὶ ἡ γνώμη, περὶ τὰ πρακτά· ταῦτα δ', ἔσχατα· καὶ ὁ νοῦς τῶν ἐσχάτων ἑπάτερα· καὶ γὰρ τῶν πρώτων ὅρων καὶ τῶν ἐσχάτων νοῦς ἐστι, καὶ οὐ λόγος· ὁ μὲν, κατὶ τὰς ἀποδείξεις τῶν ἀκινήτων ὅρων καὶ πρώτων· ὁ δὲ, ἐν ταῖς πρακτικαῖς, τοῦ ἐσχάτου, καὶ ἐνδεχομένου, καὶ τοῦ ἑτέρας προτάσεως.

Cui

Cur dicitur, τὸν νῦν, Intellectum, esse Principium & Finem?

Quia sicut *Intellectus* ex *Singularibus* colligit *Principia*: ità rursum ex *Principiis* demonstrat *Singularia*. Et, Sicut *Intellectus Theoricus* conquiescit in notitia *Principiorum*, neque ulteriùs ascendit: ità *Intellectus Practicus* conquiescit in notitia *Singularium*, neq; ulteriùs descendit.

Διὸ καὶ ἀρχὴ καὶ τέλος, ὁ νοῦς ἐκ τούτων καὶ αἱ ἀποδείξεις, καὶ περὶ τούτων. ὥστε δεῖ προσέχειν τὸν ἐμπείρων καὶ πρεσβυτέρων, ἢ φρονίμων, ταῖς ἀναποδείκτοις φάσεσι, καὶ δόξαις, οὐχ ἧττον τῶν ἀποδείξεων· διὰ γὰρ τὸ ἔχειν ἐκ τῆς ἐμπειρίας ὄμμα, ὁρῶσι τὰς ἀρχάς.

CAPUT XII.

Estnè Sapientiæ aliqua utilitas in quæstione De hominis beatitudine?

ETsi Sapientiæ nulla sit externa actio secundum virtutem Moralem: tamen quia est nobilissimæ partis animi rationalis, quæ ἐπιστημονικὴ nominatur, virtus atque perfectio; ideo quoque operatio ejus est præstantissima.

Διαπορήσειε δ' ἄν τις περὶ αὐτῶν, τί χρήσιμοί εἰσι. Πρῶτον μὲν οὖν λέγωμεν, ὅτι καθ' αὐτὰς ἀναγκαῖον αἱρετὰς εἶναι αὐτὰς ἐπιστήμας, ἀρετὰς γ' οὔσας ἑκατέραν ἑκατέρας μορίου.

Quæ est Sapientiæ propria Operatio?

Θεωρία, contemplatio rerum divinarum, cœlestium, & sempiternarum: in qua Philosophi existimârunt consistere præcipuam hominis beatitudinem; per quam videatur homo proximè ad divinam beatitudinem accedere, Deóq; simillimus fieri.

Quæ est utilitas Prudentiæ ad comparandam Felicitatem Politicam?

* Permagna & multiplex. Quoniam enim dictum est, Felicitatē Politicam comparari actionibus virtutum; quæ consistunt in mediocritate secundum rectam rationem, quam definit & ostendit Prudentia: ideo ea ad Felicitatem non solùm utilis est, verùm etiam necessaria.

** Ἐπὶ τὸ ἔργον ἀποτελεῖται τὸν σκοπὸν

At videntur aliqui posse absque Prudentia, solâ imitatione aut institutione aliorum, virtutum actiones edere.

Sola imitatio non sufficit ad actiones virtutis præstan-

καὶ τὴν φρόνησιν καὶ τὴν ἠθικὴν ἀρετήν. ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν· ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον.

das: sed oportet etiam agentem πῶς ἔχοντα πράττειν. i.e. *certo modo affectum eas agere*, quemadmodum scilicet ipsa virtus requirit: Nempe ut agat ἐκ προαιρέσεως, καὶ ἕνεκα τῶν πραττομένων, ἡδέως, καὶ βεβαίως, hoc est, *certo animi proposito & consilio; eorum ipsorum gratiâ, quæ aguntur; libenter, & constanter.*

Annon sola Virtus Moralis sufficit ad actiones honestas præstandas, & per Consequens etiam ad Beatitudinem?

Ἡ χωρὶς ἀρετῆς ἕξις οὐκ ἔστιν ἀνὰ φρονήσεως. Cap. 13.

Maximé. Sed Virtus Moralis absque Prudentia perfecta esse non potest.

Quamobrem?

Quia omnis Virtus Moralis definitur, quòd sit mediocritas secundum RECTAM RATIONEM: hanc autem sola ostendit Prudentia.

Quæ igitur requiruntur ad bonam & honestam actionem?

Duo. *Primùm*, Ut agens sibi bonum & honestum proponat Finem suæ actionis. *Deinde*, Ut cupiat per bona & honesta Media finem illum consequi.

Quibus rebus hoc efficitur?

Etiam duabus: *Virtute Morali*, & *Prudentiâ*.

Quonam modo?

Etenim *Virtus Moralis* & judicium & voluntatem hominis rectè informat; ut possit intelligere & sibi proponere rectum & bonum *Finem* in agendo: *Prudentia* autem ostendit, quænam sint illa *Media* per quæ ad *Finem* propositum est perveniendum. Ἡ μὲν γὰρ ἀρετὴ τὸν σκοπὸν ποιεῖ ὀρθόν, καὶ τὴν προαίρεσιν ὀρθήν· ἡ δὲ φρόνησις, τὰ πρὸς τοῦτον.

* Λεκτέον δ' ἐπισήσασι σαφέστερον περὶ αὐτῶν.

Estnè, præter Prudentiam, etiam alia quædam Facultas in homine, per quam Media illa apprehendit, & ad actiones redditur magis idoneus?

* Est: eáque à Græcis vocatur δεινότης, à Latinis *Solertia*.

Quid

Quid est δεινότης, Solertia?

Ἡ δεινότης, *Solertia* est naturalis quædam vis & dexteritas excogitandi & intelligendi ea Media, quæ ad actionis alicujus Finem consequendum pertinent.

Ἔστι δέ τις δύναμις, ἣν καλοῦσι δεινότητα· αὕτη δὲ ἔστι τοιαύτη, ὥστε τὰ πρὸς τὴν ὑποτεθέντα σκοπὸν συντείνοντα, δύνασθαι ταῦτα πράττειν, καὶ τυγχάνειν αὐτῶν.

Quomodo se habet δεινότης ad Prudentiam?

*Magnam habet *Solertia* cum *Prudentia* affinitatem; adeò ut, accedente usu rerum & Virtute Morali, facilè possit transire in *Prudentiam*; imò sine ea non potest *Prudentia* perfectè comparari.

*Ἂν μὲν οὖν ὁ σκοπὸς ᾖ καλός, ἐπαινετή ἐστιν· ἂν δὲ φαύλῳ, πανουργία.

Quo pacto differt Solertia à Prudentia?

Duobus modis. *Primùm, Causâ Efficiente.* Nam δεινότης à natura aliquibus inest: ideo etiam φυσικὴ ἀρετὴ nominatur. *Prudentia* verò acquiritur longo usu & experientia. *Deinde,* Differunt τῇ φύσει, *Naturâ.* Nam δεινότης potest etiam esse sine Virtute Morali, & in malis ac improbis hominibus. *Prudentia* autem semper est conjuncta cum Virtute Morali: & non est nisi in viris bonis. Ἀδύνατον γὰρ φρόνιμον εἶναι, μὴ ὄντα ἀγαθόν· ut inquit Aristoteles.

*Ἐστι δ' ἡ φρόνησις οὐχ ἡ αὐτὴ δυνάμει, ἀλλ' οὐκ ἄνευ τῆς δυνάμεως ταύτης.

CAPUT XIII.

Dixisti Solertiam esse Naturalem quandam Prudentiam: At suprà dictum fuit, Nullam virtutem naturâ nobis insitam esse.

Duplices sunt *virtutes.* Aliæ χωρίως ἀρεταί, *Propriè dictæ* virtutes; quæ sunt perfecti habitus, diligenti & assiduo

siduo studio, usu, & assuefactione comparati & confirmati: Unde etiam nominantur ἕξεις ἠθικαί, vel ἐθικαί, *Habitus more & consuetudine acquisiti.* Aliæ verò, μὴ χωρίως ἀρεταί, *Impropriè dictæ Virtutes*; quæ nihil aliud sunt, quam naturales inclinationes & propensiones ad aliquam virtutem, quæ etiam φυσικαὶ ἀρεταί, *Naturales Virtutes*, appellantur: A Cicerone vocantur *Principia, Semina, Igniculi, & Fontes virtutum.*

Quomodo differunt hæ Naturales Virtutes a Veris Virtutibus?

Καὶ γὰρ παισὶ καὶ θηρίοις αἱ φυσικαὶ ὑπάρχουσιν ἕξεις· ἀλλ' ἄνευ νοῦ βλαβεραὶ φαίνονται οὖσαι. Ἅμα τῇ φρονήσει μιᾷ οὔσῃ πᾶσαι [ἀρεταὶ] ὑπάρξουσιν· αἱ δὲ φυσικαὶ χωρίζονται ἀλλήλων. Ἡ κυρία ἀρετὴ ἄνευ φρονήσεως.

Veræ Virtutes tantùm locum habent in viris bonis, qui eas diligenti studio, usu, & assuefactione ex crebris actionibus sibi acquisiverunt: *Naturales* autem virtutes, etiam locum possunt habere in infantibus & pueris; imò nonnunquam etiam in bestiis earum vestigia conspiciuntur. Deinde, *Veræ Virtutes* semper prosunt non solùm habenti, verùm etiam iis, erga quos exercentur: *Naturales* verò virtutes absq; mente & ratione sæpe sunt noxiæ hominibus. Tertiò, *Naturales Virtutes* possunt esse à se mutuò separatæ: neq; enim unus idémq; ad omnes actiones æquè idoneus à natura est factus: *Veræ* autem *Virtutes* non possunt reipsa à se mutuò separari. Nam vinculo Prudentiæ ità sunt inter se connexæ; ut, qui unam verè habet etiam reliquas habere videatur: etiamsi actu ipso non possit omnes simul exercere. Quartò, *Virtutes Naturales* possunt esse sine Prudentia: *Veræ* autem *Virtutes* nunquam sine Prudentia esse possunt; definiuntur enim mediocritate, quæ est secundum rectam rationem, quæ est ipsa Prudentia. Unde Socrates dicebat *Virtutes* esse φρονήσεις, λόγους, καὶ ἐπιστήμας, id est, *Prudentias, Rationes, & Scientias.*

Quid ex jam dictis de Prudentia colligis?

Primùm, Neque *Prudentiam* sine *Virtute Morali*, neq; *Virtutem Moralem* sine *Prudentia* esse posse. *Deinde*,

Solum

Solum *virum Bonum* revera esse *Prudentem:* Et solum *Prudentem* esse revera *virum Bonum.* * *Tertiò*, Eum, qui verè *Prudens* est, *omnem* habere *Virtutem:* quia *Prudentia* ostendit, quæ mediocritas in omnibus actionibus secundum rectam rationem sit servanda. *Quartò*, Eum, qui *Unam* virtutem perfectè habet, etiam *Reliquas* omnes habere. Quoniam *Virtutes Morales*, ut paulò antea dictum est, *Prudentiæ Vinculo* ità inter se sunt connexæ, ut à se mutuò separari revera non possint.

Οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶ) κυρίως ἄνδ φρονήσεως, ὐδὲ φρόνιμον ἄνευ τῆς ἠθικῆς ἀρετῆς.

Si Prudentia gubernat omnes virtutum vitæq; civilis actiones: Igitur videtur præstantior esse ipsâ Sapientiâ.

* Αμα τῇ φρονήσει μιᾷ ὔσῃ πᾶσαι [ἀρεταὶ] ὑπάρξεσι.

* Minimè. Quoniam Prudentia non solet eo modo Sapientiæ, sicut cæteris virtutibus, imperare vel præcipere, quid circa singulas actiones faciendum, vel non faciendum sit; sed solùm præcipit ea fieri, quæ facere possunt ad majorem Sapientiæ commendationem & promotionem: videlicet ut cives eam ejúsque studia ament, & excolant; ipsíque Sapientibus & Sapientiæ studiosis honestum in Repub. locum concedant. Qua in re videtur Prudentia potiùs inservire quàm dominari Sapientiæ.

* Ἀλλὰ μὴν ὐδὲ κυρία γέ ὄζι τῆς σοφίας [ἡ φρόνησις] ὐδὲ τοῦ βελτίονΘ μορίϰ· ὥσπερ ὐδὲ τῆς ὑγιείας ἡ ἰατρικὴ. ϰ γὰρ χρῆται αὐτῇ, ἀλλ' ὁρᾷ ὅπως γένηται· ἐκείνης ἕν ἕνεκα ἐπιτάττει, ἀλλ' ὐκ ἐκείνη.

LIBER VII.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes Septimi libri?

DUæ sunt partes Septimi libri. In prima explicantur imperfecti quidam habitus; qui tamen etiam aliquo modo inter virtutes & vitia morum referuntur: veluti sunt, *Continentia* & *Patientia*; *Incontinentia* & *Mollities*. Ubi etiam quædam de *Heroïca Virtute* & ei opposito

sito vitio, *Feritate* sive *Immanitate* attinguntur. In altera parte, nimirum ab undecimo capite usquè ad finem, agit de *Voluptate* & *Dolore*, tanquam generali Objecto virtutum & vitiorum Moralium.

CAPUT I.

Quare de his Imperfectis Habitibus in hac doctrina agitur?

Τῶν περὶ τὰ ἤθη φευκτῶν τρία ἐστὶν εἴδη, κακία, ἀκρασία, θηριότης. Τὰ δ' ἐναντία τοῖς μὲν δυσί, δῆλα· τὸ μὲν γὰρ ἀρετλώ, τὸ δ' ἐγκράτειαν καλοῦμεν πρὸς δὲ τλὼ θηριότητα μᾶλις' ἂν τις ἁρμόσειεν λέγοι τλὼ ὑπὲρ ἡμᾶς ἀρετλώ, ἡρωϊκλώ τινα καὶ θείαν.

QUia etiam numerantur inter ea, quæ in moribus sunt expetenda vel fugienda. Tria enim sunt in moribus expetenda, *Virtus Moralis*, *Continentia*, & *Virtus Heroïca:* quibus opponuntur tria in moribus fugienda, *Vitium Morale*, *Incontinentia*, & *Feritas* seu *Immanitas*.

Quare Continentia & Tolerantia, earúmque contraria, dicuntur Imperfecti Habitus?

Quia sicut in Perfectis Habitibus nulla est pugna inter Rationem & Appetitum; sed vel Ratio, vel Appetitus planè dominatur: ità in Imperfectis Habitibus existit pugna inter Rationem & Appetitum. Et si Ratio vincit in Voluptatibus, dicitur *Continentia*; si in doloribus, *Tolerantia:* Si verò Appetitus vincit in Voluptatibus, vocatur *Incontinentia*; si in doloribus, *Mollities*.

Quid est Heroïca Virtus?

Heroïca Virtus est habitus animi, non humanâ industriâ acquisitus, sed divinitus quibusdam concessus, ad ejusmodi actiones perficiendas, quæ alioqui solis humanis viribus præstari non possunt.

Quare nominatur Heroïca?

Quia veteres eos, qui talibus virtutibus præditi fuerunt, non simpliciter pro hominibus, sed pro divinis hominibus, & quasi semideis habuerunt, & vulgò ἥρωας nominârunt. Talis fuisse celebratur *Hectoris Fortitudo*, *Reguli Fides*,

Fides, *Scipionis Continentia*, *Scævolæ Constantia*, *Aristidis Justitia*. Et in Sacra historia celebratur *Abrahami Fides*, *Josephi Castitas*, *Josuæ Fortitudo*, *Jobi Patientia*, *Solomonis Sapientia*, &c. Omnium verò Heroïcarum Virtutum perfectissimum exemplum nobis præbuit CHRISTUS Salvator noster.

Quid est Feritas, Ἀηριότης;

Feritas, quæ alio nomine *Immanitas* vocatur & *Ferocitas*, est vitium, quo homo excusso rectæ rationis judicio, omníque humanitate projectâ, ferarum more ea amplectitur & perpetrat, à quibus alioquin humanus animus naturaliter abhorret.

Quare nominatur Feritas?

Quia per eam homo quodammodo exuit humanam naturam, ac efficitur fera & immanis bellua. Cujusmodi fuit *Crudelitas Phalaridis*, *Mezentii*, *Neronis*, & similium tyrannorum: item *Intemperantia Sardanapali*, *Heliogabali*, & similium monstrorum.

Quid est Continentia, ἐγκράτεια;

Continentia est virtus, quâ pravæ cupiditates, & inordinati affectus rectæ rationis imperio inviti subjiciuntur, & à peccando abstrahuntur.

Quid est Incontinentia, ἀκρασία;

Incontinentia est vitium, quo contra rectæ rationis judicium, à pravis cupiditatibus & affectibus aliquo modo inviti & nolentes ad peccandum pertrahimur.

Quid est Tolerantia, καρτερία;

Tolerantia seu *Patientia* est virtus, quâ res adversas & laboriosas cum quodam dolore, honestatis gratiâ, magno animo perferimus.

Quid est Mollities, μαλακία;

Mollities est vitium, quo planè nullos labores, aut dolores etiam minimos, honestatis gratiâ, subire aut perferre volumus.

Qua

Quæ ſolent de his Quatuor Imperfectis Habitibus præcipuè quæri?

1 Δοκεῖ δὴ ἔτι ἐσκοπεῖσθαι καὶ καρτερία τῆς ἀνεδαίων καὶ τῆς ἐπαινετῆς εἶναι· ἢ ὃ ἀκρασία τε καὶ μαλακία, τῶν φαύλων τε καὶ ψεκτῶν. 2 Καὶ ὁ αὐτὸς ἐγκρατὴς καὶ ἐμμενετικὸς τῷ λογισμῷ, καὶ ἀκρατὴς καὶ ἐκστατικὸς τοῦ λογισμοῦ. 3 Καὶ ὁ μὲν ἀκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλα, πράττει διὰ πάθος· ὁ δ' ἐγκρατὴς, εἰδὼς ὅτι φαῦλαι αἱ ἐπιθυμίαι, οὐκ ἀκολουθεῖ διὰ τὸν λόγον. 4 Καὶ τὸν σώφρονα μὲν ἐγκρατῆ καὶ καρτερικόν φασι, καὶ τὸν ἀκόλαστον ἀκρατῆ, καὶ τὸν ἀκρατῆ ἀκόλαστον συγχεόμενος. 5 Τὸν δὲ φρόνιμον ὁτὲ μὲν οὐ φασιν ἐνδέχεσθαι εἶναι ἀκρατῆ, ὁτὲ δὲ τοὺς φρονίμους ὄντας καὶ δεινοὺς ἀκρατεῖς εἶναι. 6 Ἔτι ἀκρατεῖς λέγονται καὶ θυμοῦ, καὶ τιμῆς, καὶ κέρδους.

Ariſtoteles de his Habitibus ſex proponit quæſtiones. Quarum *Prima* eſt, Utrùm *Continentia* & *Tolerantia* ſint boni & laudabiles habitus: *Incontinentia* verò & *Mollities* ſint mali & vitioſi habitus.

Altera. Utrùm *Continens* ſit idem cum eo qui perſeverat in eo, quod ratio ſuadet: *Incontinens* verò cum eo, qui diſcedit à rationis judicio.

Tertia. Utrùm *Incontinens* ſciens agat ea, quæ ſunt mala: vel Utrùm *Incontinens* aliter agat, quàm ſcit eſſe agendum.

Quarta. Utrùm *Continentia* & *Tolerantia*; item *Incontinentia* & *Mollities* ſint iidem habitus cum *Temperantia* & *Intemperantia*.

Quinta. Utrùm *Incontinens* poſſit etiam eſſe *Prudens*: aut vice versâ, Utrùm *Prudens* poſſit eſſe *Incontinens*.

Sexta. Utrùm *Continentia* & *Incontinentia* habeant certum aliquod *Objectum*, & *diverſum* à reliquarum virtutum Objectis, circa quod verſantur.

CAPUT II.

Quid reſpondes ad Primam Quæſtionem?

Ἔτι, ὁ τῷ πεπεῖσθαι πρᾶξαι καὶ διώκειν τὰ ἡδέα, &c.

PRima *quæſtio* per ſe nota eſt: nimirum *Continentiam* eſſe bonam & laudabilem; *Incontinentiam* verò malam & vituperandam. Utrùm verò *Incontinens* melior aut deterior ſit *Intemperante*, infrà Cap. 8. explicabitur.

Quid

Quid ad Secundam?

Altera quæstio, si simpliciter intelligatur, est absurda. Nam si *Continentia* nihil aliud est, quàm *Perseverantia in proposito:* tum sequeretur, eum qui in malo proposito persistit, esse *Continentem*, & propterea laudandum. Et si *Incontinentia* nihil aliud est, quàm *Mutatio proposiți:* igitur qui malum propositum mutat, erit *Incontinens* dicendus, & propterea reprehendendus: quod etiam est falsum. Denique, si *Incontinentia* nihil aliud est, quàm *Mutatio proposiți:* tum ex duobus vitiis concurrentibus, nempe ex stultitia & incontinentia, existet laudabilis aliqua actio. Etenim stultus ea, quæ bona sunt, judicat esse mala & fugienda: idem si fuerit simul incontinens, contrarium faciet, & bona ea, quæ judicabat esse mala & fugienda, faciet; atque sic poterit laudari. De hac autem quæstione vide plura in cap. 9.

Ἔπ, εἰ πάση δόξῃ ἐμμενετικὸν ποιεῖ ἐγκράτεια, φαύλη. &c.

Quid ad Tertiam?

Socrates quidem videtur statuere, Neminem posse contra scientiam suam aliquid agere; propterea quòd scientia sit adeò firmus habitus, ut non possit facilè à cupiditatibus aut aliis affectibus vinci. Sed tamen ipsa experientia testatur, multos homines interdum aliter agere, quàm sciunt esse agendum: imò illud ipsum quoque fateri; quemadmodum *Medêa* apud *Ovid.* l. 7. *Met.* conqueritur: *video*, inquit, *meliora, probóque, Deteriora sequor.* Sed de hac quæstione pleniùs in sequenti cap. explicabitur.

Ἀπορήσειε δ' ἄν τις, πῶς ὑπολαμβάνων ὀρθῶς ἀκρατεύεταί τις, &c

Quid ad Quartam?

Ad *Quartam* quæstionem respondeo negando; videlicet, *Continentiam* non esse eandem cum *Temperantia:* propterea quòd *Continens* agitatur pravis & vehementibus cupiditatibus, quibus cogitur vi quadam resistere: *Temperans* autem suos affectus jam habet ità domitos, ut ultro obtemperent rectæ rationi. Sic etiam *Incontinentia* non est eadem cum *Intemperantia.* Nam in *Intemperante* ratio est planè corrupta; adeò ut etiam volens & ultro obsequatur pravis cupiditatibus: In *Incontinente* autem ratio adhuc est quidem sana; sed tamen debilior, quàm ut possit vehementioribus affectibus & cupiditatibus resistere.

Ἔπ, εἰ μὲν ἐν τῷ ἐπιθυμίας ἔχειν ἰσχυρὰς καὶ φαύλας, ἐγκρατὴς· οὐκ ἔστιν ὁ σώφρων ἐγκρατής, οὐδ' ὁ ἐγκρατὴς σώφρων.

Quid ad Quintam?

Φρονήσεως ἕξις ἀντιτείνουσης, &c.

Ad *Quintam* quæstionem etiam respondeo negando: *Nullum Incontinentem* posse revera *Prudentem* dici; & *Nullum* revera *Prudentem* esse *Incontinentem:* quemadmodum infra cap. 10. explicabitur.

Quid ad Sextam?

Ἔτι εἰ περὶ πάντα ἀκρασία ἐστίν, &c.

Ad *Sextam* quæstionem respondeo affirmando: Nimirum *Continentiæ* & *Incontinentiæ* esse certum aliquod Objectum tribuendum: alioquin enim nemo posset Simpliciter & absolutè *Incontinens* nominari. Quodnam verò illud Objectum sit, in quarto capite explicabitur.

CAPUT III.

Quot sunt præcipua capita prædictarum quæstionum de Continentia, & Incontinentia?

Πρῶτον μὲν οὖν σκεπτέον, πότερον εἰδότες, ἢ οὐχ, ἢ πῶς εἰδότες· ἔπειτα περὶ ποῖα τὸν ἀκρατῆ καὶ τὸν ἐγκρατῆ θετέον, &c.

ARistoteles ipse Sex prædictas quæstiones ad tria capita restringit: Quorum *Unum* est *de Scientia* quæ est in *Incontinente*; utrùm contra eam agat, nécne. *Alterum* est, *de Objecto* seu materia *Continentiæ* & *Incontinentiæ*. *Tertium* est, de *Discrimine* quod est inter has affectiones & *Temperantiam* atque *Intemperantiam*.

Quod igitur ad Scientiam attinet, qualis est Incontinens circa actiones?

Incontinens dicitur *partim Sciens, partim Ignorans* agere & peccare.

Quomodo?

Sciens dicitur agere: quatenus in genere universo scit, quid sit honestum, vel turpe; quid faciendum, vel omittendum. *Ignorans* autem dicitur agere: quatenus propter animi perturbationem & vehementiam affectuum, universalem illam scientiam non applicat singularibus illis actionibus, circa quas versatur. Et sic scientiâ suâ, quam habet, non utitur in agendo: sed ejus quodammodo obliviscitur, & contra eam agit.

Quot modis usurpatur verbum ἐπίστασθαι, id est, Scire?

Duobus modis. *Primùm*, Scire, idem est quod habitu Scien-

Scientiæ præditum esse; vel Scientiam alicujus rei habere: atq; talis Scientia dicitur ἐπιστήμη θεωρητική. *Deinde*, Scire, idem est quod Scientiâ aliquâ uti in agendo, & secundum eam agere: atq; hæc nominatur ἐπιστήμη πρακτική. Secundum hanc igitur distinctionem, *Incontinens Habitu* quidem *Scientiæ* præditus est, *Actu* verò eâ non utitur in agendo; imò contrà agit.

Ἀλλ' ἐπεὶ δι-χῶς λέγομεν τὸ ἐπίστασθαι· καὶ γὰρ ἔχων μὲν ἃ χρώμενος ᾧ τῇ ἐπιστήμῃ, καὶ ὁ χρώμενος καὶ λέγεται ἐπίστασθαι· δοίσει τὸ ἔχοντα μὲν μὴ θεωρεῖν τὰ δέ, καὶ τὸ θεωροῦντα πράττειν ἃ μὴ δεῖ, τὸν ἔχοντα καὶ θεωροῦντα.

Quonam modo?

* *Propositiones* quibus utimur in *Syllogismo Practico*, quando de actione aliqua suscipienda vel omittenda concludendum est, sunt duorum generum. Quædam enim sunt *Universales*; ut sunt *Majores Propositiones:* quædam verò sunt *Particulares*; ut *Minores*. Jam potest fieri, ut *Incontinens sciat* quidem hanc *Universalem* Propositionem *Omne turpe esse fugiendum: Particularem* verò, nempe *Hanc vel illam actionem esse turpem*, aut *ignoret*, aut in agendo *non consideret*; atque ideo in agendo peccet.

** Ἐπὶ ἐπεὶ δύο τρόποι τῆς θεωρήσεως· ἔχοντα μὲν ἀμφοτέρας ἑθὲν κωλύει πράττειν διὰ τὸ ἐπιστήμην, χρώμενον μέντοι τῇ καθόλου, ἀλλὰ μὴ τῇ κατὰ μέρος· πρακτὰ γάρ, τὰ καθ' ἕκαστα.

Sed quomodo fieri potest, ut aliquis sciat Universale, & tamen dicatur ignorare Particulare?

*Quoniam *Universale* duobus modis consideratur: vel ἐφ' ἑαυτοῦ *In seipso, seorsum à rebus Singularibus*; ut, *In omni febri ardente utendum esse refrigerantibus & humectantibus*: vel ἐπὶ τῶν πράγματος, *In ipsis rebus Singularibus*: ut, *Hunc vel illum hominem febri ardente laborare; Hanc vel illam herbam habere vim humectandi & refrigerandi.* Fieri autem potest, ut aliquis sciat illud *Universale*, hoc autem *Particulare* ignoret.

* Διαφέρει δὲ τὸ καθόλου· τὸ μὲν γὰρ ἐφ' ἑαυτοῦ, τὸ δ' ἐπὶ τῶν πράγματός ὄζιν. ** Ἐπὶ τὸ ἔχειν τὴν ἐπιστήμην ἄλλον τρόπον τῶν νῦν ῥηθέντων ὑπάρχει τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῷ γὰρ ἔχειν μὲν μὴ χρῆσθαι δέ, διαφέρουσαν ὁρῶμεν τὴν ἕξιν ὥστε καὶ ἔχειν πως, καὶ μὴ ἔχειν.

Quæ sunt autem causæ, quamobrem aliqui sint, qui habitu quidem Scientiæ præditi sunt, & eâ tamen in agendo non utuntur?

Tres ferè sunt hujus rei *Causæ*. Fieri enim hoc solet vel *Propter animi perturbationes* & vehementiores affectus:

cujus-

Οἷον, τὴν καθεύδουσαν, καὶ μαινόμενον, καὶ οἰνωμένον· ἀλλὰ μὴν ὅτω διαλιθενσαι οἴγε ἐν τοῖς πάθεσιν ὄνλες· θυμοὶ γὰρ καὶ ἐπιθυμίαι ἀφροδισίων καὶ ἔνια τῶν τοιούτων ἐπιθήλως καὶ τὸ σῶμα μεθιεῶσιν, ἐνίοις δὲ καὶ μανίας ποιοῦσι.

cujusmodi sunt ira, amor, odium, metus, tristitia, consternatio, insania, & similes. Vel *Propter corporis aliquam affectionem:* veluti propter morbum, cruciatum, dolorem, somnum, ebrietatem. Vel dèniq; *Propter externam aliquam vim,* necessitatem, aut coactionem.

Habésne præterea aliam hujus rei causam?

* Ἔτι, καὶ ᾧ δὲ φυσικῶς ἄν τις ἐπιβλέψειε καὶ αἰτίαν. ἡ μὲν γὰρ, καθόλε δόξα· ἡ δ' ἑτέρα, περὶ τῶν καθ' ἕκαστά ἐστιν, ὧν αἴσθησις ἤδη κυρία.

* *Aristoteles* hujus rei causam etiam sumit *ex ipsa natura,* hoc est, *ex naturali dissidio,* quod est inter *Rationem* & *Appetitum:* quæ ferè semper sibi mutuò adversantur. Nam cùm *Ratio* suadet ea, quæ sunt honesta, conjuncta tamen cum labore & molestia; *Appetitus* autem fertur ad ea, quæ sensibus sunt grata & jucunda; plerunque tamen turpia: Indè fit, ut non eodem modo hæc duo, *Ratio* & *Appetitus*, de actione aliqua suscipienda judicent & concludant; & sic animum *Incontinentis* in diversas partes rapiant: ut partim *Sciens* & *Volens* peccet, quatenus obsequitur *Appetitui*; partim verò *Ignorans* & *non volens*, quatenus *Appetitus Rationem* invitam violenter secum pertrahit.

Declara ista exemplo.

Manifestum hujus rei exemplum conspicitur in peccato Primorum parentum: in quorum animis duo contrarii Syllogismi concurrebant. Nam *Rectæ rationis* talis erat Syllogismus. *Mandato Dei parere, est pium & honestum. Sed abstinere à fructibus arboris vetitæ, est mandatum Dei. Ergò ab his fructibus abstinendum.* Contrà verò *Appetitus* sive Satanas sic argumentabatur: *Deo similem fieri, est pulchrum & jucundum. Sed si de arbore scientiæ boni & mali comederitis, efficiemini Deo similes. Ergò debetis istud facere.* Utrumque Syllogismum probè tenebant Primi parentes, *Adam* & *Eva:* sed quia *Appetitui* suo magis auscultabant, quàm *Mandato Dei:* ideò quasi obliti prioris Syllogismi, arripuerunt Conclusionem alterius Syllogismi, & sic inducti sunt scientes & volentes ad peccandum.

Solóne Appetitu peccat Incontinens?

Minimé. Quoniam etiam habet concurrentem Rationem,

nem, sed debilem & infirmam: quæ patitur se ab Appetitu vinci, & in ejus sententiam pertrahi. Atq; hinc est, quòd bestiæ non possunt dici incontinentes: quia prorsus destitutæ sunt Ratione, & solo Appetitu ducuntur.

Ὥστε συμβαίνει ὥσπερ λόγου πως, καὶ δόξης ἀκρατεύεσθαι, ἐκ ἐναντίας ὃν καθ' αὑτὸν, ἀλλὰ κατὰ συμβεβηκός· ἡ γὰρ ἐπιθυμία ἐναντία, ἀλλ' ἐκ ἡ δόξα, τῷ ὀρθῷ λόγῳ.

Quomodo autem Incontinens ex Sciente fit Ignorans, & rursum ex Ignorante Sciens?

*Eodem modo quo dormientes aut ebrii: qui ante & post somnum, aut ebrietatem, habent quidem scientiam eorum, quæ agunt; in ipso autem somno, vel ebrietate, similes sunt ignorantibus.

Quot sunt ergò circa actiones Incontinentis considerandа Tempora?

Tria. Unum est, *Quod præcedit ejus actionem*: tunc enim habet scientiam. Alterum est, *Quod cum actione est conjunctum*; quando nimirum in ipsa actione versatur: tunc enim similis est ignoranti; quia animus ejus ità perturbationibus & pravis affectibus obruitur, ut scientiâ suâ, quam habet, non possit in agendo uti, & secundum eam agere. Tertium tempus est, *Post actionem*; quando jam peccatum admisit: tum paulatim redit ad seipsum, & ad eam scientiam quam antea habuerat; ac pœnitet eum sui facti. *Exempli gratiâ.* Adamus *Ante esum* pomi habebat scientiam mandati divini, De non comedendis fructibus arboris scientiæ boni & mali: *In ipso* autem *esu* pomi, obliviscebatur hujus mandati: *Post esum*, recordatus est iterum præcepti divini; ideóque eum facti sui pœnituit, & conabatur se à conspectu Dei subducere.

Πῶς δὲ λύεται ἡ ἀγνοια, καὶ πάλιν γίνεται ἐπιστήμων ὁ ἀκρατής, ὅδε ὁ λόγος καὶ ὧδε ἰτέον καὶ πρακτέον τὰ ἐνδεχόμενα τῷ ἑκουσίῳ καὶ καθ' ἕκαστον.

At Socrates dicebat Incontinentes non peccare contra Scientiam, sed solùm contra Opinionem.

*Parùm refert, sive dicamus Opinionem esse, sive Scientiam; contra quam Incontinens peccat: quoniam aliqui suis Opinionibus adeò firmiter adhærent, quasi essent Scientiæ. Testimonio est *Heraclîtus* Philosophus: qui licèt negaret esse rerum aliquam Scientiam; tamen huic falsæ Opinioni adeò firmiter adhærebat, ut nullis rationibus ab ea posset abduci.

Περὶ μὲν οὖν τοῦ, δόξαν ἀληθῆ, ἀλλὰ μὴ ἐπιστήμην εἶναι, παρ' ἣν ἀκρατεύονται, ἢ δὲν διαφέρει πρὸς τὸν λόγον· ἔνιοι γὰρ πιστεύουσιν ἤδη ἵππον εἶναι δοξάζουσιν, ἢ ἔστιν οἷς ἐπίστευσαν· δῆλοι δ' Ἡράκλειτος.

Quomodo igitur intelligenda est Socratis sententia, quâ dixit, Neminem posse contra suam scientiam peccare, atque ideò nullam esse Incontinentiam?

Ἐπεὶ δ' ἡ τελειοτάτη ἐπιστήμη, δόξα τε αἰσθητὸν καὶ νόησις τοῦ ἐσχάτου· τοιούτων δὲ οὐκ ἔστιν ὁ ἐν τῷ παθεῖν ὤν, ἢ ἔστιν ὡς οὐκ ἦν τὸ ἔχειν ἐπίστασθαι, ἀλλὰ τὸ λέγειν, ὡς φησὶν ὁ ὀνομάσας, τὰ Ἐμπεδοκλέους.

Hæc sententia Socratis videtur solùm intelligenda esse de vera & propriè dicta Scientia, quæ est Principiorum, & Universalium Conclusionum, quæ ex Principiis, & Necessariis Propositionibus per Demonstrationem sunt effectæ. Talis Scientia non refertur ad actionem, sed in sola contemplatione & cognitione rerum acquiescit: ideóque nominatur ἐπιστήμη θεωρητική. Quod verò ad Propositiones Particulares & Singulares attinet; quæ sunt de rebus agendis: earum notitia non dicitur propriè Scientia; sed δόξα αἰσθητική, καὶ ἐπιστήμη πρακτική. Hæc non ità firma est, ut contra eam nemo possit agere.

CAPUT IIII.

Quod est proprium Objectum Continentiæ & Incontinentiæ?

VOluptates corporis, quæ percipiuntur ex Alimento, & Venere: quæ nimirum necessariæ sunt partim ad sustentationem Individui, partim ad conservationem Speciei.

Annon etiam hæ voluptates sunt Objectum Temperantiæ, & Intemperantiæ?

Τῶν δὲ περὶ τὰς σωματικὰς ἀπολαύσεις, ὁ μὲν, τοῦ προαιρεῖσθαι, τὴν ἡδέων διώκων τὰς ὑπερβολὰς, καὶ τὴν λυπηρῶν φεύγων, ἀλλὰ περὶ τὸν προαίρεσιν καὶ τὸν διάνοιαν, ἀκρατὴς ἁπλῶς λέγεται, μὴ κατ' ἐπιθυμίαν.

Sunt. Sed diverso modo circa illas Intemperans, & Incontinens versatur. Nam *Intemperans consultò* & ἐκ προαιρέσεως iis nimiùm indulget: *Incontinens* verò facit hoc παρὰ τὸν προαίρεσιν, *præter animi sui propositum*: victus nimirum à vehementia cupiditatum.

Quotu-

Quotuplices sunt Voluptates?

Voluptates sunt *duplices*. Aliæ *Necessariæ*: quæ percipiuntur ex iis rebus, quæ necessariæ sunt ad hominis conservationem; ut est Alimentum, & Venus. Aliæ *Non* sunt *necessariæ*: quæ percipiuntur ex iis rebus, quæ quidem ad vitæ sustentationem non sunt omnino necessariæ; reddunt tamen vitam aliquo modo splendidiorem & beatiorem; veluti sunt honores, divitiæ, potentia, libertas, multitudo liberorum, aut amicorum, forma & robur corporis, valetudo, & plurima alia; ex quibus homo oblectationem aliquam habere potest.

Ἐπεὶ δ' ὅτι τὰ μὲν ἀναγκαῖα τῷ ποιεῖν τῶν ἡδονήν, τὰ δ' αἱρετὰ μὲν καθ' αὐτά, ἔχοντα δ' ὑπερβολήν· ἀναγκαῖα μὲν τὰ σωματικά, οἷον τὰ περὶ τὴν τροφὴν καὶ ὅσα τῶν ἀφροδισίων χρείαν· τὰ δ', ἀναγκαῖα μέν, αἱρετὰ δὲ καθ' αὐτά· λέγω δὲ οἷον πλοῦτον καὶ τιμὴν καὶ τὸ εὐεργετεῖν καὶ εὐδοξεῖν.

Quo pacto circa prædictas Voluptates dicitur aliquis Incontinens?

* *Duobus modis.* Vel ἁπλῶς καὶ κυρίως, *Absolutè & Simpliciter:* nempe is qui in naturalibus & necessariis voluptatibus expetendis modum excedit. Vel κατά τι, καὶ μὴ κυρίως, *Secundum quid, & Improprié:* qui circa voluptates neque naturales, neque necessarias, modum excedit. Et talis etiam ab Aristotele nominatur ἀκρατὴς καὶ προσθέσει, *Incontinens per Adjectionem:* quia adjicitur ea res, circa quam est incontinens; ut hoc modo distinguatur ab eo, qui est *Simpliciter Incontinens:* veluti cùm dicimus aliquem esse incontinentem iræ, vindictæ, honoris, lucri, amoris, & similium rerum.

* Πότερον δέ τις ἁπλῶς ἀκρατής, &c

Quæ est alia Voluptatum Divisio in hoc loco?

* Voluptates aliæ sunt *Naturales:* quæ percipiuntur ex rebus suâ naturâ jucundis, & expetendis. Vel sunt *Contra Naturam:* quæ percipiuntur ex rebus suâ naturâ fugiendis. Vel sunt *Intermediæ:* quæ percipiuntur ex iis rebus, quæ Per se neque expetendæ sunt, neque fugiendæ, sed tantùm Per accidens & Propter aliud.

* Τῶν γὰρ ἡδέων ἔνια φύσει αἱρετά, τὰ δ' ἐναντία τούτων, τὰ δὲ μεταξύ.

CAPUT V.

Quomodo dividuntur Voluptates Naturales?

VOluptates *Naturales*, aliæ *Simpliciter* omnibus non solùm hominibus, sed etiam animalibus sunt jucundæ: veluti sunt eæ, quæ percipiuntur ex cibo, potu, & Venere. Aliæ autem sunt solùm jucundæ *Aliquibus*, vel *hominibus* vel *animalibus*; pro diversitate naturarum & temperamenti. Atq; harum maxima est varietas: de qua Virgil. in secund. Eclog inquit, ---*Trahit sua quemque voluptas.*

Quæ est varietas Voluptatum Non-naturalium?

* Voluptates *Non-naturales* aliæ dicuntur *Belluinæ*, θηριώδεις· quæ belluis potiùs quàm hominibus conveniunt: ut Vesci crudis, aut humanis carnibus. Aliæ nominantur *Morbosæ*, νοσηματώδεις· qualibus interdum delectantur ægroti, item mulieres gravidæ. Aliæ proficiscuntur *Ex prava consuetudine*, & vocantur ἐθισταί.

Estnè similis Cupiditatum Differentia?

* Maximè: quandoquidem Cupiditates à Voluptatibus excitantur. Itaque *Cupiditates*, αἱ ἐπιθυμίαι, aliæ sunt φυσικαί, *Naturales*: aliæ παρὰ τὴν φύσιν, *Præter Naturam*. *Naturales* aliæ sunt κοιναί, *Communes* omnibus: aliæ ἴδιαι, *Propriæ* & peculiares singulis. *Non-naturales* vel sunt θηριώδεις, *Belluinæ*; vel νοσηματώδεις, *Morbosæ*; vel ἐθισταί, *Pravâ consuetudine accersitæ*. Similis Cupiditatum Divisio etiam habetur suprà lib. 3. cap. 11.


Potéstne aliquis secundum omnes prædictas voluptates Incontinens appellari?

* Minimé. *Primùm* enim, Nemo propter solam earum Cupiditatem dicitur *Incontinens*: sed tantùm propter nimiam & immoderatam earum cupiditatem. *Deinde*, Nemo propter Non-naturales & Non-necessarias Voluptates *Propriè & Simpliciter Incontinens* nominatur: sed tantùm *Secundum quid*, & κατὰ πρόσθεσιν, hoc est, *cum adjectione* ejus rei, quam immoderatè expetit: quemadmodum antea dictum fuit.

Ἐπεὶ δ' ὅτιν ἔνια μὴ ἡδέα φύσει, καὶ τούτων τὰ μὲν ἁπλῶς, τὰ δ' οὐ κατὰ γένη καὶ ζώων καὶ ἀνθρώπων· * τὰ δ' οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τὰ μὲν διὰ πηρώσεις, ἃ δὲ δι' ἔθη, τὰ δὲ διὰ μοχθηρὰς φύσεις, &c. * Τῶν δ' ἐπιθυμιῶν αἱ μὲν κοιναὶ δοκοῦσιν εἶναι, αἱ δ' ἴδιαι καὶ ἐπίθετοι· οἷον ἡ μὲν τῆς βοσκῆς, φυσική. lib. 3. c. 11. * Ὅσοις μὲν οὖν φύσις αἰτία, τούτους μὲν οὐδ' ἂν εἷς εἴποιεν ἀκρατεῖς. &c.

Quam

Quam ex jam dictis colligis Incontinentiæ Divisionem?



Ὡς οὖν ἔστιν καὶ μοχθηρία, ἡ μὲν κατ' ἄνθρωπον ἁπλῶς λεγομένη μοχθηρία, &c.

CAPUT VI.

Iræne an Cupiditatum Incontinentia est pejor?

CUpiditatum *Incontinentia* videtur *pejor* & turpior esse, quàm *Incontinentia Iræ*: idque *propter quatuor causas*.

Quæ est Prima causa?

* Quoniam *Incontinens iræ*, aliqua ex parte audit Rationem, ejúsque mandatum conatur exequi, quæ jubet illatam injuriam vindicare: tantùm in eo peccat, quòd nimis citò, antequam plenum mandatum audivit, ad vindictam properat. *Incontinens* verò *circa cupiditates voluptatum*, omnino non audit Rationem: sed tantùm fertur ad ea, quæ Sensibus videntur esse grata & jucunda.

Ὅτι δὴ ἧττον διαφέρει ἀκρασία ἢ τοῦ θυμοῦ, ἢ ἡ τῶν ἐπιθυμιῶν, θεωρήσωμεν. * Ἔοικε γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούειν μέν τι τοῦ λόγου, παρακούειν δὲ· καθάπερ οἱ ταχεῖς τῶν διακόνων, οἱ πρὶν ἀκοῦσαι πᾶν τὸ λεγόμενον ἐκθέουσιν, εἶτα ἁμαρτάνουσι τῆς πράξεως. * Ἔτι, ταῖς φυσικαῖς συγγνώμη μᾶλλον ἀκολουθεῖ ἁμαρτήμασιν, ἐπεὶ καὶ ἐπιθυμίας ταῖς τοιαύταις μᾶλλον, ὅσαι κοιναὶ πᾶσι, καὶ ἐφ' ὅσον κοιναί.

Quæ est Altera causa?

* Quia *Incontinentia iræ* magis videtur provenire ex vitio naturæ, ut apparet in biliosis, quàm ab hominis voluntate: *Incontinentia* autem *circa Cupiditatem voluptatum*, magis proficiscitur à voluntate.

Quæ est Tertia causa?

Ἔτι, ἀδικώτερόι, οἱ ἐπιβουλότεροι.

Quia *Incontinens iræ* agit aperté: non callidè aut fraudulenter, sicut *Incontinens circa voluptates.*

Quæ est Quarta causa?

Ἔτι, ὑδεὶς ὑβρίζῃ λυπούμενος. ὁ δ' ὀργὴ πολλῶν πᾶς, ποιεῖ λυπούμενος. ὁ δ' ὑβρίζων, μεθ' ἡδονῆς.

Quia *Incontinens iræ* videtur justo dolore excitari ad vindictam: *Incontinens* autem *circa voluptates*, nullum habet honestum prætextum, sed ex mera petulantia peccat.

Utrum majus malum est, Feritás ne an Vitium Morale?

Ἐλαττον ἡ θηριότης κακίας· φοβερώτερον δέ.

* Etsi *Feritas*, ἡ θηριότης, magis videatur esse horrenda quàm *Morum malitia* & *improbitas*: tamen hæc illâ longè est deterior, quia magis potest nocere quàm illa. Etenim homines *Improbi*, quia adhuc ratione aliquâ licèt pravâ & corruptâ sunt præditi, ideò possunt non solùm intelligere, sed etiam excogitare varios modos insidiandi, & nocendi aliis. *Feroces* autem, seu furiosi, quia ratione & mente quasi destituti sunt, non possunt modos & rationes excogitare, quibus aliis velint nocere: sed tantùm cæco quodam impetu in alios feruntur; ex quo sæpenumero magis sibiipsis exitium quàm aliis adferunt.

CAPUT VII.

Quomodo Conveniunt Continentia & Incontinentia, Tolerantia & Mollities, cum Temperantia & Intemperantia?

Περὶ δὲ τὰς δι' ἁφῆς καὶ γεύσεως ἡδονὰς καὶ λύπας, καὶ ἐπιθυμίας καὶ φυγάς, περὶ ἃς ἦν τε ἀκολασία καὶ ἡ σωφροσύνη, διωρίσθω πρότερον.

HI habitus sive affectus *Primùm* Inter se conveniunt *Materiâ*: Quia versantur circa voluptates corporis naturales & necessarias; quæ nimirum percipiuntur ex gustu & tactu. *Deinde*, Conveniunt *Actionibus*: nempe in expetendis, vel fugiendis voluptatibus & doloribus. *Tertió*, Conveniunt in *Effectu*: nam vel vincunt & superant voluptates & dolores; vel ab illis vincuntur & superantur.

Quomodo autem inter se Differunt?

Primùm, Differunt *Naturâ*: Nam *Temperantia* & *Intemperantia* sunt habitus animi longo usu & assuefactione acquisiti:

quisiti: *Continentia* verò & *Incontinentia*, item *Tolerantia* & *Mollities*, sunt solùm quædam dispositiones animi, & quasi inchoati & imperfecti habitus. *Deinde*, Differunt *Formâ agendi*. Nam *Temperans* & *Intemperans* agunt ἐκ προαιρέσεως, id est, consultò & plenâ voluntate: *Continens* autem & *Incontinens* solùm agunt ex affectu & non plena voluntate. *Tertiò*, Differunt *Objecto*. Nam *Intemperantia* non solùm circa voluptates, sed etiam circa dolores versatur: *Incontinentia* autem solùm circa voluptates. Præterea, *Continens* agitatur pravis cupiditatibus, quibus cogitur vi quadam resistere: *Temperans* autem moderatas habet cupiditates, quæ ultro rectæ rationi obsequuntur. Denique *Continens* vincit voluptates; *Incontinens* vincitur à voluptatibus: *Tolerans* vincit dolores; *Mollis* vincitur à doloribus.

Quot sunt species Incontinentiæ?

Duæ sunt *Species Incontinentiæ*. Una dicitur προπέτεια, *Præcipitantia:* altera vocatur ἀσθένεια, *Infirmitas.*

Ἀκρασίας δὲ τὸ μὲν προπέτεια, τὸ δ' ἀσθένεια.

Quæ dicitur Præceps Incontinentia?

Præceps Incontinentia est, quâ quis subitò & quasi per imprudentiam, antequam potuisset cogitare, à vehementiore aliquo affectu abripitur ad peccandum.

Quæ dicitur Infirma Incontinentia?

Infirmâ Incontinentia est, quâ quis pravis cupiditatibus & affectibus aliquandiu resistens, tandem defatigatus, ab illis superatur, & ad peccandum præter voluntatem abducitur.

Uter ex his duobus magis est reprehendendus?

Posterior: propterea quòd habuit spatium & moram sese præmuniendi adversus pravos affectus; illud autem non fecit. *Prior* verò, quia fuit præter suam opinionem subitò à vehementia affectuum abreptus, antequam potuerit cogitare quo pacto velit illis resistere, minùs est culpandus.

Αὐτῶν δὲ οἱ ἕτεροι βελτίους οἱ ἐπιτατικοί, ἢ οἱ τὸν λόγον ἔχοντες μὴ ἐμμένοντες δι' ἐλάττονα γὰρ πάθος ἥττωνται, καὶ οὐκ ἀπροβούλευτοι, ὥσπερ ἄτεροι. ὅμοιος γὰρ ὁ ἀκρατὴς τοῖς ταχὺ μεθυσκομένοις, καὶ ὀλίγα καὶ ἧττον ἢ ὡς οἱ πολλοί. Ὅτι μὲν οὖν ἐγκρατεία ἢ ἀκρασία οὐκ ἔστι, φανερόν· ἀλλὰ πῇ ἴσως. &c.

Quotuplex est Mollities?

Duplex. Una *Voluntaria*, quæ nostrâ culpâ, nostróque vitio est contracta; atq; ideo meritò reprehendenda: qualis est in hominibus delicatis, voluptuariis, ignavis, otiosis, & iis qui ludis dediti sunt. Altera *Non* est *voluntaria*, sed proficiscitur vel *A natura*; ut sunt quædam nationes naturâ molliores, quemadmodum Persarum mollities in Proverbium abiit: vel *Ab ætate*; ut infantes, pueri, & adolescentes molliores sunt viris & adultis: vel *A sexu*; ut fœminæ molliores sunt viris: vel *A morbo*; ut ægroti minùs possunt ferre labores, quàm homines sani & robusti.

CAPUT VIII.

Uter est deterior, Intemperánsne *an* Incontinens?

Ἔστι δ' ὁ μὲν ἀκόλαστος, ὥσπερ ἐλέχθη, καὶ μεταμελητικός· ἐμμένει γὰρ τῇ προαιρέσει. ὁ δ' ἀκρατής, μεταμελητικός πως. Καὶ ὁ μὲν εὐιάτως, ὁ δὲ ἀνίατος· ἔοικε γὰρ ἡ μὲν μοχθηρία τῶν νοσημάτων εἶναι ὑδέρῳ καὶ φθίσει· ἡ δ' ἀκρασία, τοῖς ἐπιληπτικοῖς. ἡ μὲν γὰρ συνεχής, ἡ δ' οὐ συνεχὴς πονηρία. καὶ ὅλως δὲ ἕτερον τὸ γένος ἀκρασίας καὶ κακίας· ἡ μὲν γὰρ λανθάνει, ἡ δὲ ἀκρασία οὐ λανθάνει. αὐτῶν δ' τέτων βελτίους οἱ ὑπερβατικοί, ἢ οἱ τὸν λόγον ἔχοντες μὲν, μὴ ἐμμένοντες δὲ· ὑπ' ἐλάττονος γὰρ πάθους ἡττῶνται, καὶ οὐκ ἀπροβούλευτοι, ὥσπερ οἱ τρεφι.

INtemperans longè *deterior* est *Incontinente*, idque propter multas causas. *Primùm*, Quia peccat *Sciens*, ut suprà dictum est, & ἐκ προαιρέσεως, *consultò & datâ operâ: Incontinens* verò peccat παρὰ τὴν προαίρεσιν, *præter suum propositum. Secundò*, Quia corruptum habet judicium, adeò ut non possit suum peccatum agnoscere, unde etiam fit, ut eum non possit sui facti pœnitere: In *Incontinente* autem est adhuc sanum judicium; ut possit peccatum suum agnoscere, & propter illud dolere. *Tertiò*, Quia *Intemperans* est ἀνίατος, *insanabilis*; quia enim non agnoscit suum malum, ideò non potest ab eo sanari & liberari: *Incontinens* verò est εὐίατος, hoc est, *facilè potest sanari*, si rectiùs instituatur; habet enim adhuc rationem salvam & integram, quâ potest bonas admonitiones intelligere. *Quartò*, Quia *Intemperans* laborat continuo vitio, quod sine intermissione eum ad peccandum instigat: *Incontinens* autem solùm per intervalla incitatur ad peccandum. Hanc ob causam *Incontinens* Hydrope aut Tabe laboranti comparatur, *Intemperans* autem Epileptico. *Quintò*, Quia *Intemperans* etiam à levibus cupiditatibus & voluptatibus patitur

se

se vinci: *Incontinens* verò non nisi à vehementioribus superatur. *Sextò*, Quia *Intemperans* verè *Malus* & *Improbus*, φαῦλος καὶ πονηρὸς dicitur: *Incontinens* autem est solùm ἡμιπόνηρος, *Semimalus*; quia habet adhuc sanam rationem, neque plenâ voluntate peccat, sicut *Intemperans*, in quo etiam ratio est corrupta.

Ὅτι μὲν οὖν κακία ἡ ἀκρασία οὐκ ἔστι, φανερόν· ἀλλά πῃ ἴσως. τὸ μὲν γὰρ παρὰ προαίρεσιν, τὸ δὴ καθ' προαίρεσίν ἐστιν· ὁ μὲν ἀλλ' ὅμοιόν γε καθ' τὰς πράξεις. *Et paulò pòst*, Ὁ ἀκρατὴς ἐστι βελτίων τοῦ ἀκολάστου, ὁ δὲ φαῦλος ἁπλῶς.

CAPUT IX.

Estnè Continens idem cum eo, qui in suo proposito perseverat: Incontinens autem, qui à suo proposito discedit?

PRo hujus quæstionis explicatione, tenenda est hæc distinctio. Quæ homines sibi proponunt, ea sunt vel *Bona*, vel *Mala*, vel *Qualiacunque:* præterea in illis vel persistunt, vel non persistunt. Qui in bono proposito persistunt, aut non persistunt: dicuntur *Continentes* & *Incontinentes per Se*. Qui in quovis proposito persistunt, aut non persistunt: dicuntur *Continentes* & *Incontinentes per Accidens*. Qui in malo proposito perseverant, *Pertinaces* nominantur. Qui verò à malo proposito discedunt: *non* sunt propterea *Incontinentes* nominandi, sed potiùs *Continentes*; quatenus se cohibent, nè admittant illud malum, quod sibi proposuerant.

Πότερον οὖν ἐγκρατὴς ἐστιν, ὁ οἱωνοῦν λόγῳ, καὶ οἱωνοῦν προαιρέσει ἐμμένων, ἢ ὁ τῇ ὀρθῇ· καὶ ἀκρατὴς δέ, ὁ οἱωνοῦν μὴ ἐμμένων προαιρέσει, καὶ οἱωσοῦν λόγῳ, ἢ ὁ τῷ ψευδεῖ λόγῳ, καὶ τῇ προαιρέσει τῇ μὴ ὀρθῇ, ὥσπερ ἱππορρήθη πότερον; ἢ καθ' συμβεβηκός, ὁ οἱοιαοῦν, καθ' αὐτὸ δέ, ὁ περὶ ἀληθεῖ λόγῳ, καὶ τῇ ὀρθῇ προαιρέσει, ὁ μὲν ἐμμένει, ὁ δὲ οὐκ ἐμμένει; * Εἰσὶ δέ τινες οἱ ἐμμενετικοὶ τῇ δόξῃ· εἰσὶ δ' οὓς καλοῦσιν ἰσχυρογνώμονας. * Εἰσὶ δὲ ἰσχυρογνώμονες, οἱ εὐλογνώμονες, καὶ οἱ ἀμαθεῖς, καὶ οἱ ἀγροικοι.

Quomodo distinguitur Continens à Pertinace?

* *Continens* patitur se melioribus rationibus flecti & dimoveri à sua sententia. *Pertinax* in sua sententia firmiter perseverat; nec patitur se ullis rationibus ab ea abduci: à Græcis vocatur ἰσχυρογνώμων.

Quotuplices sunt Pertinaces?

* *Triplices.* Quidam enim dicuntur εὐλογνώμονες, qui proprias suas opiniones pertinaciter defendere conantur. Alii dicuntur ἀμαθεῖς, *Indocti:* qui licèt non possint suas

opiniones bonis rationibus defendere, tamen nolunt eas deponere. Alii denique sunt ἄγροικοι, *Homines rudes & agrestes:* qui meliores sententias & rationes aliorum neq; audire volunt, neque intelligere possunt; solùm persistunt in iis, quibus sunt assueti, non magnopere curantes, utrùm bene vel malè sentiant.

Quotuplices autem sunt ii, qui discedunt à sua sententia & opinione?

Εἰσὶ δ' οἱ μὲν οἱ τοῖς δόξασιν ἐκ ἐμμένουσιν, ἐ δι' ἀκρασίαν, οἷον ἐν τῷ Φιλοκτήτῃ τ Σοφοκλέους ὁ Νεοπτόλεμος· καίτοι δι' ἡδονὴν ἐκ ἐνέμεινεν, ἀλλὰ καλλιῶ. τὸ γὰρ ἀληθεύειν αὐτὸν καλὸν ἦν, ἐπειδὴ δ' ὑπὸ τῶ Ὀδυσσέως ψεύδεται· ἐ γὰρ πᾶς ὁ δι' ἡδονήν τι πράττων ἔστιν ἀκόλαστος, ἔτε φαῦλος, ἔτε ἀκρατής, ἀλλ' ὁ δι' ἀιρεράν. * Ἐπεὶ δ' ἔστί τις καὶ τοιοῦτος οἷος ἧττον ἢ δεῖ τοῖς σωματικοῖς χαίρων, καὶ ἐκ ἐμμένων τῷ λόγῳ· ὁ τοιοῦτος τέτε καὶ τῶ ἀκρατοῦς μέσος ὁ ἐγκρατής. * Ὁ, τε ἐγκρατὴς οἷος μηδὲν παρὰ τ λόγον διὰ τὰς σωματικὰς ἡδονὰς ποιεῖν, καὶ ὁ σώφρων· ἀλλ' ὁ μὲν ἔχων, ὁ δ' ἐκ ἔχων φαύλας ἐπιθυμίας.

Duplices. *Quidam* enim hoc faciunt propter amorem veritatis & justitiæ: qui postquam cognoverunt meliores & veriores rationes, atque sententias, ultro à sua opinione deficiunt. *Quidam* verò hoc faciunt ex quadam animi levitate & inconstantia; aut propter aliam aliquam causam parùm honestam: atq; hi rectè possunt Incontinentes nominari, & sunt digni reprehensione.

Quomodo differt Continens à suis Extremis?

* *Continens* est, qui neque nimiùm, neq; minùs quàm par est, voluptatibus corporis tribuit; sed medio modo circa illas est affectus: ità ut propter illarum cupiditatem, aut odium, non cupiat ab honesto suo proposito discedere. *Incontinens*, à voluptatibus corporis adeò vehementer extimulatur: ut etiam per eas patiatur se ab honesto suo proposito dimoveri; modò illis frui possit. Qui verò voluptates adeò aversatur; ut nè quidem propter honestam voluptatem aliquid laude dignum suscipere velit: is peccat in defectu, nomine tamen certo caret; quia pauci, vel nulli reperiuntur, qui adeò distortæ sint naturæ, ut simpliciter omnes voluptates contemnant.

Quomodo differunt Continens & Temperans?

* *Temperans* nullis agitatur pravis cupiditatibus: sed habet eas domitas & rectæ rationi ultro obsequentes. *Continens* verò incitatur quidem pravis cupiditatibus, quæ rationi adversantur: sed iis fortiter resistit, & rectæ rationi etiam invitas subjicit.

Quomodo differunt Incontinens & Intemperans?

Intemperans non solùm agitatur & ducitur à pravis cupiditatibus & affectibus; sed etiam rationem ità habet corruptam, ut existimet se debere quibusvis etiam turpibus voluptatibus indulgere: *Incontinens* verò iisdem quidem voluptatibus & affectibus agitatur, quibus Intemperans; sed tamen habet adhuc rectam rationem, quæ jubet illis esse resistendum. Quia autem ea non satis firma & valida est; ideo tandem ab illis vincitur.

[a] Ὅμοιοι δ' οἱ ἀκρατεῖς καὶ οἱ ἀκόλαστοι, ἔστι μὲν ὄντες, ἀμφότεροι δὲ τὰ σωμα-τικὰ ἡδέα διώκουσιν· ἀλλ' ὁ μὲν καὶ ὀιόμενος δεῖν, ὁ δ' οὐκ ὀιόμενος.

CAPUT X.

Quare suprà in secundo capite dixisti, Nullum Incontinentem posse revera dici Prudentem?

PRopter quatuor causas. *Primùm*, Quia nullus *Incontinens* aptus est ad res gerendas, sicut vir *Prudens*. *Deinde*, Quia *Incontinens* sponte malè agit, obsequendo pravis suis cupiditatibus: vir *Prudens* autem nunquam sponte peccat. *Tertió*, Quia omnis *Prudens* est vir bonus: *Incontinens* autem non potest dici vir bonus; quoniam patitur se vinci à pravis cupiditatibus, ut malè agat. *Quartó*, Quia vir *Prudens* non solùm scit, quæ sunt agenda; sed eadem quoque agit: *Incontinens* autem scit quidem, quæ agenda sunt; sed ea non agit, victus à pravis suis cupiditatibus.

'Οὐδ' ἅμα φρόνιμον καὶ ἀκρατῆ ἐνδέχεσθαι εἶναι τὸν αὐτόν· ἅμα γὰρ φρόνιμος καὶ πρακτικὸς τοῦ ἤθους δεδειχέναι ὤν. Ἔτι, ὃς μὲν οὐδὲν δεινὸν ἑκὼν πράττει μᾶλλον, φρόνιμος, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιητικός· ὁ δ' ἀκρατὴς ὡς πρακτικός, &c.

At reperiuntur aliqui, qui licèt Incontinenter vivant, tamen valent etiam consiliis, & feliciter tam sua quàm publica negotia videntur administrare.

* In talibus non est vera prudentia, sed potiùs naturalis quædam solertia & dexteritas in rebus gerendis: quæ etiam potest esse absque prudentia, & reliquis virtutibus moralibus. Ideóque propter eam nemo propriè dicitur vir bonus: quemadmodum suprà dictum fuit.

* Τὸν δὲ δεινὸν οὐδὲν κωλύει ἀκρατῆ εἶναι, &c.

Quoniam dicis Incontinentem sponte peccare: videtúrne tibi esse Improbus?

* *Minimé.* Quia non peccat consultò, aut insidiosè & fraudu-

* Καὶ ἐκὼν μέν· πρόπον γάρ τινα εἰδὼς καὶ ὃ ποιεῖ, καὶ ἕνεκα· πονηρὸς δ' οὐκ· ἡ γὰρ προαίρεσις ἐπιεικής. ὡς δ' ἁπλῶς πονηρός, καὶ οὐκ ἄδικος· οὐ γὰρ ἐπίβουλος.

fraudulenter: sed tantùm animi quadam perturbatione, quâ, præter opinionem & voluntatem suam, subitò ad peccandum abripitur.

Utra autem ex duabus Speciebus Incontinentiæ minùs est sanabilis.

Ἐυιατίτερα δὲ ἡ διὰ ἔθος ἀκρασίας τῶν φυσικῶν· ῥᾷον γὰρ ἔθος μεταστῆσαι φύσεως· διὰ γὰρ τοῦτο καὶ τὸ ἔθος χαλεπόν, ὅτι τῇ φύσει ὅμοιον.

Ea quæ suprà cap. 7. ἀδήφεια nominatur; quiâ aliquo modo naturæ vitio inest: *Naturalia* autem difficulter mutari, aut tolli posse, manifestum est. Imò hanc ipsam ob causam etiam *Consuetudo* difficulter potest mutari: quia longa consuetudo paulatim degenerat in naturam.

CAPUT XI.

Explicâsti hactenus propè universam doctrinam de Virtutibus. Quid præterea restat explicandum?

Περὶ δὲ ἡδονῆς καὶ λύπης θεωρῆσαι, τοῦ τε ὡς πολιτικοῦ φιλοσοφοῦντος. * Οὗτος γὰρ τοῦ τέλους ἀρχιτέκτων, &c.

DIcendum etiam est de duobus *Adjunctis virtutis*: nempe de *Voluptate*, & *Amicitia*.

Cur de Voluptate Ethico est disserendum?

* Propter tres causas. *Primùm*, Quia ea quoque recensetur in numero Bonorum. *Deinde*, Quia Voluptas & Dolor sunt generale Objectum Virtutum Moralium, quemadmodum suprà in secundo libro dictum fuit. *Tertiò*, Quia Voluptas cum Summo Bono, de quo hîc quæritur, magnam habet cognationem. Plures rationes adferuntur infrà lib. 10. cap. 1.

Quæ fuerunt Philosophorum Opiniones de Voluptate?

Ἐπὶ δὲ καὶ τὴν ἀρετικὴν καὶ τὴν κακίαν τὴν ἠθικὴν περὶ λύπας καὶ ἡδονάς ἐστιν. Καὶ τὸν εὐδαιμονίαν οἱ πλεῖστοι μετ' ἡδονῆς εἶναί φασι. * Τοῖς μὲν οὖν δοκεῖ ἁδεμία ἡδονὴ εἶναι ἀγαθόν, οὔτε καθ' αὑτό, οὔτε κατὰ συμβεβηκός. * Τοῖς δ' ἔνιαι μὲν εἶναι, αἱ δὲ πολλαὶ φαῦλαι. * Ἐπὶ δὲ τούτων τρίτον· Εἰ καὶ πᾶσαι ἀγαθόν, ὅμως μὴ ἐνδέχεται εἶναι τὸ ἄριστον ἡδονήν. Quo-

Diversæ fuerunt Philosophorum *de Voluptate Opiniones.* * *Quidam* enim dixerunt, Nullam voluptatem esse BONUM, neque per Se, neq; per Accidens. * *Alii* dixerunt, quasdam solùm voluptates esse bonas, pleraſque autem malas. * *Aliqui* verò dixerunt, etiamsi omnes voluptates essent bonæ, nullam tamen esse Summum Bonum.

Quomodo probant nullam Voluptatem esse BONUM?

Primùm, Quia BONUM habet rationem Finis: Voluptas autem non habet rationem Finis; quia est generatio sensibilis ad naturam, hoc est, ad naturæ restitutionem, tanquam ad Finem. *Deinde*, Quia Temperans eam fugit, tanquam rem malam. *Tertiò*, Quia etiam vir Prudens videtur eam aspernari: dum *ἀλυπίαν*, *indolentiam*, potiùs quàm *Voluptatem* expetit. *Quartò*, Quia Prudentiam impedit, sicut etiam *Cicero* inquit: *Impedit consilium voluptas, corporationi inimica, & mentis perstringit oculos.* *Quintò*, Quia omne bonum est artis opus: Voluptas autem nullius artis opus est. *Postremò*, Quia solùm ab imprudentibus, stultis, pueris, & bestiis expetitur.

Cur pleræque Voluptates videntur malæ?

* *Quia* sunt *turpes*, & *probrosæ*. *Insuper* etiam *noxiæ* non solùm *valetudini*, quam debilitant; verùm etiam *Famæ*, quam lædunt; & *Facultatibus*, quas exhauriunt.

Quare nulla Voluptas potest dici Summum Bonum?

* *Quia Summum Bonum* est *Ultimus Finis* hominis: Voluptas autem non est finis; quemadmodum antea est dictum.

Ὅλως μὲν οὖν οὐκ ἀγαθόν, ὅτι πᾶσα ἡδονὴ γένεσίς ἐστιν εἰς φύσιν αἰσθητήν. Ἐπ, ὁ σώφρων φεύγει τὰς ἡδονάς. Ἐπ, ὁ φρόνιμος τὸ ἄλυπον διώκει, ἢ τὸ ἡδύ. Ἐπ, ἐμπόδιον τῷ φρονεῖν, αἱ ἡδοναί. Ἐπ, τέχνη ἔδεμία ἡδονῆς. Ἐπ, τὰ παιδία καὶ τὰ θηρία διώκει τὰς ἡδονάς. * Τοὺς δὲ μὴ πάσας ἀπεδαίας εἶη, ὅτι εἰσὶ καὶ αἰσχραί, καὶ ὀνειδιζόμεναι, καὶ ὅτι βλαβεραί. * Ὅτι δ' οὐκ ἄειζον ἡ ἡδονή, ὅτι ἐ τέλος ἀλλὰ γένεσις.

CAPUT XII.

Quid videtur tibi de opinione & argumentis eorum Philosophorum, qui planè negant Voluptatem esse BONUM *quoddam?*

QUòd Nulla voluptas sit in numero Bonorum habenda, existimo falsum esse: ejus verò contradictoriam veram, quòd Quædam voluptas sit inter Bona numeranda.

Quo pacto id probas?

Duobus argumentis; quorum primum sumitur *Ex analogia*,

Πρῶτον μέν, ἐπεὶ τὸ ἀγαθὸν διχῶς, τὸ μὲν γὰρ ἁπλῶς, τὸ δέ τινι· καὶ φύσις, καὶ ἕξις ἀκολουθήσουσιν.

logia, quæ est *inter* BONUM, & ea quæ BONO sunt *cognata*, hoc est, quæ vel ex bono proveniunt, vel ad bonum contendunt, aut perducunt. Nam quemadmodum BONUM aliud *Absolutè* & *Simpliciter* est bonum; aliud verò dicitur *Secundum quid* bonum, nimirum quod alicui est bonum, alicui verò non bonum: ità etiam ea quæ bono sunt cognata, alia *Absolutè*, alia *Secundum quid* sunt bona. Atqui *Natura* & *Habitus* sunt *Bonum* quoddam. Itaque etiam *Generatio*, quæ ad Naturam, tanquam ad BONUM quoddam contendit; ipsáque *Operatio*, & ei conjuncta *Voluptas*, quæ ab habitu, tanquam à BONO aliquo proficiscitur: omnia, inquam, hæc etiam poterunt, aut *Absolutè* & *Simpliciter*, aut *Secundum quid*, inter bona numerari.

Ὥστε αἱ κινήσεις, καὶ αἱ γενέσεις ἀκολουθήσουσιν.

Ἔτι, ἐπεὶ τῶν ἀγαθῶν τὸ μὲν ἐνέργεια, τὸ δ' ἕξις, κατὰ συμβεβηκὸς αἱ καθιστᾶσαι εἰς τὴν φυσικὴν ἕξιν ἡδεῖαί εἰσιν.

Quod est alterum argumentum?

Alterum argumentum sumitur ex BONI *distinctione* κατ' ἀντιστροφήν. *Si* omne *Bonum* vel est *Habitus*, vel *Operatio* ab habitu profecta: Igitur etiam aliquis habitus erit bonus & aliqua operatio bona. *Rursum*, Si quædam operatio bona, est jucunda & cum voluptate conjuncta: Igitur etiam quædam voluptas poterit dici bona.

Quid est hîc notandum?

* Hoc loco notanda est *Distinctio* τῶν ἐνεργειῶν, quod nimirum *Aliæ* proficiscuntur *ab Habitu*, seu *Natura integra*, quæ jam ad suum statum & quasi perfectionem est perducta; ità ut nullâ laboret indigentiâ: atque tales operationes sunt *Simpliciter jucundæ*. Aliæ verò pertinent *ad defectum Naturæ* restituendum: atq; tales non *Simpliciter*, verùm *Per Accidens* sunt *jucundæ*; quatenus per eas restinguitur dolor, qui ex defectu indigentis naturæ sentitur, ac per repletionem, quam comitatur voluptas, tollitur.

* Ἔστι δ' ἡ ἐνέργεια ἐν ταῖς ἐπιθυμίαις τῆς ἀπολύπτου ἕξεως καὶ φύσεως. &c. Σημεῖον δ' ὅτι ἐν τῷ αὐτῷ χαίρουσιν ἀναπληρουμένης τε τῆς φύσεως καὶ καθεστηκυίας· ἀλλὰ καθεστηκυίας μέν, τοῖς ἁπλῶς ἡδέσιν· ἀναπληρουμένης δέ, καὶ τοῖς ἐναντίοις· καὶ γὰρ ὀξέσι καὶ πικροῖς χαίρουσιν· ὧν οὐδὲν ἅτε φύσει ἡδύ, οὐδ' ἁπλῶς ἡδύ. ὥστε οὐδ' αἱ ἐπιθυμίαι &c.

Quid

Quid igitur respondes ad argumenta contra voluptatem allata?

In *Primo* argumento nego *Minorem* Propositionem, ejúsque probationem: quæ habet vitiosam Voluptatis Definitionem; partim propter *Genus*, partim propter *Differentias*.

Ἔτι, εἰ καὶ ἀναίσκη ἕτερόν τι εἶναι βέλτιον τῆς ἡδονῆς, ὥσπερ τινές φασι τὸ τέλος τῆς γενέσεως.

Quare Genus videtur tibi esse vitiosum?

* *Primùm*, Quia *Voluptas* non est *Generatio*, quæ propriè dicitur de Substantiis: definitur enim à Physicis, quòd sit *Motus à non esse ad esse*; per quem ex corruptione alicujus substantiæ alia generatur: Per *Voluptatem* autem nulla substantia neque corrumpitur, neque generatur. *Deinde*, Etiamsi concedatur, quòd *Voluptas* sit *Generatio*; tamen non propterea omnino est excludenda è numero bonorum: siquidem sunt etiam quædam generationes, quæ licèt non sint *Simpliciter bonæ*, tamen sunt *Alicui bonæ*, quatenus vel ab integra natura proveniunt; vel ad naturæ perfectionem contendunt.

* Οὐ γὰρ γενέσεις εἰσὶν αἱ ἡδοναί, οὐδὲ μὴν γενέσεως πᾶσαι, &c.

Quare Differentiæ tibi videntur esse vitiosæ?

* *Primùm*, Quia non omnis voluptas est αἰσθητή, *Sensibilis*; nam hæc *Differentia* solùm competit *Voluptatibus Corporis:* sunt verò etiam aliæ voluptates illis longè præstantiores, neque sensu aliquo percipiuntur; cujusmodi sunt *Voluptates Mentis*, ex contemplatione animi, & ex actionibus virtutis. *Deinde*, Quia non per omnem voluptatem restituitur defectus naturæ indigentis; sunt enim multæ voluptates, quæ comitantur functiones naturæ perfectæ, nullâq; repletione indigentis: ideóq; neq; antecedentem neq; conjunctum aliquem dolorem ex indigentia ortum habent: quæ etiam non oblectant *Propter defectus repletionem*, sed *Per se*, suâque naturâ sunt jucundæ; veluti sunt contemplationes mentis, actiones virtutum, operationes sensuum, sani corporis exercitia, & his similia. *Postremó*, Quia non omnis operatio tendit ad alium aliquem finem: sed sunt multæ operationes, quæ finem suum

Καὶ τέλος δ' πασῶν ἕτερόν τι, ἀλλὰ τῶν εἰς τὴν τελείωσιν ἀγομένων τῆς φύσεως.

in

in seipsis habent, neque ad alium finem referuntur; ideóq; etiam judicantur esse perfectæ: cujusmodi sunt paulò antè commemoratæ contemplationes mentis, & virtutum actiones, quæ veram in se habent voluptatem.

Quomodo Aristoteles definit Voluptatem ?

Voluptas est functio seu operatio non impedita, promanans ab habitu, qui est secundum naturam. Ἡδονή ὄζιν ἐνέργεια τῆς κατὰ φύσιν ἕξεως ἀνεμπόδιςος.

Quid respondes ad Secundum & Tertium argumentum ?

Nego virum Prudentem & Temperantem *Simpliciter* omnes voluptates aspernari & fugere; sic enim viderentur esse ἀναίσθητοι, id est, *Sensu destituti:* sed dico eos tantùm aspernari & fugere turpes, falsas, & immoderatas voluptates; veras autem & honestas moderatè expetere.

Quid ad Quartum argumentum ?

Duplices sunt *Voluptates.* * Aliæ *Propriæ* ejus actionis circa quam versantur; atq; hæ magis promovent actionem, quàm impediunt; quia reddunt Agentem alacriorem in agendo. Aliæ verò sunt *Alienæ:* atque de his solùm verè dicitur, quòd impediunt Agentem.

Quid ad Quintum argumentum ?

* *Utrumque falsum* est, quod in eo argumento asseritur: Nam multa reperiuntur bona, quæ non sunt ab arte aliqua profecta. *Deinde,* Sunt etiam quædam artes, quæ manifestè voluptatem profitentur: quas *Cic.* lib. 1. *Offic. Voluptatum ministras* nominat; ut Musica, ars coquinaria, unguentaria, & similes aliæ.

Quid ad Postremum argumentum respondes?

* *Nego* ex puerorum, stultorum, aut brutorum anima-

Ἀλλὰ μᾶλλον λεκτέον ἐνέργειαν τῆς κατὰ φύσιν, &c.

Τὸ δὴ τὸν σώφρονα φεύγειν, καὶ τὸν φρόνιμον διώκειν τὸν ἄλυπον βίον, &c.

* Ἐμποδίζει δ' ἕτε φθορήσει, ἢ θ' ἕξις ἡδεμιᾶ ἢ ἀφ' ἑκάσης ἡδονῆ, ἀλλὰ ἀλλότριαι.

* Τὸ δὲ τέχνης μὴ εἶναι ἔργον μηδεμίαν ἡδονήν, συλλόγως συμβέβηκεν· ὅτε γὰρ ἄλλης ἐνεργείας τέχνη ὄζιν ἢ τῆς δυνάμεως. * Καὶ τὸ τὰ παιδία, καὶ τὰ θηρία διώκειν, &c.

lium

lium judicio & appetitu, de voluptate, utrùm bona vel mala sit, esse statuendum.

Quid videtur tibi de secunda opinione eorum, qui dicunt voluptates esse malas, quia sunt noxiæ?

Primùm, Nego omne noxium esse malum. Etenim diligens studium interdum nocet valetudini: non tamen est propterea per se malum. Vinum nocet febricitantibus: non tamen ideo malum. *Deinde*, Voluptates *Per Se* non sunt noxiæ: sed tantùm *Per Accidens*; quando vel sunt turpes, vel immoderatæ.

Τὸ δ' εἰ φαύλας, ὅτι νοσώδη ἔναι ἡδέα, τὸ αὐτὸ καὶ ὅτι ὑγιεινὰ ἔνια φαῦλα πρὸς κτῆμα πόνου. ταύτῃ ἒν φαῦλα ἄμφω, ἀλλ' ὁ φαῦλα κατά γε τοῦτο· ἐπεὶ καὶ τὸ θεωρεῖν ποτὲ βλάπτει πρὸς ὑγίειαν, ἐμποδίζει δ' ὅτε φρονήσει, ἔδ' ἕξει ὑδεμιᾷ ἢ ἀφ' ἑκάστης ἡδονή, ἀλλ' αἱ ἀλλότριαι.

CAPUT XIII.

Potéstne aliqua Voluptas dici BONUM?

POteſt. Nam quia Dolori opponitur, quem omnes fatentur esse malum, & fugiendum: ideo ea rectè potest dici bonum expetendum. *Deinde*, Si nulla voluptas est BONUM: Ergò neq; voluptas, quam vir bonus percipit ex actionibus virtutum, erit bona, aut expetenda; neq; tales actiones essent revera jucundæ: atque hoc modo vita viri beati non esset jucundior, quàm cujuspiam alterius vita; ac videretur posse esse conjuncta cum dolore: unde sequeretur, quòd dolor non esset MALUM, & propterea non fugiendus. Quæ omnia cùm sint manifestè falsa, & absurda: sequitur etiam ipsam ὑπόθεσιν esse falsam.

Ἀλλὰ μήν, ὅπι καὶ ἡ λύπη κακόν, ὁμολογεῖται, καὶ φευκτόν· ἡ μὲν γὰρ ἁπλῶς κακόν, ἡ δὲ πῇ ἐμποδιστική. τῷ δὲ φευκτῷ τὸ ἐναντίον, ἢ φευκτόν τι καὶ κακόν, ἀγαθόν. φανερὸν δὲ καὶ ὅτι, εἰ μὴ ἡδονὴ ἀγαθόν, καὶ ἡ ἐνέργεια, οὐκ ἔσται ζῆν ἡδέως τὸν εὐδαίμονα.

Potéstne etiam aliqua Voluptas dici Summum Bonum?

*Etsi *Voluptas* propriè loquendo *non* sit *Summum Bonum:* tamen ei ità est cognata, ut *quodammodo* Summum Bonum esse videatur. *Primùm* enim, Propè eandem habet cum eo Definitionem. Est enim *Voluptas* operatio habitûs non impedita: quæ Definitio etiam Summo Bono,

* Ἄκυρον δ' οὐδὲν κωλύει ἡδονήν τινα εἶναι, εἰ ἔνιαι φαῦλαι αἱ ἡδοναί, &c.

* Πάντες τὸν εὐδαίμονα ἡδὺν ὁίονται βίον εἶ, καὶ συμπλέκουσι τὴν ἡδονὴν εἰς τὴν εὐδαιμονίαν εὐλόγως. &c.

sive Beatitudini, competit: ut patet ex primo libro. * *Deinde*, Quia omnes homines unanimi consensu affirmant, Beatitudinem, quæ est Summum Bonum, ità conjunctam esse cum Voluptate, ut sine ea non possit consistere. * *Tertiò*, Quia non solùm homines, sed etiam cuncta animalia bruta, Voluptatem expetunt: & hoc communi appetitu naturaliter ipsis insito quasi tacitè indicare videntur, eam habere rationem Summi Boni; etiamsi Veram voluptatem neque intelligant, neq; expetant, sed tantùm eam, quæ sensibus ipsorum videtur esse grata & jucunda.

Καὶ τὸ διώκειν ὃ ἅπαντα καὶ θηρία καὶ ἄνθρωποι τὴν ἡδονήν, σημεῖόν τι τοῦ εἶναί πως ἄριστον αὐτήν.

CAPUT XIV.

Possúntne Corporis Voluptates dici bonæ?

Περὶ δὲ τῶν σωματικῶν ἡδονῶν ἐπισκεπτέον, &c.

POssunt: alioquin enim dolores corporis, qui illis opponuntur, non possent dici mali & fugiendi.

Possúntne dici Simpliciter Bonæ?

Nequaquam. Sed tantùm Quatenus necessariæ sunt, vel ad corporis sustentationem, vel ad propagationem sobolis. *Deinde*, Quatenus non excedunt modum & terminum, quem recta ratio præscribit, & naturæ necessitas postulat.

* Διατί φαίνονται αἱ σωματικαὶ ἡδοναὶ αἱρετώτεραι; πρῶτον μὲν οὖν δὴ, ὅτι συκρύει τὴν λύπην, καὶ διὰ τὰς ὑπερβολὰς τῆς λύπης, ὡς ἴσως ἰατρείας, τὴν ἡδονὴν διώκουσι τὴν ὑπερβάλλουσαν, καὶ ὅλως τὴν σωματικήν. &c. * Οὐ ἀποδεκτέον δὲ δοκεῖ ἡ ἡδονή· ὅτι αἱ μὲν φαύλης φύσεώς εἰσι πράξεις, ἢ ἐκ γενετῆς, ὡς τὸ θηρίον· ἢ δι' ἔθος, οἷον αἱ τῶν φαύλων ἀνθρώπων· αἱ δ' ἰατρεῖαι, ὅτι ἐνδεοῦς, καὶ ἔχειν βέλτιον ἢ γίνεσθαι, αἱ δὲ συμβαίνουσι τελειουμένων. καὶ συμβεβηκὸς ἂν ἀποδοῖεν.

Cur igitur homines tantopere expetunt corporis voluptates, si non sunt verè voluptates?

* *Primùm*, Quia plerique veras voluptates ignorant. *Deinde*, Quia his voluptatibus volunt mederi doloribus corporis, quibus subinde vexantur: Nam, ut Medici dicunt, *Contrariorum contraria sunt remedia*. *Tertiò*, Quia corporis voluptates vehementiùs afficiunt sensus: unde etiam vehementiùs expetuntur.

Quare autem non sunt veræ voluptates?

* Quia expetuntur solùm à natura vel prava & corrupta, vel laborante aliquo defectu: cui hoc modo cupit mederi.

Atq;

Atq; hanc ob causam non *Per Se*, sed *Per Accidens* dicuntur bonæ.

Sed quare homines non potiùs expetunt medium statum, qui est inter voluptatem & dolorem: quem Græci ἀλυπίαν, id est, indolentiam nominant?

Quia etiam hic status non caret omni molestiâ, & dolore, & propter continuas sensuum & facultatum naturalium operationes: quibus ipsa natura & corpora nostra paulatim fatigantur, & debilitantur; ut opus habeant aliquâ recreatione. Τό, τε μηδέτερον, πολλοῖς λυπηρόν.

Quare voluptates Animi sunt perfectiores voluptatibus Corporis?

Primùm, Quia voluptatum animi non potest esse vitiosus excessus, quemadmodum voluptatum corporis: quoniam proficiscuntur ex actionibus perfectorum habituum. *Deinde*, Quia percipiuntur ex iis rebus, quæ *Per Se* & suâ naturâ semper sunt jucundæ: voluptates autem corporis percipiuntur ex iis rebus & actionibus, quæ solùm *Per Accidens* sunt jucundæ; nimirum quatenus sunt solùm ἰατρεῖαι, id est, *Medicinæ* adversus naturæ egentis dolorem. *Tertiò*, Quia voluptates animi non habent conjunctum dolorem, sicut voluptates corporis: quibus semper admixtus est aliquis dolor. Αἱ δ' ἄνευ λύπης ἐκ ἔχουσιν ὑπερβολήν. αὗται δὲ, αἱ τῆς φύσεως ἡδέων, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. λέγω δ' ἐπὶ συμβεβηκὸς ἡδέα, τὰ ἰατρεύοντα· φύσει δ' ἡδέα, ἃ ποιεῖ πρᾶξιν τῆς τοιᾶσδε φύσεως.

Quare non semper idem est jucundum, sed delectat varietas?

* Hujus rei sunt *duæ* potissimùm *causæ*. *Prima* est, Quia homo constat ex duabus diversis partibus, animo scilicet & corpore; quibus non semper eadem sunt grata & jucunda. Ipsum præterea corpus constat ex quatuor diversis humoribus; quorum sunt contrariæ qualitates. Unde fit, ut nunc his, nunc aliis rebus, vel delectetur, vel offendatur. *Altera* causa est, ἡ πονηρία, *vitiositas* & pravitas naturæ nostræ, cui, ut *Euripides* ait in Oreste, *Vicissitudo, & varietas est jucundissima*. * Οὐκ ἀεὶ δ' ἔστιν ἡδὺ τὸ αὐτό· διὰ τὸ μὴ ἁπλῆν εἶναι ἡμῶν τὴν φύσιν. Μεταβολὴ γὰρ πάντων γλυκύτατον, καὶ τὸν ποιητήν, διὰ πονηρίαν τινά. ὥσπερ γὰρ ἄνθρωπος συμετάβολος, ὁ πονηρός· καὶ ἡ φύσις, ἡ δεομένη μεταβολῆς· ἐ γὰρ ἁπλῆ, οὐδ' ὑπιεικής.

LIBER VIII.

Quod eſt argumentum, & quæ ſunt partes Octavi libri?

HUjus & ſequentis libri idem eſt argumentum: explicatur enim in illis quartum caput doctrinæ Moralis, quod eſt de *Amicitia*. Sunt autem hujus Octavi libri præcipuè hæ quatuor partes. Nam *In primis* duobus capitibus tradit *Amicitiæ Definitionem*. *Deinde*, In ſequentibus ſex capitibus explicat *Amicitiæ Species*. *Tertió*, A nono capite uſquè ad decimum tertium, *comparat Amicitiæ Species* cum ſpeciebus domeſticæ & civilis ſocietatis. *Poſtremó*, Agit de *Querelis*, propter quas interdum Amicitiæ iterum diſſolvuntur.

CAPUT I.

Quare Philoſopho Morali etiam de Amicitia eſt conſiderandum?

Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ φιλίας ἔποιτ' ἂν διελθεῖν· Ἔστι γὰρ ἀρετή τις, ἢ μετ' ἀρετῆς. Ἔπ δ', ἀναγκαιότατον εἰς τὸν βίον· ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. Καὶ γὰρ πλουτοῦσι &c. Ἔοικε δὴ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία. * Οὐ μόνον δ' ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ καλόν· τοὺς γὰρ φιλοφίλους ἐπαινοῦμεν· καὶ τε πολυφιλία δοκεῖ τῶν καλῶν ἔν τι εἶναι. Ἔτι, καὶ ἔνιοι τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας οἴονται ἀγαθοὺς εἶναι καὶ φίλους.

PRopter quatuor potiſſimùm cauſas in doctrina morali etiam de *Amicitia* eſt agendum. *Primùm*, Quia eſt honeſta, & magnam habet cum virtute cognationem. *Deinde*, Quia magnum momentum habet ad vitam bene beatéque degendam. *Tertió*, Quia neceſſaria eſt omnibus hominibus ad hanc vitam in quacunque tandem fortuna, ætate, aut conditione ſint conſtituti. *Quartó*, Quia neceſſaria eſt civitatibus.

Quomodo probas Amicitiam eſſe honeſtam?

* Quoniam τοὺς φιλοφίλους, h.e. *eos, qui amicorum ſunt ſtudioſi*, ſolemus laudare: Et πολυφιλία, id eſt, *amicorum multitudo*, numeratur inter res pulchras & honeſtas. *Denique*, Quia eoſdem amicos & viros bonos ſolemus nominare.

Quæ est autem illa Cognatio, quam Amicitia habet cum Virtute?

Ea est multiplex: sed præcipuè in his quatuor consistit. *Primùm*, Quia Amicitia etiam habet suam Mediocritatem & Extrema. *Deinde*, Quia inter solos viros bonos locum habet. *Tertiò*, Quia in omnibus vitæ partibus magnus est ejus usus. *Quartò*, Quia est pars quædam Justitiæ: nam consistit in analogica officiorum & beneficiorum communicatione.

Quare dicis Amicitiam multùm conferre ad bene beatéque vivendum?

*Quia, juxta Philosophos, bene beatéq; vivere, est secundum naturam vivere. Atqui Amicitia maximè est secundum naturam: quemadmodum videre est non solùm in hominibus, sanguinis necessitudine sibi mutuò conjunctis; verùm etiam in brutis animalibus, quibus à natura insitus est mutuus amor inter parentes & sobolem, intérque ea quæ sunt ejusdem speciei.

Ostende quomodo Amicitia necessaria sit omnibus hominibus.

**Primùm*, Amicitia in omni fortuna est necessaria. Nam & *Secundas res splendidiores facit*, ut inquit Cicero, *& adversas partiens communicánsque, leviores. Deinde*, ut idem ait, *Nullam ætatis degendæ rationem patitur esse expertem sui.* Etenim infantibus & pueris necessaria est πρὸς τὴν τροφὴν καὶ παιδείαν, *ad educationem & institutionem:* Adolescentibus autem & adultioribus, πρὸς τὰς καλὰς πράξεις, *ad res præclaras gerendas:* Senibus quoque, πρὸς τὴν θεραπείαν καὶ βοήθειαν, *ad obsequium & auxilium* adversus eorum imbecillitatem. *Postremò*, Omnibus omnium ordinum hominibus necessaria est: divitibus quidem & potentibus, πρὸς τὴν φυλακὴν καὶ χρῆσιν, *ut opes suas & potentiam possint tutiùs amicorum operâ possidere, & illis uti atque frui.* Pauperibus verò & afflictis, πρὸς τὴν καταφυγήν, *ad solatium & subsidium* adversus egestatem & miseriam.

* Φύσει τ' ἐνυπάρχειν ἔοικε πρὸς τὸ γεγεννημένον τῷ γεννήσαντι, καὶ πρὸς τὸ γεννῆσαν τῷ γεννηθέντι, καὶ ἐ μόνον ἐν ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ ἐν ὀρνέοις, καὶ τοῖς πλείστοις τ ζώων, καὶ τοῖς ὁμοεθνέσι πρὸς ἄλληλα, καὶ μάλιστα τοῖς ἀνθρώποις· ὅθεν τὸς φιλανθρώπους ἐπαινοῦμεν.

** Ἔοικε δ' ἀναγκαῖόν τι εἶναι καὶ τὸν εἰς τ βίον· ἄνευ γὰρ φίλων οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο ζῆν, ἔχων τὰ λοιπὰ ἀγαθὰ πάντα. Καὶ γὰρ πλουτοῦσι, καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας κεκτημένοις, δοκεῖ μάλιστα φίλων εἶ) χρεία. Ἐν πενίᾳ δὲ καὶ ταῖς λοιπαῖς δυστυχίαις μόνην οἴονται καταφυγὴν εἶ) τὸς φίλους. Καὶ νέοις δέ, πρὸς τὸ ἀναμάρτητον. Καὶ πρεσβύτεροις, πρὸς τ θεραπείαν, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τ πρὸ ἕξεως δι' ἀσθένειαν βοηθείας

Quare civitatibus necessaria est Amicitia?

Εοικε δὴ καὶ τὰς πόλεις συνέχειν ἡ φιλία· καὶ οἱ νομοθέται μᾶλλον περὶ αὐτὴν σπουδάζειν, ἢ τὴν δικαιοσύνην. φίλων γὰρ ὄντων, οὐδὲν δεῖ δικαιοσύνης· δίκαιοι δὲ ὄντες, προσδέονται φιλίας.

Quia per eam constituuntur, conservantur, & consistunt civitates & Respub. Probatur hoc à facto legumlatorum, qui in suis legibus videntur majorem curam adhibuisse in conservanda Amicitia, hoc est, concordia civium, quàm circa ipsam Justitiam. Nam inter quos est Amicitia, inter eos nullum habent locum injuriæ.

Quæ fuerunt veterum philosophorum opiniones de Amicitia?

* Διαμφισβητεῖται δὲ καὶ περὶ αὐτὴν ἐν ὀλίγα. Οἱ μὲν γὰρ ὁμοιότητά τινα πεφάσιν αὐτὴν, καὶ τοὺς ὁμοίους φίλους. Ὅθεν, Τὸν ὅμοιον, φασὶν, ὡς τὸ ὅμοιον, καὶ κολοιὸν ποτὶ κολοιόν. Οἱ δ' ἐξ ἐναντίας, Κεραμεῖς πάντας τοὺς τοιούτους ἀλλήλοις φασὶν εἶναι· καὶ Ἡράκλειτος, Τὸ ἀντίξουν συμφέρον, καὶ ἐκ τῶν διαφερόντων καλλίστην ἁρμονίαν, καὶ πάντα κατ' ἔριν γίνεσθαι. &c.

* *Quidam* dixerunt, Amicitiam nihil aliud esse quàm similitudinem quandam ingeniorum & morum: Unde nata sunt hæc Proverbia, *Similis gaudet simili: Graculus assidet graculo: Pares cum paribus facillimè congregantur. Alii* dixerunt, Similitudinem potiùs esse causam odii & invidentiæ: Unde dicitur, *Figulus odit figulum: Musicus invidet Musico; faber, fabro.* Itaq; Amicitiam potiùs conflari ex Contrariis & Dissimilibus: quemadmodũ in rebus naturalibus apparet, omnia corpora mixta constare ex Contrariis qualitatibus. Et in Musica videmus ex Dissimilibus vocibus suavissimam constitui harmoniam. Fuerunt præterea *aliqui* qui dixerunt, unum tantùm Genus esse *Amicitiæ:* quod non possit in varias Species dividi, eò quòd Amicitia recipit magis & minús. Verùm quid de his opinionibus sentiendum sit, ex sequentibus patebit.

CAPUT II.

Quod est Objectum Amicitiæ?

Οὐ δοκεῖ πᾶν φιλεῖσθαι, ἀλλὰ τὸ φιλητόν· τοῦτο δ' ἐστὶν ἀγαθὸν, ἢ ἡδὺ, ἢ χρήσιμον.

OMne illud, quod amore dignum esse videtur: & vocatur φιλητόν, id est, *Amabile*. Estque triplex: *Bonum, Jucundum, Utile*; ἀγαθὸν, ἡδὺ, χρήσιμον. Hæc autem rursum vel suâ *Naturâ* & *Absolutè* sunt *talia:* vel solùm *Aliquibus talia* esse videntur, & dicuntur φαινόμενα.

Quo-

Quomodo distinguuntur hæc tria?

Bonum & *Jucundum* habent rationem *Finis*: *Utile* autem se habet ut *Medium* ad *Finem*, hoc est, per quod aliquod bonum, vel jucundum, consequimur.

Δόξειε δ' ἂν χρήσιμον εἶναι, δι' ὃ γίνεσθαι ἀγαθόν τι, ἢ ἡδονήν· ὥστε φίλητὰ ἂν εἴη τἀγαθὸν καὶ τὸ ἡδύ, ὡς τέλη.

Quid est Amicitia?

* *Amicitia* est mutua & manifesta inter aliquos benevolentia, vel virtutis, vel voluptatis, vel utilitatis causâ, ejus ipsius gratiâ, qui amatur, animo concepta. Φιλία ἐστὶν εὔνοια ἐν ἀντιπεπονθόσι μὴ λανθάνουσα. Similis ferè Definitio est apud *Cicer.* lib. 2. de *Invent.* *Amicitia est voluntas erga aliquem rerum bonarum, illius ipsius causâ quem diligit, cum pari ejus voluntate.*

* Τειῶν δ' ὄντων δι' ἃ φιλοῦσιν, ἐν μὲ τῇ τ' ἀψύχων φιλήσει, οὐ λέγεται φιλία· οὐ γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις, οὐδὲ βούλησις ἐκείνων ἀγαθῶν. &c.

Definitionis explicatio.

AMICITIA dicitur esse BENEVOLENTIA: Quia ut *Cicero* ait, *Ex propinquitate benevolentia tolli potest; ex amicitia autem tolli non potest.*

MUTUA: Quia requiritur in *Amicitia* ἀντιφίλησις, *Redamatio.*

MANIFESTA: Ut separetur ab *Amicitia simulata* & falsa, quæ non est erga alterum officiosa; item ab ea benevolentia, quæ potest esse erga eos, quibus nos nihil boni facimus, aut etiam facere non possumus.

IPSIUS GRATIA: Ut separetur ab *Adulatione*, quâ alterum amamus propter nos ipsos.

VIRTUTIS CAUSA: Ut ostendatur *Causa Efficiens*, quæ nos ad amandum alios impellit.

CAPUT III.

Sintne plures Amicitiæ Species?

MAximè. Quoniam enim *Tria Objecta Amicitiæ*, de quibus dictum est, *Specie* differunt; ideo etiam constituunt *Tres Specie differentes Amicitias:* Nempe, Amicitiam *Honestam*, *Jucundam*, & *Utilem.*

Διαφέρει δὴ ταῦτα ἀλλήλων εἴδει· καὶ αἱ φιλήσεις ἄρα, καὶ αἱ φιλίαι· τρία γάρ ἐστιν εἴδη τῆς φιλίας ἰσάκις ὅσοις φιλητοῖς· καθ' ἕκαστον γάρ ἐστιν ἀντιφίλησις ἡ λανθάνουσα· οἱ δὲ φιλοῦντες ἀλλήλους, βούλονται τἀγαθὰ ἀλλήλοις ταύτῃ, ᾗ φιλοῦσιν.

Quomodo distinguuntur hæ tres Species?

Οἱ μὲν οὖν διὰ τὸ χρήσιμον φιλοῦντες ἀλλήλους, ἢ καθ' αὑτοὺς φιλοῦσιν, ἀλλ' ἧ γίνεταί τι αὐτοῖς παρ' ἀλλήλων ἀγαθόν· ὁμοίως δὲ καὶ οἱ δι' ἡδονήν· καὶ συμβεβηκός τε δὴ φιλίαι αὗται εἰσιν· &c. Εὐδιάλυτοι δή· &c.

Prima Species dicitur *Amicitia per se*; éstque perfecta, firma, & stabilis: reliquæ duæ Species dicuntur *Amicitiæ per accidens*, & propter similitudinem, quam habent cum Amicitia honesta; súntque imperfectæ atque instabiles, & facilè dissolvuntur.

Amicitia utilis in quibus præcipuè habet locum?

2 *In Senibus* & iis qui senili vitio, hoc est, *Avaritiâ* laborant, & ad quæstum omnia referunt; neque admodum requirit conversationem: potest enim alter alteri utilis esse, etiamsi locis sint disjuncti. Ad hanc Speciem potest etiam referri φιλία ξενική, *Amicitia hospitalis*, quæ etiam utilitatis gratiâ solet inter aliquos constitui.

Amicitia Jucunda in quibus præcipuè locum habet?

3 *In Juvenibus*, qui plerunque secundum affectus vivunt, & omnes suas actiones voluptate metiuntur: ideóq; etiam expetunt mutuam conversationem, quâ se invicem possint oblectare.

Quare hæc Amicitia est Instabilis?

4 *Primùm*, Propter ætatem juvenilem, quæ per se est inconstans & mutabilis. *Deinde*, Propter naturam voluptatis, quæ etiam est momentanea. *Tertió*, Propter varietatem affectuum, quibus nunc huc nunc illùc agitantur.

Μάλιστα δ' ἐν τοῖς πρεσβύταις ἢ τοιαύτη φιλία δοκεῖ γίνεσθαι· &c.

Amicitia Honesta in quibus habet locum?

5 *Amicitia Honesta* non nisi inter bonos locum habere potest: gaudet etiam conversatione, per quam viri boni sibi mutuò propter virtutem non solùm sunt honesti, sed etiam jucundi & utiles.

Quare hæc Amicitia dicitur esse perfecta?

6 *Primùm*, Quia viri boni se mutuò propter se amant. *Deinde*, Quia est firma & stabilis propter virtutem: quæ

Ἡ δὲ τῶν νέων φιλία δι' ἡδονὴν εἶναι δοκεῖ· καὶ γὰρ ἔτοι ζῶσι, καὶ μάλιστα διώκουσι τὸ ἡδὺ αὐτοῖς, καὶ τὸ παρόν. 4 Τῆς ἡλικίας δὲ μεταπιπτούσης, καὶ τὰ ἡδέα γίνεται ἕτερα· διὸ ταχέως γίνονται φίλοι, καὶ παύονται. 5 Τελεία δ' ἐστὶν ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία, καὶ κατ' ἀρετὴν ὁμοίων. 6 Οὗτοι γὰρ τἀγαθὰ ὁμοίως ἀλλήλοις βούλονται, ἢ ἀγαθοὶ ἀγαθοὶ δ' εἰσὶ καθ' αὑτούς. Οἱ δὲ βελόμενοι τἀγαθὰ τοῖς φίλοις ἐκείνων ἕνεκα μάλιστα φίλοι· δι' αὑτοὺς γὰρ ἔτως ἔχουσι, καὶ ἐ κατὰ συμβεβηκός. διαμένει δὲν μάλιστα ἡ τοιούτων φιλία.

est res firmissima, quemadmodum in lib. 1. dictum fuit. *Tertiò*, Quia in se complectitur omnia φιλητά, *Amabilia*.

Quare hæc Amicitia dicitur esse rara?

* *Primùm*, Quia colitur tantùm à viris bonis: quorum magna est raritas & exiguus numerus. *Deinde*, Quia in eam non recipiuntur, nisi quorum virtus longo tempore est explorata. Atque hinc *Cicero* dicit factum esse, *ut ex omnibus seculis vix tria aut quatuor paria verorum amicorum fuerint reperta.*

* Σπανίας δ' εἰκὸς εἶναι τὰς τοιαύτας φιλίας· ὀλίγοις γὰρ οἷοί τοιοῦτοι. Ἔπι δὲ, πολλοῦ δεῖ χρόνου, καὶ συνηθείας.

CAPUT IIII.

Quid habet Amicitia Honesta commune cum duabus reliquis Speciebus?

QUòd etiam in se habet voluptatem & utilitatem.

Possúntne hæ duæ Species Amicitiæ etiam esse diuturnæ & stabiles?

* Possunt: ídque duobus maximè temporibus. *Primúm*, Quando utrinque fit par officiorum & beneficiorum in eodem genere compensatio. *Deinde*, Quando ex longa conversatione, etiam morum & studiorum contracta est similitudo: tunc enim tales incipiunt se mutuò non solùm propter utilitatem, aut voluptatem, sed etiam propter se amare.

Ἡ μὲν διὰ τὸ ἡδὺ, ὅμοίωμα ταύτης ἔχει· καὶ γὰρ οἱ ἀγαθοὶ, ἡδεῖς ἀλλήλοις.

In quo autem differt Amicitia Honesta à duabus reliquis Speciebus?

In quatuor. * *Primùm* enim, *Amicitia Honesta* est solùm inter bonos: *Utilis* autem & *Jucunda* potest etiam esse inter malos & improbos. *Deinde*, *Amicitia Honesta* est ἀδιάβλητος, hoc est, non dat locum calumniis, injuriis, & suspicionibus: *Reliquæ* verò *duæ Species* plurimas & propè infinitas habent occasiones & causas rixarum, in-

Ὁμοίως δὲ καὶ οἱ διὰ τὸ χρήσιμον, μάλιστα δὲ καὶ ἐν τούτοις αἱ φιλίαι διαμένουσιν, ὅταν τὸ ἴσον γίνηται παρ' ἀλλήλων, ὅπερ ἡδονή. Πολλοὶ δ' ἂν διαμένουσιν, ἐὰν ὦσι τῆς συνηθείας τὰ ἤθη σέρξωσιν ὁμοήθεις ὄντες. * Δι' ἡδονὴν μὲν οὖν, καὶ διὰ τὸ χρήσιμον, καὶ φαύλοις ἐνδέχεται φίλοις ἀλλήλοις εἶναι· δι' αὐτοὺς δὲ, δῆλον ὅτι μόνοις τοὺς ἀγαθούς. Καὶ μόνη δὴ ἡ τῶν ἀγαθῶν φιλία ἀδιάβλητός ἐστιν.

juriarum,

*Εἰς ταῦτα δὴ τὰ εἴδη τῆς φιλίας νενεμημένης, οἱ μὲν φαῦλοι ἔσονται φίλοι δι' ἡδονὴν ἢ τὸ χρήσιμον, ταύτῃ ὁμοιοι ὄντες· οἱ δ' ἀγαθοί, δι' αὐτοὺς φίλοι.

juriarum, & ſuſpicionum. *Tertiò*, In *Amicitia Honeſta* omnia tria φιλητὰ ſunt conjuncta: In *Reliquis* verò iſta ſunt plerunque ſeparata. *Quartò*,* In *Amicitia Honeſta* ſunt Simpliciter & Per ſe amici: in *Cæteris* verò ſuht ſolùm amici Per accidens, nempe propter voluptatem aliquam, aut utilitatem.

CAPUT V.

Quare ad Veram Amicitiam requiritur Convictus & Converſatio?

Ὡς δ' ἐπὶ τῶν ἀρετῶν, οἱ μὲν κατ' ἕξιν, οἱ δὲ κατ' ἐνέργειαν ἀγαθοὶ λέγονται· ὅτω δὴ καὶ ἐπὶ τῆς φιλίας. οἱ μὲν γὰρ συζῶντες χαίρουσιν ἀλλήλοις, καὶ πρὸς τἀγαθά· οἱ δέ, καθεύδοντες ἢ κεχωρισμένοι τοῖς τόποις, &c.

PRopter quatuor cauſas. *Primùm*, Quia ſine Converſatione non poteſt declarari præcipuus Amicitiæ uſus: qui conſiſtit in mutua officiorum communicatione. *Deinde*, Quia inter quos nulla eſt Converſatio, eorum Amicitia facilè diſſolvitur: unde natum eſt hoc *Proverbium*, Ἡ ἀπροσηγορία πολλὰς φιλίας διέλυσε. *Tertiò*, Apparet hoc in ſenibus & juvenibus: quorum illi ideo minùs apti ad Amicitias colendas videntur; quia propter moroſitatem, quâ plerique laborant, nemo libenter cum illis verſatur. Hi autem propter morum amabilitatem & facultatem aptiores ſunt ad Amicitias; quia delectantur converſatione: ſicut licet videre in Amicitia ἑταιρικῇ, *Sodalitiâ*. *Quartò*, Quia mutua Converſatio non ſolùm in ſecunda fortuna eſt amicis grata & jucunda; ſed etiam in adverſa fortuna eis neceſſaria ad auxilium & ſolatium: vita autem ſolitaria, in utraque fortuna eſt moleſta.

Annon poſſunt etiam abſentes ſe mutuò amare?

* Poſſunt: ſed eorum amor, potiùs *Benevolentia* nominanda eſt, quàm *Amicitia:* atque ideo voluntate quidem & κατὰ τὸ ἕξιν ſunt amici; non autem actu, & reipſa, κατὰ τὸ ἐνέργειαν.

Eſtne φίλησις eadem cum φιλία?

*Nequaquam: ſed differunt, *Primùm*, Quemadmodum πάθος καὶ ἕξις, *Affectus & Habitus*. Nam φίλησις eſt ſolùm nudus *Affectus*, quo aliquid leviter diligimus: φιλία

* Οἱ δ' ἀποδεχόμενοι ἀλλήλους, μὴ συζῶντες δέ, ἔυνοις ἐοίκασι μᾶλλον ἢ φίλοις. *Ἔοικε δ' ἡ μὲν φίλησις πάθει, ἡ δὲ φιλία ἕξει.

autem

autem est quidam quasi *Habitus*, hoc est, verus & constans amor, certo judicio erga aliquem animo conceptus. * *Deinde, Amicitia* habet conjunctam προαίρεσιν· φίλησις autem potest esse ἄνευ προαιρέσεως. *Tertiò*, Amicitia requirit parem ἀντιφίλησιν, ideóque tantùm potest esse erga homines: φίλησις autem non requirit ἀντιφίλησιν· potest enim esse etiam erga τὰ ἄψυχα. *Quartò*, In Amicitia amicus per se amatur: in φιλήσει autem aliquid amatur propter nos; nempè quatenus nobis videtur esse utile, aut jucundum.

Ἡ γὰρ φίλησις οὐχ ἵππον πρὸς τὰ ἄψυχά ἐστιν· ἀντιφιλοῦσι δὲ μὴ προαιρέσεως. Καὶ τὰ ἀγαθὰ βέλονται τοῖς φιλουμένοις ἐκείνων ἕνεκα, οὐ κατὰ πάθος, ἀλλὰ κατ' ἕξιν· &c.

CAPUT VI.

Quare Senes videntur minùs esse idonei ad colendas Amicitias?

QUia plerunque sunt δύσκολοι, hoc est, *difficiles*, morosi, & querulis ac propterea etiam inepti ad jucundas Conversationes, quæ in Amicitiis maximè requiruntur.

Ἐν δὲ τοῖς γηρυκοῖς καὶ πρεσβυτικοῖς ἧττον γίνεται ἡ φιλία, ὅσῳ δυσκολώτερόι εἰσι, καὶ ἧττον τοῖς ὁμιλίας χαίρουσιν.

Potéstne aliquis simul cum pluribus colere Amicitiam?

* *In Amicitia Jucunda & Utili* potest aliquis plures habere amicos, quibus potest esse vel jucundus, vel utilis: sed *In vera Amicitia*, quæ est propter virtutem, non potest aliquis plures habere amicos.

Quamobrem?

* *Primùm*, Quia in vera Amicitia requiritur summus amor, quo amicus debet amicum complecti: Talis autem amor non potest simul esse erga plures. *Deinde*, * Quia in vera Amicitia alter alteri debet vehementer placere: Unus autẽ pluribus vehementer placere non potest; imò qui studet omnibus placere, is id consequitur, ut nemini placeat: quemadmodum dici solet, *Qui omnibus est amicus, is nulli est amicus*. *Tertiò*, Quia vera Amicitia est solùm inter viros bonos: quorum certè exiguus est numerus. * *Quartò*, Quia vera Amicitia esse non potest, nisi inter eos, qui longo tempore se mutuò explorârunt & probârunt: hæc autẽ probatio difficulter potest inter plures fieri.

* Πολλοῖς δ' εἶναι φίλον καὶ τὴν τελείαν φιλίαν ἀδύνατον· ὥσπερ οὐδ' ἐρᾶν πολλῶν ἅμα.

* Ἔοικε γὰρ ὑπερβολή· τὸ τοιοῦτο δὲ πρὸς ἕνα πέφυκε γίνεσθαι. * Πολλοὺς δ' ἅμα τῷ αὐτῷ ἀρέσκειν σφόδρα, οὐ ῥᾴδιον. * Δεῖ δὲ καὶ ἐμπειρίαν λαβεῖν, καὶ ἐν συνηθείᾳ γενέσθαι· ὃ παγχάλεπον.

Utra

Utra autem magis similis est Veræ Amicitiæ? Eáne, quæ est Utilis; an ea, quæ est Jucunda?

* Τέτων δὲ μᾶλλον ἔοικε φιλία, ἡ διὰ τὸ ἡδύ.

Ea, quæ est *Jucunda*, magis videtur *Amicitia* esse nominanda, quàm ea quæ est *Utilis*.

Quamobrem?

* Μᾶλλον γὰρ ἐν ταύταις τὸ ἐλεύθερον· ἢ ἢ διὰ τὸ χρήσιμον, ἀγοραίων. Καὶ οἱ μακάριοι χρησίμων μὲν δέονται· ἡδέων δέ. * Οἱ δ' ἐν ταῖς ἐξουσίαις διηρημένοις φαίνονται χρῆσθαι τοῖς φίλοις· ἄλλοι γὰρ αὐτοῖς εἰσι χρήσιμοι, καὶ ἕτεροι ἡδεῖς.

* *Primùm*, Quia magis est ingenua, & homine liberaliter educato dignior. *Utilem* enim *Amicitiam* præcipuè sectantur homines avari & sordidi: qui eâ amicitiâ quæstum facere conantur. *Deinde*, Quia etiam beati potius jucundos amicos expetunt, propter conversationem, quàm utiles: quia nullâ re egent.

Quales Amicos expetunt ii, qui in potestate sunt constituti?

* *Potentes* & *Magnates* diversis coguntur uti amicis. *Aliis* quidem *ad Voluptatem* & oblectationem; veluti sunt homines faceti, scurræ, adulatores, moriones, lusores, & similes: Aliis verò *ad Utilitatem*, nimirum in eorum negotiis expediendis, & commodis promovendis.

CAPUT VII.

Habésne aliam Amicitiæ Divisionem?

Εἰσὶ δ' ἐν αἱ εἰρημέναι φιλίαι ἐν ἰσότητι· ἕτερον δέ ἐστι φιλίας εἶδος, τὸ καθ' ὑπεροχήν. * Οἷον πατρὶ πρὸς υἱόν, καὶ ὅλως πρεσβυτέρῳ πρὸς νεώτερον, ἀνδρί τε πρὸς γυναῖκα, καὶ παντὶ ἄρχοντι πρὸς τὸν ἀρχόμενον.

HAbeo. Nam *Amicitiæ* aliæ dicuntur esse ἐν ἰσότητι, *in æqualitate*: aliæ verò ἐν ὑπεροχῇ, *in quadam excellentia*.

Quæ Amicitiæ dicuntur esse ἐν ἰσότητι?

Quæ sunt inter amicos, qui dignitate, conditione, & aliis bonis sunt æquales, & paria sibi mutuò officia præstare possunt: veluti qui sibi mutuò pariter sunt honesti, vel jucundi, vel utiles.

Quæ Amicitiæ dicuntur esse ἐν ὑπεροχῇ?

* Quæ sunt inter eos, quorum alter dignitate, ætate, vitæ conditione, aut aliis bonis antecellit: cujusmodi est A-

micitia

micitia inter principem & ſubditos, parentes & liberos, dominum & ſervum, maritum & uxorem, ſenem & juvenem, divitem & pauperem.

Quoniam, ſecundum Pythagoréos, φιλότης ἔξιν ἰσότης, Amicitia eſt æqualitas: oſtende mihi, quo pacto poſſit inter inæquales eſſe Amicitia?

* Quia Amicitia eſt pars quædam Juſtitiæ: ideo inter inæquales tunc poteſt eſt amicitia, quando officiorum & beneficiorum compenſatio fit ſecundum proportionem Geometricâ, per quam inæqualitas illa tollitur: quod fit, quando is, qui inferior eſt, eum, qui dignitate, potentiâ, autoritate, opibus, aliiſque rebus ſuperior eſt, eò majore amore, honore, obſervantiâ, cæteriſq; officiis proſequitur.

Τὰ αὐτὰ μὲν δὴ ὅτε γίνεται ἐκαγέρῳ παρὰ θατέρου, ὅτε δεῖ ζητεῖν. Ὅταν δὲ γονεῦσι μὲν τέκνα ἀπονέμῃ ἃ δεῖ τοῖς γεννήσασιν, &c. μόνιμον δὲ καὶ τῶν τοιούτων καὶ ὁμοιότης ἔσται φιλία. ἀνάλογον δ' ἐν ἅπασαις ταῖς καθ' ἑτεροχήν &c.

Eſtnè igitur eadem ratio æqualitatis in Amicitia, quæ eſt in Juſtitia?

* Non. Nam in *Juſtitia* primarium locum habet *æqualitas Geometrica*, in qua ſpectatur ἡ ἀξία dignitas perſonarum: In *Amicitia* autem primarium locum habet *æqualitas Arithmetica*; per quam, quantum fieri poteſt, paria paribus compenſantur. Nam quò major eſt in amicitia æqualitas, & ſimilitudo, eò etiam ipſa eſt firmior & diuturnior: quemadmodum contrà nihil magis diſſolvit amicitiam quàm inæqualitas, & diſſimilitudo.

Si Inæqualitas, & Diſſimilitudo, dirimit Amicitias: Igitur amico non debemus optare maxima bona; ea enim ſi conſequatur, efficietur nobis diſſimilis.

* Ea bona amico ſunt optanda, per quæ poſſit eſſe, & manere noſter amicus, hoc eſt, nobis honeſtus, jucundus, vel utilis. Quòd ſi verò ei talia bona optaremus, qualia conſecutus non poſſit ampliùs eſſe noſter amicus, propter nimiam diſſimilitudinem; tùm certè ſpoliaremus nos ipſos magno bono: ſiquidem etiam amici inter noſtra bona numerantur, infrà lib. 9. cap. 9.

* Οὐχ ὁμοίως δὲ τὸ ἴσον ἔν τε τοῖς δικαίοις, καὶ ἐν τῇ φιλίᾳ φαίνεται ἔχειν ἔστι μὲν γὰρ ἐν μὲν τοῖς δικαίοις ἴσον πρώτως, τὸ κατ' ἀξίαν· τὸ δὲ κατὰ ποσόν, δευτέρως· ἐν δὲ τῇ φιλίᾳ, τὸ μὲν κατὰ ποσόν, πρώτως· τὸ δὲ κατ' ἀξίαν, δευτέρως. * Ὅθεν καὶ ἀπορεῖ τις, μή ποτ' οὐ βέλονται οἱ φίλοι τοῖς φίλοις τὰ μέγιστα τῶν ἀγαθῶν, οἷον θεὸς εἶναι. &c.

CAPUT VIII.

Quotuplex est Amor in Amicitia?

DUplex. *Activus*, quo alterum amamus: & *Passivus*, quo ab altero amamur. Ἡ φιλία ὄξὶν ἐν τῷ φιλεῖν, καὶ ἐν τῷ φιλεῖσθαι.

In quo autem Amore vis Amicitiæ maximè consistit?

* *In amore Activo*, ἐν τῷ φιλεῖν· Siquidem *Præcipua laus omnium virtutum in actione consistit*; teste *Cicerone*. Magis autem laudantur, qui amant, quàm qui amantur. Probatur exemplo amoris materni: nam matres magis gaudent eo amore quo ipsæ suos liberos prosequuntur, quàm eo quo vicissim ab illis amantur.

Cur igitur plerique malunt amari?

* *Propter φιλοτιμίαν*, id est, *ambitionem* & cupiditatem honorum. Existimant enim *Amari* idem esse quod *Honorari*; ideóque, cùm amantur, putant se honorari: & sic amorem seu amicitiam expetunt propter honorem, falsò existimantes honorem præstantiorem esse amicitiâ.

Quæ Amicitiæ sunt maximè Stabiles & Diuturnæ?

* *Primùm*, Illæ, in quibus amici se mutuò amant κατ' ἀξίαν, id est, *pro cujusque merito* & dignitate: sic enim etiam inter inæquales existere potest ὁμοιότης καὶ ἰσότης, *Similitudo* & *æqualitas*, quæ est conservatrix Amicitiæ. *Deinde*, Amicitiæ bonorum maximè sunt stabiles: quia sicut viri boni sibi semper sunt similes & constantes in proposito; ità etiam erga alios sunt in amore constantes. *Præterea*, Quia viri boni pro sua persona neque ipsi admittunt aliquid, quod est turpe: neque ab amico tale quippiam postulant fieri; sed, quantũ in ipsis est, illa prohibent.

Quæ Amicitiæ sunt Instabiles?

* *Primùm*, Amicitiæ malorum & improborum hominum, qui ut ipsi facilè mutant animum: ità etiam incon-

Οἱ πολλοὶ ᾧ δοκοῦσι διὰ φιλοτιμίαν βέλεσθαι φιλεῖσθαι μᾶλλον ἢ φιλεῖν· διὸ φιλοχόλακες, οἱ πολλοί.

* Δοκεῖ δ' ἐν τῷ φιλεῖν μᾶλλον, ἢ ἐν τῷ φιλεῖσθαι, εἶναι· σημεῖον δέ, αἱ μητέρες ἡδέως φιλεῖν χαίρουσι.

* Τὸ δ' ᾧ φιλεῖσθαι ἐγγὺς εἶναι δοκεῖ πως τιμᾶσθαι, ὃ δὴ οἱ πολλοὶ ἐφίενται.

* Ὥστ' ἐν οἷς τοῦτο γίνεται κατ' ἀξίαν, ἅτοι μόνιμοι φίλοι, καὶ ἡ τοιούτων φιλία· ἅπαν δ' ἂν καὶ οἱ ἄνισοι μάλιστ' εἶεν φίλοι· ἰσάζοιντο γὰρ ἄν. ἡ δὲ ἰσότης καὶ ὁμοιότης, φιλότης· καὶ μάλιστα μὲν ἡ τῶν κατ' ἀρετὴν ὁμοιότης. μόνιμοι γὰρ ὄντες καθ' αὑτούς, καὶ πρὸς ἀλλήλους μένουσι, καὶ ὅτε δέονται φαύλων, οὐδ' ὑπηρετοῦσι τοιαῦτα, ἀλλὰ καὶ διακωλύουσιν· &c. * Οἱ δ' ἀγαθοὶ τὸ μὲν βέβαιον ἔχουσιν· ἑαυτοῖς διαμένουσιν ὅμοιοι ὄντες· &c.

ſtantes ſunt in Amicitia erga alios. *Deinde*, Inſtabiles etiam ſunt ex Amicitiæ, quæ ſolùm propter voluptatem aut utilitatem ſunt contractæ. Nam ſublatâ voluptate vel utilitate, quæ ſunt res incertæ & momentaneæ, ſimul etiam tollitur Amicitia.

CAPUT IX.

Habésne præterea aliam Amicitiæ Diviſionem?

HAbeo. Nam quia Amicitia eſt quædam Societas; diverſæ autem ſunt Societatum Species: ideò etiam juxta eaſdem Species diverſæ poſſunt Amicitiarum Species conſtitui.

Quomodo probas Amicitiam eſſe Societatem?

* Primùm, *A cognatione* quæ eſt *inter Amicitiam & Juſtitiam:* Nam cùm Amicitia ſit pars quædam Juſtitiæ, ſicut in primo cap. dictum fuit; Juſtitia autem tantùm eſt inter eos, qui aliquâ communione & Societate inter ſe ſunt conjuncti, ut in libro quinto dictum fuit: ſequitur etiam, Amicitiam eſſe quandam Societatem. Deinde, *Ex communi loquendi conſuetudine:* Nam eos, qui Societate aliquâ inter ſe ſunt conjuncti, etiam amicos ſolemus appellare: veluti ſunt ſocii ſtudiorum, militiæ, Collegiorum, navigationis, peregrinationis, & ſimilium rerum. Tertiò, *Ex loco Conjugatorum:* Nam ſi Τὰ τῶν φίλων κοινά, id eſt, *Amicorum omnia ſunt communia:* Igitur etiam φιλία ἐστὶ κοινωνία, *Amicitia eſt communio & Societas.*

* Εοικε δ', καθάπερ ἐν ἀρχῇ εἴρηται, περὶ ταῦτα καὶ ἐν τοῖς αὐτοῖς εἶναι ἥ τε φιλία καὶ τὸ δίκαιον· ἐν ἁπάσῃ γὰρ κοινωνίᾳ δοκεῖ τὸ δίκαιον εἶναι, καὶ φιλία δὲ πρεσβεύειν ἂν ὡς φίλας τὰς σύμπλους καὶ τὰς συστρατώτας καὶ ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐν ταῖς ἄλλαις κοινωνίαις. καθόσον δὲ κοινωνοῦσιν, ἐπὶ τοσοῦτόν ἐστι φιλία· καὶ γὰρ καὶ τὸ δίκαιον. Καὶ ἡ παροιμία, Κοινὰ τὰ φίλων, ὀρθῶς. * Ἔστι δὲ ἀδελφοῖς μὲν καὶ ἑταίροις πάντα κοινά· τοῖς δὲ ἄλλοις ἀφωρισμένα. καὶ τοῖς μὲν, πλείω· τοῖς δὲ, ἐλάττω.

Eſtnè eadem rerum Communio in omnibus Societatibus?

* Non. *Quædam* enim *Societates omnia* habent communia: *quædam*, ſolùm *aliqua*; & hæ rurſum vel habent *multa*, vel *pauca Communia*. Semper autem eò arctior eſt Societas & Amicitia, quò plura habent communia. Similimodo etiam variant *Jus* & *Injuria:* ut inter quos *maxima* eſt *communio*, inter eos quoque poſſit eſſe *plurimum Juris* vel *Injuriæ*.

Quid ex his sequitur?

Διαφέρει δὲ τὰ δίκαια· ἐ γὰρ τῶν τὰ γονεῦσι πρὸς τέκνα καὶ ἀδελφοῖς πρὸς ἀλλήλους, ἐδὲ ἑταίροις καὶ πολίταις· ὁμοίως δὲ καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων φίλων. ἕτερα δὲ καὶ τὰ δίκαια καὶ ἄδικα πρὸς ἑκάστους τούτων, καὶ αὔξησιν λαμβάνει, τῷ μᾶλλον πρὸς φίλους εἶναι· δίον, χρήματα ἀποστερῆσαι ἑταῖρον, δεινότερον ἢ πολίτην· καὶ μὴ βοηθῆσαι ἀδελφῷ, ἢ ὀθνείῳ· καὶ πατάξαι πατέρα, ἢ ὀντινανοῦν ἄλλον. *Αἱ δὲ κοινωνίαι πᾶσαι μοιρίοις εἴδεσι τῆς πολιτικῆς· συμπορεύονται γὰρ ἐπί τινι συμφέροντι, καὶ ποιοῦμενοί τι τῶν εἰς τὸν βίον.

Exhac rerum communione & societate sequitur, Majores esse injurias, qui inferuntur iis, cum quibus major nobis intercedit communio & societas: Exempli gratiâ, Major injuria est, Verberare patrem, aut fratrem, quàm peregrinum; gravius est, Defraudare socium, quàm aliquem alium.

Quò referendæ sunt omnes Privatæ Societates & Amicitiæ?

*Ad Finem Politicæ Societatis, hoc est, ad communem & publicam civitatis felicitatem: ad quem etiam omnes omnium artium & actionum fines sunt referendi, tanquam ad finem architectonicum & principalem; quemadmodum in primo libro dictum fuit.

CAPUT X.

Quotuplices sunt Species Civilis Societatis?

Πολιτείας δ' ὄντων εἰδῶν τριῶν, ἴσας δὲ καὶ παρεκβάσεις, δίον φθοραὶ τούτων. *Εἰσὶ δ' αἱ μὲν πολιτεῖαι, βασιλεία τε καὶ ἀριστοκρατία· τρίτη δ' ἡ ἀπὸ τιμημάτων, ἣν τιμοκρατικὴν λέγειν οἰκεῖον φαίνεται.

DUplices: Aliæ enim sunt *Bonæ*; aliæ *Vitiosæ*, quæ nominantur φθοραί, id est, *Pestes* & interitus Rerumpub. item παρεκβάσεις, quasi *Digressiones*, aut declinationes à bona Reipub. forma.

Quot sunt bonæ formæ?

*Tres. Quarum *Una* vocatur βασιλεία, *Regnum*, sive *Regia gubernatio:* in qua omnis potestas est penes unum qui secundum leges imperat ad subditorum utilitatem, & βασιλεὺς, *Rex*, appellatur. *Altera* est ἀριστοκρατία, id est *Optimatum potentia:* in qua administrationem habent ii qui prudentiâ, justitiâ, & aliis virtutibus cæteris antecellunt. *Tertia* est τιμοκρατία, i. e. *Censualis potestas*, in qua præsunt rebus ii, qui censu & opibus cæteris sunt superiores: vocatur à Platone τιμαρχία, & à Xenophonte πλουτοκρατία.

Quot-

Quot sunt vitiosæ formæ?

Etiam *Tres*, quæ jam dictis opponuntur. *Una* dicitur τυραννίς, *Tyrannis:* in qua imperium est penes unum, qui non secundum leges, sed pro voluntate & libidine sua imperat. *Altera* vocatur ὀλιγαρχία, *Dominatus paucorum:* in qua potestas est penes paucos, qui vel propter potentiam, vel opes, vel gratiam, vel alias ob causas dominium consecuti sunt. *Tertia* est δημοκρατία, *Popularis administratio:* in qua populi arbitrio omnia in Republica geruntur & administrantur.

Quæ ex his formis optima?

Ἡ βασιλεία, h.e. *Regia gubernatio:* si modò Rex talis sit, qualis esse debet: hoc est, si est αὐταρκὴς καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων, *Si sua sibi sufficiunt, & omnibus aliis bonis excellit.*

Τούτων δὲ βελτίστη μία, ἡ βασιλεία.

Quæ est pessima forma?

* Ἡ τυραννίς, *Tyrannis:* quoniam optimæ formæ opponitur.

Et paulò pòst,

Οὐ γάρ ὅτι βασιλεύς, ὁ μὴ αὐτάρκης, καὶ πᾶσι τοῖς ἀγαθοῖς ὑπερέχων.

Unde existunt hæ vitiosæ formæ?

Ex corruptione bonarum formarum.

Quonam modo?

* *Ex Regia gubernatione* fit *Tyrannis:* quando rex, neglectâ subditorum salute, non ampliùs secundum leges imperat, sed suam solùm utilitatem & potentiam quærit. *Ex Aristocratia* autem fit *Oligarchia:* quando ii qui præsunt, neglecto virtutis studio & communi bono, incipiunt indulgere suis affectibus, & privata sua commoda quærere. Denique, *Ex Timocratia* fit *Democratia:* quando iis, quibus Reipub. administratio committenda est, exiguus præfinitur census: tunc enim plures possunt publicorum honorum esse capaces.

* Κάκιστον δέ, τὸ ἐναντίον τῷ βελτίστῳ.

* Μεταβαίνει δὲ ἡ βασιλείας εἰς τυραννίδα. φαυλότης γάρ ἐστι μοναρχίας ἡ τυραννίς. Ἐξ ἀριστοκρατίας δὲ εἰς ὀλιγαρχίαν, κακία τῶν ἀρχόντων, οἳ νέμουσι τὰ τῆς πόλεως παρὰ τὴν ἀξίαν, &c. Ἐκ δὲ τιμοκρατίας εἰς δημοκρατίαν· σωόρεσι γάρ ἐστιν αὗται.

Quo pacto hæ formæ etiam Domesticæ Societati applicantur?

Regni speciem repræsentat *Patris imperium* in libe-

Ὁμοιώματα δ' αὐτῆς καὶ ὅτου παραδείγματα λάβοι τις ἂν καὶ ἐν ταῖς οἰκίαις· ἡ μὲν γὰρ πατρὸς ἀρχὴ υἱέων καὶ τέκνων βασιλείας ἔχει σχῆμα· παιτρικὴ γὰρ βέλτιον ἡ βασιλεία ἐστίν). Ἐν Πέρσαις δὲ, ἡ τοῦ πατρὸς, τυραννική· χρῶνται γὰρ ὡς δούλοις τοῖς υἱέσι· τυραννικὴ δὲ καὶ ἡ τοῦ ἀνδρὸς πρὸς δούλας. Ἀνδρὸς μὲν καὶ γυναικὸς ἀριστοκρατικὴ φαίνεται καθ' ἀξίαν· καὶ ὁ ἀνὴρ ἄρχει, καὶ ὡς δεῖ τὰ περὶ ἄνδρα· ὅσα δὲ γυναικὶ ἁρμόζει, ἐκείνην ἀποδίδωσιν. Ἅπαντα δὲ κυριεύων ὁ ἀνὴρ εἰς ὀλιγαρχίαν μεθίστησι. &c. Τιμοκρατικὴ δ' ἔοικεν ἡ τῶν ἀδελφῶν· &c. Δημοκρατία δὲ μάλιστα ἐν ταῖς ἀδεσπότοις τῆς οἰκήσεως.

ros & familiam: *Tyrannidem* verò refert *imperium Herile* in servos; & *Patria potestas*, in filios, apud Persas. *Aristocratiæ* similis est *Conjugalis Societas* inter maritum & uxorem; ambo enim debent esse ἄριστοι, optimi in domo. Ex ea autem fit Oligarchia, quando vel maritus omnia solus vult administrare; vel uxor propter amplitudinem dotis vult dominari: & tunc dicitur esse γυναικοκρατία. *Timocratia* videtur esse *In societate fraterna*: quoniam quamdiu adhuc sunt in patria potestate, sunt æquales opibus & dignitate. *Democratiæ* verò similis est οἶκος ἀδέσποτος, *domus carens domino*, qui eam rectè possit administrare: tunc enim efficitur ἀναρχία, & omnes æquè volunt imperare.

CAPUT XI.

Qualis igitur est in singulis jam dictis formis Politicæ, & Domesticæ societatis, Amicitia?

Καθ' ἑκάστην δὴ τῶν πολιτῶν φιλία φαίνεται, ἐφ' ὅσον καὶ τὸ δίκαιον.

IN singulis prædictis Speciebus Politicæ, & Domesticæ Societatis, tantum est Amicitiæ, quantum in illis est Juris: tantum verò in illis est Juris, quantum est Communionis bonorum.

Qualis est Amicitia in Regia gubernatione, & Paterna societate?

* Βασιλεῖ μὲν πρὸς τοὺς βασιλευομένους ἐν ὑπεροχῇ εὐεργεσίας, &c τοιαύτη δὲ καὶ ἡ πατρικὴ· &c.

In his duabus Societatibus *Amicitia* consistit ἐν ὑπεροχῇ, hoc est, *In Excellentia beneficiorum*. Etenim quantò rex suis subditis & pater suis liberis majora præstant beneficia ad bene beatéque vivendum: tantò majore amore, honore, observantiâ, aliisque obsequiis sunt vicissim ab illis prosequendi.

Qualis est Amicitia in Aristocratia, & Conjugali societate?

* Etiam in his Societatibus existit *Amicitia* ἐν ὑπεροχῇ.

χῇ, *In excellentia.* Nam quantò magis alter conjugum alterum virtute & autoritate superat: tantò etiam magis ab altero est diligendus, & pluribus atque majoribus obsequiis & officiis colendus.

καὶ ἀνδρὸς ὃ πρὸς γυναῖκα ἡ αὐτὴ φιλία ἥ χ' ἐν ἀειστοκρατίᾳ.

Qualis est Amicitia in Timocratia, & Fraterna societate?

In his Societatibus ea *Amicitia* locum habet, quæ dicitur esse ἐν ἰσότητι, *in æqualitate.* Sicut enim in Timocratia cives sunt propè æquales censu: ità in fraterna societate est propè æqualitas ætatis, autoritatis, patrimonii, morum & studiorum, similiúmque rerum.

Ἡ δὲ τῶν ἀδελφῶν, τῇ ἑταιρικῇ ἔοικεν· ἴσοι γὰρ καὶ ὁμιλικιῶται. &c. ἔοικε δὲ ταύτῃ καὶ ἡ κατὰ τιμοκρατικὴν πολιτεία· ἴσοι γὰρ οἱ πολῖται βούλονται καὶ ἐπιεικεῖς εἶναι.

Qualis est Amicitia in vitiosis Speciebus utriusque Societatis?

* Aut *Nulla*, aut *Perexigua.* Quia in illis ferè *Nulla* est *bonorum communio*; ideóque etiam *Nullum Jus*, & per Consequens *Nulla Amicitia:* nisi fortè in *Democratia*; in qua cives non solùm libertatem, sed etiam multa alia habent communia. In *Tyrannide* autem, & *Oligarchia*, nihil est commune Subditis cum *Tyranno*, & *Oligarchicis:* sicut etiam in *Herili societate*, nihil est *Servo* commune cum *Domino.*

* Ἐν δὲ ταῖς παρεκβάσεσιν ὥσπερ καὶ τὸ δίκαιον ὀλίγον ἢ μηδέν ἐστιν, οὕτω δὲ καὶ ἡ φιλία ἐστί, καὶ ἥκιστα ἐν τῇ χειρίστῃ· ἐν τυραννίδι γὰρ οὐδὲν ἢ μικρὸν φιλίας. &c. Αἱ δ' ἐν ταῖς δημοκρατίαις [φιλίαι] ἐπὶ πλεῖον· πολλὰ γὰρ τὰ κοινὰ ἴσοις ἔστιν.

CAPUT XII.

Quam colligis ex jam dictis novã Amicitiæ Divisionem?

AMicitia existit inter aliquos vel à Natura, & nominatur φυσική, id est, *Naturalis:* vel propter civilem rerum communionem, & vocatur πολιτική, *Civilis*; item κοινωνική, quasi *Communicativa*; cujus sunt plures aliæ Species, pro varietate rerum, quas inter se aliqui cõmunicant.

Ἐν κοινωνίᾳ μὲν ἔστι πᾶσα φιλία ἐστί, &c

Quot sunt Species Naturalis Amicitiæ?

* *Tres.* Quarum *Prima* est, quæ nascitur *Ex sanguinis cognatione:* & generali vocabulo appellatur συγγενική. Atque hujus sunt *Tres* aliæ *Species:* quarum *Una* dicitur πατρική, *Paterna*; quæ est inter parentes & liberos. *Altera* ἀδελφική, *Fraterna:* quæ est inter fratres. *Tertia* Specialiter dicta συγγενική quæ est *Inter agnatos & cognatos.*

* Καὶ ἡ συγγενικὴ δ' φαίνεται πολυειδὴς ἐστί, καὶ ἡ μὲν τῶν πάντα ἐκ τῆς πατρικῆς. &c

Quæ eſt altera Species Naturalis Amicitiæ?

'Ανδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν.

Altera Species Naturalis Amicitiæ eſt, quæ propter matrimonium & nuptias inter aliquos eſt conſtituta: ideóque nominatur γαμικὴ, *Conjugalis*, ſeu Nuptialis. Cujuſmodi eſt præcipuè ea Amicitia, quæ eſt inter conjuges, maritum & uxorem: ex qua exiſtunt reliquæ affinitates.

Quæ eſt Tertia Species Naturalis Amicitiæ?

Tertia Species Naturalis Amicitiæ eſt, quæ inter aliquos nata eſt, *Propter quandam ſimilitudinem.* Hæc autem ſimilitudo vel eſt *Ratione Speciei*; propter quam naturaliter homo homini eſt amicus: vel *Ratione aliorum accidentium* & circumſtantiarum; veluti ætatis, ſexûs conditionis, morum, ſtudiorum, & ſimilium rerum. Naturaliter enim Simile amicum eſt ſimili.

Unde naſcitur Paterna Amicitia?

* Οἱ γονεῖς μὲν γὰρ στέργουσι τὰ τέκνα, ὡς ἑαυτῶν τι ὄντα· τὰ δὲ τέκνα, τοὺς γονεῖς, ὡς ἀπ' ἐκείνων τι ὄντα.

* 'Εκ τῆς φιλαυτίας, *Ex amore ſuiipſius:* Ut enim quiſq; ſeipſum amat; ità quoque amat ſua, quæ ab ipſo ſunt profecta. Liberi autem ſunt de ſubſtantia parentum: à quibus habent non ſolùm animum, corpus, & vitam, ſed etiam vitæ ſubſidia; ut nutrimentum, educationem, & inſtitutionem ad vitam bene beatéq; degendam. Quam ob cauſam etiam viciſſim debent parentes ſuos ſummo amore complecti, omnibúſque pietatis officiis & obſequiis colere.

Eſtnè utrinque æqualis amor?

* Μᾶλλον δ' ἴσασιν οἱ γονεῖς τὸ ἑξ αὐτῶν, ἢ τὰ γεννηθέντα ὅτι ἐκ τέτων. Καὶ μᾶλλον σωζωκέωται τὸ ἀφ' ἑαυτῶ τῷ γεννηθέντι, ἢ τὸ γεννώμενον τῷ ποιήσαντι. Καὶ πᾶν πλήθει ὂν τῷ χρόνῳ οἱ μὲν γὰρ εὐθὺς γεννώμενα στέργουσι· τὰ δὲ περιελθόντα τοῖς χρόνοις, τοὺς γονεῖς, σύνεσιν ἢ αἴσθησιν λαβόντα. 'Εκ τέτων δὲ δῆλον καὶ δι' ἃ φιλοῦσι μᾶλλον αἱ μητέρες.

* Deberet quidem eſſe: ſed tamen *Parentum amor* erga liberos eſt *major*, quàm horum erga illos. *Primùm*, Quia parentes magis ſciunt liberos eſſe ſuos, quàm hi ſciunt iſtos eſſe ſuos parentes. *Deinde*, Quia parentes magis liberis ſunt conjuncti, quoniam ex ipſorum ſubſtantia ſunt procreati, quàm liberi parentibus. *Tertiò*, Quia parentes diutiùs ſuos liberos amârunt, quàm hi illos. Nam parentes ſtatim poſtquam in hanc lucem ſunt editi, eos inceperunt amare: Liberi autem ſuos parentes tùm demum amare incipiunt, quando eos agnoſcunt. Atque ferè propter eaſdem cauſas, matres vehementiùs videntur amare ſuos liberos, quàm patres.

Que

Quæ ſunt Cauſæ Amicitiæ Fraternæ?

Tres ſunt præcipuæ ejus *Cauſæ*. *Prima* eſt, ἡ ταὐτότης, *Identitas*, quoad originem; ſunt enim ex iiſdem nati parentibus: unde dicuntur eſſe idem ſanguis, & eadem radix, vel ſtirps. *Altera* eſt, ὁμηλικία, *Ætatis æqualitas*; quæ plurimùm facit ad conciliandum amorem: unde in Proverbio dicitur, Ἡλιξ ἥλικα τέρπει, *Æqualis æqualem delectat*. *Tertia* eſt, σωτροφία, *Communis educatio*, inſtitutio, & converſatio: ex qua naſcitur morum ſimilitudo, cujus maxima vis eſt ad conciliandum amorem.

Quæ ſunt Cauſæ Amicitiæ Agnatorum & Cognatorum?

* Ferè eædem, quæ fratrum: Quia etiam ſunt ab eadem origine oriundi, habéntq; eundem ἀρχηγόν, *autorem ſui generis*. Differunt tamen hæ, quòd aliæ aliis ſunt arctiores: quatenus ſunt vel *Propinquiores*, vel *Remotiores* à primo autore ſui generis.

Quæ eſt Cauſa Efficiens Amicitiæ Conjugalis?

* *Cauſa Efficiens* eſt ἡ φύσις, *Natura*. Quia homo naturâ magis propenſus eſt ad Conjugalem, quàm ad Civilem ſocietatem: quandoquidem ea ſocietas eſt omnium prima & maximè neceſſaria. *Præterea*, Quia nihil magis eſt naturale, aut commune omnibus animalibus, quàm procreatio ſobolis: unde etiam Jureconſulti eam referunt ad Jus Naturæ.

Quæ eſt Cauſa Finalis?

* *Ariſtoteles* duas Cauſas Finales recenſet: τὴν τεκνοποιΐαν, *Propagationem ſobolis*; & τὴν εἰς τὸν βίον βοήθειαν, *Mutuum in vita auxilium*.

Quæ ſunt Cauſæ Conſervantes Amicitiæ Conjugalis?

* Primùm, *Communes Cauſæ* ſunt, *Tria* illa φιλητά, id eſt, *Amabilia*, de quibus initiò dictum fuit, τὸ καλόν, τὸ ἡδύ, τὸ συμφέρον. * Deinde, *Cauſæ Peculiares* ſunt, *Tria* illa, quæ ſpectant ad Officia Conjugum, quæ ſunt, *Fides*, *Benevolentia*, & *Conſuetudo*.

Ἀδελφοὶ δ' ἀλλήλους [φιλοῦσι,] τῷ ἐκ τῶν αὐτῶν πεφυκέναι· ἡ γὰρ πρὸς ἐκεῖνα ταὐτότης ἀλλήλοις ἑαυτὸ ποιεῖ· διὸ φασι ταὐτὸν αἷμα καὶ ῥίζαν, καὶ τὰ τοιαῦτα. μέγα δὲ πρὸς φιλίαν καὶ τὸ σωτρόφον, καὶ τὸ καθ' ἡλικίαν· Ἡλιξ γὰρ ἥλικα, καὶ Οἱ συνήθεις ἑταῖροι.

* Ἀνεψιοὶ δὲ καὶ οἱ λοιποὶ συγγενεῖς ἐκ τούτων συνεστᾶσιν· τῷ γὰρ ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἶναι. γίνονται δ' οἱ μὲν οἰκειότεροι, οἱ δ' ἀλλοτριώτεροι, τῷ σύεγγυς ἢ πόρρω τὸν ἀρχηγὸν εἶναι. * Ἀνδρὶ δὲ καὶ γυναικὶ φιλία δοκεῖ κατὰ φύσιν ὑπάρχειν· ἄνθρωπος γὰρ τῇ φύσει συνδυαστικὸν μᾶλλον ἢ πολιτικόν. * Οἱ δ' ἄνθρωποι καὶ μόνον τῆς τεκνοποιΐας χάριν συνοικοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν εἰς τὸν βίον. * Διὰ ταῦτα δὲ καὶ τὸ χρήσιμον εἶναι δοκεῖ καὶ τὸ ἡδὺ ἐν ταύτῃ τῇ φιλίᾳ· εἴη δ' ἂν καὶ δι' ἀρετήν, ἐὰν ἐπιεικεῖς ὦσιν. Συνδεσμοῦσι δὲ τὰ τέκνα δοκεῖ εἶναι.

τὸ χρήσιμον, *Honeſtum, Jucundum,* & *Utile*. Deinde, *Propriæ cauſæ* ſunt, τὰ τέκνα, *Liberi:* qui ſunt velut vinculum conjugii, quo amor conjugum quodammodo eſt connexus & colligatus.

Quod habes præceptum generale de officiis, quibus ſingulæ hæ Amicitiæ ſunt colendæ?

Τὸ δὲ, πῶς συμβιωτέον ἀνδρὶ πρὸς γυναῖκα, καὶ ὅλως φίλῳ πρὸς φίλον ἑκάστῳ ἕτερόν φαίνεται ζητεῖσθαι, ἢ πῶς δίκαιον.

* Quoniam *Amicitia* eſt *pars* quædam Juſtitiæ: ideo in omni Amicitia rectè colenda videndum eſt, quid & quantum cuique amico debeatur. Hoc enim ſi ei *Secundum dignitatem* & *juſtam proportionem*, κατ' ἀξίαν καὶ ἀναλογίαν tribuatur, tum ſatisfactum eſt Amicitiæ, neq; alter jure conqueri poterit.

CAPUT XIII.

Oriuntúrne etiam in Amicitia Querelæ?

Γίγνεται δὲ τὰ ἐγκλήματα, καὶ αἱ μέμψεις ἐν τῇ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίᾳ, ἢ μόνῃ, ἢ μάλιστα· εὐλόγως. &c.

MAximè: ſed non in omnibus eodem modo. Nam in *Amicitia Honeſta* nullæ ſunt querelæ: quia in ea uterque ſtudet alteri omnia amoris officia præſtare. Sic in *Amicitia*, quæ eſt *propter voluptatem*, querelæ non admodum poſſunt locum habere. Nam aut ſibi mutuò ſunt jucundi; & tunc neuter poteſt de altero conqueri: aut, ſi non ſunt ſibi mutuò jucundi, poſſunt à mutua converſatione abſtinere; & ſic neuter erit alteri moleſtus. *Amicitia* verò ea, quæ *propter utilitatem* eſt contracta, maximè obnoxia eſt querelis: quoniam uterque amicus laborat πλεονεξίᾳ, ac plura deſiderat quàm alter poſſit, aut etiam velit præſtare.

Quando autem in Amicitia Utili potiſſimùm oriuntur Querelæ?

* Γίγνεται δὲν τὰ ἐγκλήματα μάλιστ', ὅταν μὴ κατὰ τιὼ αὐτιὼ συναλλάξωσι καὶ διαλύωσιν. * Ἔοικε δὲ, καθάπερ τὸ δίκαιον ὅτι διττόν (τὸ μὲν γὰρ ἄγραφον, τὸ δὲ κατὰ νόμον) καὶ τὸ κατὰ τὸ χρήσιμον φιλίας· ἡ μὲν ἠθικὴ, ἡ δὲ νομικὴ εἶναι.

* Quando is qui beneficium accepit, non tantum retribuit, quantum is qui contulit ſperabat ſe viciſſim acceptum.

Quæ hîc notanda eſt Diviſio?

* *Amicitiæ Utilis* duæ ſunt *Species*. Una dicitur ἠθικὴ, *Moralis:* in qua beneficia communicantur & compen-

santur, non ex pacto & conditione, sed ex benevolentia & utriusque arbitrio. *Altera* dicitur νομικὴ, *Legitima:* in qua beneficia communicantur certâ quadam lege & conditione remunerationis; cùm scilicet definitur quid & quantum alter debeat retribuere. Atque *Hæc* rursum est Duplex. Vel est ἀγοραία, quasi *Forensis* & *Mercatoria:* in qua statim fit compensatio de manu in manum; qualis fit inter ementes & vendentes. Vel est *Aliquantò liberalior:* in qua retributio, & compensatio, vel tota permittitur alterius fidei & integritati, vel differtur in aliud tempus, benevolentiæ causâ; quia is qui beneficium accepit, non habet unde statim possit compensare.

Ἡ ἠθικὴ ἐστὶν ἐπὶ ῥητοῖς, ἀλλ' ὡς φίλῳ δωρεῖται, καὶ μίζεως δὲ ἀξιοῖ τὸ ἴσον ἢ πλέον, ὡς ὑ δεδωκώς, ἀλλὰ χρήσας

Quæ ex his duabus Speciebus maximè Querelis est obnoxia?

**In posteriore* non facilè possunt querelæ locum habere, quia certò definitur, Quid Quantũ & Quando sit retribuendum. Nisi enim alter hoc faciat, potest jure cogi, ut stet promissis. *In priore* autem Specie, quæ Moralis dicitur, sæpe existunt querelæ: præsertim inter avaros, qui semper plura expectant, quàm dederunt.

Ἔστι δ' ἡ νομικὴ ἐπὶ ῥητοῖς, ἡ μὲν πάμπαν ἀγοραία, ἐκ χειρὸς εἰς χεῖρα· ἡ δ' ἐλαττωτέρα, εἰς χρόνον, καθ' ὁμολογίαν δὲ, τὶ ἀντὶ τινος.

Quo pacto autem his Querelis est occurrendum?

De ea re tria traduntur præcepta ab Aristotele: quorum *Primum* est, De beneficio accipiendo. *Alterum*, De beneficio accepto. *Tertium*, De beneficio compensando.

Quid de beneficio accipiendo præcipitur?

* Non temerè à quovis beneficium est accipiendum: sed priùs diligenter considerandum, quo animo & fine beneficium ab altero nobis offeratur. Nam si eo animo offertur, ut plura indè consequatur, est recusandum: quia, ut Terentius dicit, Beneficium accipere, est libertatem vendere.

* Δῆλον δ' ἐν ταύτῃ τὸ ὀφείλημα, καὶ ὑκ ἀμφίλογον.

Quid de accepto beneficio præcipitur?

* Si post acceptum beneficium deprehendis, illud non ex benevolentia, sed magis ex spe majoris beneficii recipiendi

* Ἐν ἀρχῇ δ' ἐπισκεπτέον ὑφ' ὅτου εὐεργετεῖται, καὶ ἐπί τίνι. * Δυναμῴῳ δ' ἀνταποδοτέον πλὼ ἀξίαν καὶ ἑκουτί.

piendi in te ab altero collatum fuisse: debes statim, si modò possis, illud compensare; nè videaris tibi eum velle facere amicum, qui non cupit esse amicus.

Quid de compensatione beneficii præcipitur?

Ut justa fiat beneficiorum compensatio, de qua alter non possit conqueri, beneficia priùs sunt rectè æstimanda.

Quo pacto æstimanda sunt beneficia?

Ἐν ταῖς κατ' ἀρετὴν [φιλίαις] ἐγκλήματα μὲν ἐκ ἔστι, μέτρῳ δ' ἔοικεν ἡ τοῦ δεξαντος προαίρεσις.

In Amicitia Honestâ, beneficia æstimanda sunt non ex commodo Accipientis, sed *Ex animo* & consilio *Dantis*: μέτρον γάρ, ἡ τοῦ δράσαντος προαίρεσις. *In Amicitia* autem *Utili* beneficia æstimanda sunt *Ex commodo Accipientis*. Quantum enim beneficium Accipienti profuit: tantum etiam, aut paulo amplius, sicut *Hesiodus* præcipit, debet rependere.

Cui permittenda est æstimatio beneficii? Dantine, an Accipienti?

* *Accipienti*, cujus rationes ex capite primo sequentis libri petendæ sunt.

* Διὰ [δ'] τὸ χρήσιμον τῆς φιλίας ἔσης, ἡ τοῦ παθόντος ὠφέλεια μέτρον ὄξιν.

CAPUT XIIII.

Quare existunt querelæ inter amicos impares?

Διαφέρονται δὲ κὴ ἐν ταῖς κατ' ὑπεροχὴν φιλίαις· ἀξιοῖ γὰρ ἑκάτερος πλέον ἔχειν.

QUoniam uterque, tam superior, quàm inferior, sibi plus tribui postulat, quàm ei ab altero tribuitur: & quidem non planè immeritó.

Quamobrem?

** Οἰεται γὰρ ὁ, τε βελτίων προσήκειν αὐτῷ πλέον ἔχειν· τῷ γὰρ ἀγαθῷ νέμεσις πλέον. &c. Ὁ δ' ἐνδεὴς, κὴ ὁ χείρων, ἀνάπαλιν· φίλε γὰρ ἀγαθὸν εἶναι, τὸ ἐπαρκεῖν τοῖς ἐνδεέσι.

* Nam qui virtute est superior, jure videtur plus petere, propter virtutis præstantiam: cui, ut suprà dictum fuit, nullum potest par præmium reperiri. Qui verò opibus est superior, videtur plus postulare jure gratitudinis, pro præstitis in alterum beneficiis. Contrà verò, qui inferior est, plura videtur postulare jure amicitiæ. Etenim amici officium

officium esse putat, amico egenti opem ferre: hánc q; præcipuam esse causam, quamobrē pauperes divitum amicitias expetunt; ut per illos contra egestatem habeant subsidia.

Quid igitur faciendum est, ut istis querelis occurratur?

* *Cuique tribuendum* est, κατ' ἀξίαν, *quod ei debetur:* nempe *Superioribus*, pro virtute, *Honor* & *observantia*; pro beneficiis, *Labor* & *obsequium*. *Inferioribus* autem, pro honore, laboribus, & obsequiis præstitis, debetur vicissim aliqua *Pecunia*, atque *merces* ad sublevandam eorum inopiam.

Quomodo istud probat Aristoteles?

* *Exemplo civitatum*, quæ eodem modo beneficia, & officia à civibus præstita remunerant. Nam viris excellentibus, qui suâ virtute de Repub. bene sunt meriti, tribuunt honores & dignitates: cæteris verò civibus, pro laboribus, solvunt pecuniam & mercedem.

At si Inferiores non possunt κατ' ἀξίαν Superioribus tribuere, quantum ipsis debetur: quid tum erit faciendum?

* Tum Superiores contenti esse debent eo, quod Inferiores pro viribus suis tribuunt; si majora non habeant: sequentes exemplum Deorum & parentum, qui qualibuscunque honoribus & obsequiis hominum contenti sunt; licèt nullo modo magnitudini beneficiorum, quæ ipsi illis præstiterunt, respondeant.

Τί γὰρ, φασίν, ὄφελος ἀπεδαίῳ ἢ δωδεκάδι φίλον εἶναι, μηδὲν γε μέλλοντα ἀπολαύειν; * Ἔοικε δ' ἑκάτερος ὀρθῶς ἀξιοῦν, καὶ δεῖν ἑκατέρῳ πλέον νέμειν ἐκ τῆς φιλίας· ἐ τῷ αὐτῷ δέ, ἀλλὰ τῷ μὲν ὑπερέχοντι, τιμᾶν τῷ δ' ἐνδεεῖ, κέρδεσι. * Οὕτω δ' ἔχειν τοῦτο καὶ ἐν ταῖς πολιτείαις φαίνεται· ἐ γὰρ τιμᾶται ὁ μηδὲν ἀγαθὸν τῷ κοινῷ πορίζων· τὸ κοινὸν γὰρ δίδεται τῷ τὸ κοινὸν ἐνεργετοῦντι· ἡ τιμὴ δέ, κοινόν. * Τῷ εἰς χρήματα ὠφελημένῳ ἢ εἰς ἀρετὴν, τιμὴ ἀνταποδοτέον, ἀνταποδιδόντα τὸ ἐνδεχόμενον. τὸ δυνατὸν γὰρ ἡ φιλία ἐπιζητεῖ, ἐ τὸ κατ' ἀξίαν· ἐδὲ γὰρ ὅζιν ἐν πᾶσι, καθάπερ ἐν ταῖς πρὸς τοὺς θεοὺς τιμαῖς, καὶ γονεῖς.

LIBER IX.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes Noni libri?

Hic liber est ejusdem argumenti cum præcedente: continuat enim tractationem *de Amicitia*. Possunt autem

tem ejus constitui *Tres partes*. In *Prima*, usquè ad quartum caput, docet quibus officiis amici sint colendi. In *Altera*, usquè ad octavum caput, agit *de Amicitiæ adjunctis:* nempe de *Benevolentia, Concordia,* & *Beneficentia*. In *Tertia* parte, ab octavo cap. usquè ad finem, explicantur quædam quæstiones: videlicet, *An* viro bono liceat seipsum amare. *An* beatus opus habeat amicis. *An* liceat habere multos amicos. *In* qua fortuna maximè opus sit amicis. *An* convictus sit ad amicitiam colendam necessarius.

CAPUT I.

Quæ est nova Amicitiarum in hoc capite Divisio?

AMicitiæ aliæ dicuntur ὁμοιοειδεῖς, *Ejusdem Speciei*; in quibus amici se mutuò propter eandem rem amant: veluti si uterquè alterum amat propter virtutem, aut propter voluptatem, aut propter utilitatem. *Aliæ* verò dicuntur ἀνομοιοειδεῖς, *Diversæ Speciei*; in quibus amici se mutuò propter diversas res amant: veluti si unus amat alterum propter voluptatem; hic verò amat illum propter utilitatem.

Possúntne hæ posteriores Amicitiæ esse Firmæ?

* Possunt: si in compensandis beneficiis & officiis servetur ἀναλογία. Quoniam per ἀναλογίαν etiam ea, quæ maximè videntur esse dissimilia & inæqualia, possunt ad aliquam similitudinem & æqualitatem redigi.

Quando in his Amicitiis existunt Querelæ?

Quando analogia ista non utrinq; eodē modo servatur.

Quot modis solet id accidere?

* Tribus: *Primùm*, Quando non est æqualis ἀντιφίλησις, *Redamatio:* cùm alter conqueritur se non tantundem redamari, quantum ipse amat. *Deinde*, Quando non fit æqualis ἀντίδοσις, *Retributio*, seu *Compensatio* beneficiorum & officiorum. *Tertiò*, Quando non fit ἀντίδοσις per eam rem, quam alter expetebat: id enim ipsi perinde est, ac si nulla ei facta esset retributio.

* Ἐν ἁπάσαις ὑπάρχει ἀνομοιοειδέσι φιλίαις, τὸ ἀνάλογον ἰσάζει καὶ σώζει τὴν φιλίαν.

* Ἐν δὲ τῇ ἐρωτικῇ ἐνίοτε μὲν ὁ ἐρασθεὶς ἐγκαλεῖ, ὅτι οὐδὲν φιλῶν οὐκ ἀντιφιλεῖται, ἐνδεὴς ἔχων φιλητόν, εἰ ὅτῳ ἔτυχε. Πολλάκις δὲ ὁ ἐρῶν μὲν, ὅτι πρότερον ἐπαγγελλόμενος πάντα, νυνὶ οὐδὲν ἐπιτελεῖ. Διαφέρονται δὲ καὶ ὅταν ἕτερα γίνηται αὐτοῖς, καὶ μὴ ὧν ὀρέγονται· ὅμοιον γὰρ τῷ μηδὲν γίνεσθαι, ὅταν ἃ ἐφίεται μὴ τυγχάνει.

Quomodo his querelis eſt occurrendum?

Si, primâ quaque occaſione oblatâ, beneficia & officia nobis præſtita pari aut majore menſurâ, ſi fieri poſſit, remunerentur, & compenſentur.

Quid ad hanc rem neceſſarium eſt?

Ut poſſit fieri juſta remuneratio, & compenſatio beneficiorum; neceſſe eſt, ut beneficia rectè æſtimentur.

Cui permittenda eſt illa æſtimatio? Dantine, an accipienti beneficium?

Hoc loco tenenda eſt hæc *Diſtinctio*. Qui beneficia ſua in alios conferunt, hi faciunt illud vel *Ex mera benevolentia & liberalitate*, abſque ſpe retributionis; & tunc accipienti liberum permittitur, tantum retribuere, quantum ipſi videtur: itaque æſtimatio erit *Penes Accipientem*. Vel faciunt hoc *Spe* alicujus *retributionis*; atque hi rurſum ſunt duplices: *vel* enim priùs inter ſe *paciſcuntur* & definiunt, quid & quantum ſit retribuendum; *Vel non* paciſcuntur. Quando benefactor certâ conditione retributionis beneficium contulit; & alter eo nomine accêpit: tum facienda eſt retributio eo modo, qui ab utroque fuit definitus, & approbatus. Quando verò is, qui beneficium contulit, non priùs certò determinavit, quid & quantum accipiens debeat viciſſim retribuere: tum beneficii accepti æſtimatio magìs erit *Penes Accipientem*, quàm penes dantem.

Ἐν οἷς ὃ μὴ γίνεται ὁμολογία τῆς χαρᾶς, οἱ μὲν δι' αὐτὸς προϊέμενοι, ἔιρηται ὅτι ἀνέγκλητοί εἰσι. Μὴ τοιαύτης δ' ὔσης τῆς δόσεως, ἀλλ' ἐπί τινι, μάλιστα μὲ ἴσως δεῖ τὴν ἀντιπόδοσιν γίνεσθαι, ἀμφοῖν δοκοῦσαν κατ' ἀξίαν εἶ. εἰ δ' τοῦτο μὴ συμβαίνοι, ἃ μόνον ἀναγκαῖον εἶναι δόξειεν ἂν τὸν προέχοντα τάπτειν, ἀλλὰ καὶ δίκαιον. * Ὁ γὰρ προϊέμενος ἔοικεν ἐπιτρέπειν ἐκείνῳ. * Ὅσον γὰρ ἂν αὐτὸς ὠφεληθῇ, ἢ ἀνθ' ὅσου τινὸς ἡδονὴν εἵλετ' ἄν, τοσοῦτον ἀντιλαβὼν, ἔξει τινὰ, πρὸς τοῦτο ἀξίαν.

Quibus rationibus Ariſtoteles hoc probat?

Quinque rationibus. Quarum *Prima* ſumitur *A facto ipſius Dantis.* * Nam, eo ipſo quòd nihil certi definivit, quid & quantum Accipiens debeat viciſſim dare, videtur quodammodo tacitè Accipienti liberam permiſiſſe retributionem.

Quæ eſt altera ratio?

* *Altera* ratio ſumitur *Ex loco conjunctorum.* Quoniam Accipiens meliùs novit, quantum ſibi beneficium pro-

fuerit,

fuerit, quàm Dans: ideóque etiam meliùs poteſt illud æſtimare.

Quæ eſt Tertia ratio?

*Tertia ratio ſumitur *Ab exemplo ſimili*. Quemadmodum rerum venalium in foro æſtimatio magis pendet ex judicio & arbitrio emptoris, quàm venditoris: ità etiam æſtimatio beneficii potiùs debet eſſe penes Accipientem, quàm penes Dantem. Quia Accipiens ſimilis eſt ementi.

Quæ eſt Quarta ratio?

*Quarta ratio ſumitur *Ab exemplo quarundam civitatum*; in quibus non conceduntur judicia in ejuſmodi liberis & voluntariis contractibus: videtur enim æquum eſſe, ut quemadmodum Danti liberum fuit dare quid & quantum vellet, ità etiam liberum ſit Accipienti, tantum retribuere, quantum ipſi viſum fuerit.

Quæ eſt Quinta ratio?

*Quinta ratio ſumitur *Ex loco comparatorum*. Nam Accipiens juſtior eſt æſtimator beneficii, quàm Dans. Etenim qui confert beneficium, is dat de ſuis: quiſque autem ſua ſolet majoris æſtimare, quàm aliena.

Sed quomodo debet Accipiens æſtimare beneficium?

*Accipiens tanti debet beneficium æſtimare, poſteaquam illud jam eſt adeptus, quanti illud æſtimabat, cùm adhuc eo indigeret. Quoniam indigentia, ut quinto libro dictum fuit, eſt veriſſima menſura rerum ad vitam neceſſariarum.

CAPUT II.

Quoniam Amicitia præcipuè conſiſtit in beneficiorum & officiorum communicatione: dic mihi, utrùm amico omnia ſint tribuenda.

MInimé: Sed habenda eſt ratio dignitatis & conditionis Perſonarum: & cuilibet tribuenda ſunt ea, quæ ei propriè conveniunt & debentur, τὰ ἑκάστοις οἰκεῖα καὶ ἁρμόττοντα.

* Καὶ γὰρ ἐν τοῖς ὠνίοις ἄτω φαίνεσθαι γινόμενον.

* Ἐνιαχοῦ τ' εἰσὶ νόμοι, τῶν ἐκουσίων συμβολαίων δίκας μὴ εἶναι.

* Τὰ πολλὰ γὰρ ὑπὲρ τοῦ ἴσου πιῶσιν οἱ ἔχοντες, καὶ οἱ βουλόμενοι λαβεῖν.

* Δεῖ δ' ἴσως ὑπὲρ τοσούτου τιμᾶν, ὅσου ἔχοντι φαίνεται ἄξιον· ἀλλ' ὅσου, πρὶν ἔχειν, ἐτίμα.

"Οτι μὲν οὖν ὑπὲρ ταὐτὰ πᾶσιν ἀποδοτέον, οὐδὲ πῶς πατεῖ πάντα, οὐκ ἄδηλον· ἐπὶ δ' ἑτέρα γενέσει, καὶ ἀδελφοῖς καὶ ἑταίροις, καὶ εὐεργέταις, ἑκάστοις τὰ οἰκεῖα καὶ τὰ ἁρμόττοντα ἀπονεμητέον.

Qui

Quæ debentur parentibus?

Parentibus, à quibus vitam, victum, & educationem accipimus, debentur Primùm τὰ θρεπτήρια, *alimenta:* quæ *Cic.* vocat *Vitæ ſubſidia.* Deinde, ἡ τιμή, *Honor*, non quidem omnis, ſed qui ipſis, quatenus parentes ſunt, competit.

Δόξειε δ' ἂν τρεφῆς μᾶλλον γονεῦσι δεῖν μάλις' ἐπαρκεῖν, ὡς ὀφείλοντας.

Quæ debentur fratribus?

* *Fratribus*, quibus etiam annumerantur *Sodales*, propter ſimilitudinem ætatis, morum, & ſtudiorum, debetur *Communio officiorum:* item παῤῥησία, id eſt, *Libertas ſermonis* in colloquiis, conſiliis, & admonitionibus.

καὶ τοῖς ἀδελφοῖς τὸ εἶναι κάλλιον ἢ ἑαυτοῖς εἰς ταὐτὸ ἐπαρκεῖν. καὶ τιμᾶν δέ, ἐ πᾶσαν δέ, ἀλλὰ τὴν πατρικήν. ὁμοίως δὲ καὶ μητρικήν.

Quæ debentur cognatis & affinibus?

* His qui ſanguine, aut affinitate nobis conjuncti ſunt, tribuenda ſunt ea officia, quæ ad generis & familiæ honorem præcipue pertinent. Quam ob cauſam etiam ad nuptias & funera præcipuè tales ſolent vocari.

Quæ debentur cæteris hominibus: veluti ſunt cives, tribules, vicini, populares, & ſimiles?

* In his *Tria ſpectanda* ſunt circa officiorum communicationem. *Primùm*, Quâ virtute quiſque ſit præditus. *Secundò*, Quâ neceſſitudine nobis conjunctus. *Tertiò*, Quantum vel ipſe nobis, vel nos illi poſſimus commodare. Et ſecundum hæc tria ſingulis convenientia officia ſunt præſtanda. *Ariſtoteles*, Ἅπασιν ἀεὶ περατέον τὸ οἰκεῖον ἀποδέμειν, καὶ συγκρίνειν τὰ ἑκάστοις ὑπάρχοντα, κατ' οἰκειότητα καὶ ἀξετιμώ, ἢ χρῆσιν.

* Πρὸς ἑταίρους ὃ καὶ ἀδελφούς, παῤῥησίαν καὶ ἁπάντων κοινότητα.

Eſtnè amico potiùs gratificandum, an bene merito gratia referenda, ſi utrumque ſimul fieri non poteſt?

* Quemadmodum creditori potiùs debitum perſolvendum eſt, quàm alteri aliquid dandum: ità benefactori po-

* Οὕτω δὲ καὶ ποιεῖν φαίνονται· εἰς γάμους μὲν γὰρ καλοῦσι τοὺς συγγενεῖς· τέτοις γὰρ κοινὸν τὸ γένος, καὶ ἀεὶ περὶ τοῦτο πρόξεις· καὶ εἰς τὰ κήδη δὲ μᾶλις' οἴονται δεῖν τοὺς συγγενεῖς ἁπαντᾶν διὰ ταὐτό. * Καὶ φυλέταις δὲ, καὶ πολίταις, καὶ τοῖς λοιποῖς ἅπασιν ἀεὶ περατέον τὸ οἰκεῖον ἀποδέμειν· &c. * Καὶ τὰς μὲν εὐεργεσίας ἀνταποδοτέον μᾶλλον, ἢ χαριστέον ἑταίρῳ· καὶ ὥσῳ δάνειον, ᾧ ὀφείλει, ἀποδοτέον μᾶλλον, ἢ ἑταίρῳ δοτέον, ἴσως δ' ὃ τοῦτο ἀεί· οἷον τῷ λυτρωθέντι παρὰ λῃστῶν, πότερον τὸν λυσάμενον [ἢ. λυτρωσάμενον] ἀνταυτρωτέον, καὶ ὃς πρίν ἢ, ἢ

καὶ μὴ ἐαλωκότι· ἀπαιτητὴν δὲ ἀποδοτέον, ἢ τὸν πατέρα λυτρωτέον. δόξειε γὰρ ἂν καὶ ἑαυτὸν μᾶλλον ἢ πατέρα.

tiùs gratia referenda est pro præstito beneficio, quod est quasi mutuum quoddam; quàm amico gratificandum: nisi fortè lex naturæ, ipsáque ratio aliud suadeat, aut necessitas aliud postulet. Exempli gratiâ, Si cum eo, qui te aliquando ab hoste redemit, etiam pater sic captus: certè lex naturæ suadet, ut patrem potiùs è captivitate liberes, quàm alterum, si utrumque simul facere non possis. Sic etiam interdum honestius, magísque necessarium est, viro bono egenti succurrere, quàm amico, aut benefactori, qui non æquè sit vir bonus, aut in necessitate constitutus.

Ὅσα δὲ εἴρηται, καθόλου μὲν τὸ ὀφείλημα ἀποδοτέον· ἐὰν δὲ ὑφορτεύηται [ὑφορείνηται] ἢ δόξῃ πρὸς καλὸν, ἢ τῷ ἀναγκαίῳ, πρὸς ταῦτ' ἀποκλιτέον.

CAPUT III.

Licétne interdum Amicitiam dissolvere?

Ἔχει δ' ἀπορίαν καὶ περὶ τὴν διαλύεσθαι τὰς φιλίας, ἢ μή, πρὸς τοὺς μὴ διαμένοντας· ἢ πρὸς μὲν τοὺς διὰ τὸ χρήσιμον ἢ τὸ ἡδὺ φίλους ὄντας, ὅταν μηκέτι ταῦτ' ἔχωσιν, εὐδὲν ἄτοπον διαλύεσθαι· ἐκείνων γὰρ ἦσαν φίλοι ὧν ἀπολιπόντων, εὔλογον τὸ μὴ φιλεῖν. &c. Ἐὰν δὲ ἀποδέχηται ὡς ἀγαθόν, γένηται δὲ μοχθηρός, ἢ κακὸν, ἆρ' ἔτι φιλητέον; ἢ οὐ δυνατόν, εἴπερ μὴ πᾶν φιλητόν, ἀλλὰ τἀγαθόν; ὥστε δὴ φιλητέον πονηρόν, οὔτε δεῖ· φιλοπόνηρον γὰρ οὐ χρὴ εἶναι, οὐδὲ ὁμοιοῦσθαι φαύλῳ. Ἆρ' ἐν ἅπασι διαλυτέον; ἢ οὐ πᾶσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀνιάτοις διὰ τὴν μοχθηρίαν;

Ante-

Antequàm verò de his dicamus, quæ dicta sunt, illud generatim statuendum est, debitum esse reddendum. Quòd si fœnerator exigat, aut id honestè fiat, aut ob necessitatem, huic rei omnino est insistendum.

Habet autem dubitationem & circa dissolvendas amicitias, an, inquam, cum his, qui non permanent, videlicet cum iis, qui propter utilitatem aut voluptatem amici fuerunt, cessare amicitia non sit absurdum, quando illi desinunt esse tales? Rectè enim amici fuerunt eorum, à quibus desciscentibus, æquum est, ut non amemus. Quòd si quis probet, & pro bono habeat, sed malus sit, an adhuc amandus est? Aut non possibile, si non omnis amandus, sed bonus? Quare amandus est improbus, neque id oportet: neque enim decet malo esse similem, aut malo assimilari. Omnibusne igitur dissolvenda est amicitia? An non omnibus, sed insanabilibus propter improbitatem?

Quæ

Quæ est altera causa dissolvendæ ejusmodi Amicitiæ?

Est priori ferè contraria: *Quando* nimirum alter amicorum virtutibus, rebus gestis, honoribus,& potentiâ alterum plurimùm superat : ità ut inter utrumque tanta facta sit dissimilitudo & inæqualitas, ut, propter diversum vitæ institutum, non videantur posse commodè ampliùs simul vivere, atque iisdem sese mutuò oblectare.

Εἰ δ' ὁ μὲν διαμφίοι, ὁ δ' ἐπιεικέστερος γένοιτο, καὶ πολὺ διαλλάττοι τῇ ἀρετῇ, ἆρα χρηστέον φίλῳ, ἢ οὐκ ἐνδέχεται; ἐν μεγάλῃ δ' διαστάσει μάλιστα δῆλον γίνεται, οἷον ἐν ταῖς ἐκ παιδὸς φιλίαις, &c.

Quo loco habendus est Amicus post renunciatam Amicitiam?

* Si propter insignem aliquam improbitatem amicitiam ei renunciavimus: tum omnino est relinquendus. Si verò propter aliam aliquam causam, quæ non est cum turpitudine aut scelere aliquo conjuncta, discessionem ab eo fecimus: non planè ei omnia nostra officia sunt deneganda; sed si fortè ope atq; operâ nostrâ indiget, veteris amicitiæ gratiâ ei potiùs quàm alicui ignoto est gratificandum.

Ἆρ' οὖν ἐξὸν ἀλλοιότερον πρὸς αὐτὸν ἐκτέον, ἢ εἰ μὴ ἐγεγόνει φίλος μηδέποτε; ἢ δεῖ μνείαν ἔχειν τῆς γενομένης συνηθείας, καὶ καθάπερ φίλοις μᾶλλον ἢ ὀθνείοις εἰώμεθα δεῖν χαρίζεσθαι, οὕτω καὶ τοῖς γενομένοις ἐπιεικτέον τι, διὰ τὴν προγενομένην φιλίαν, ὅταν μὴ δι' ὑπερβολὴν μοχθηρίας ἡ διάλυσις γένηται;

CAPUT IIII.

Unde petenda & sumenda sunt Veræ Amicitiæ Officia?

EA officia, quæ amicus amico præstare debet, petenda sunt ex eo amore, quo vir bonus seipsum prosequitur: nempe ἐκ τῆς φιλαυτίας. Quoniam enim *Amicus* est tanquam *alter idem:* ideo eum quoq; sicut nos ipsos amare debemus. Hinc Scholastici Theologi dixerunt, *Charitas officium capit à seipsa.*

Τὰ φιλικὰ ἃ πρὸς τοὺς φίλους, καὶ οἷς αἱ φιλίαι ὁρίζονται, ἔοικεν ἐκ τῆς πρὸς ἑαυτὸν ἐληλυθέναι.

Quæ sunt Notæ sive Proprietates τῆς φιλαυτίας?

Sex: SIBIIPSI *Bene velle, Benefacere, Consentire, Cohabitare, Congaudere* vel *Condolere: Suam* denique *salutem & incolumitatem in primis expetere.*

Sùntne hæc eadem etiam in Amicitia?

Maximè: Nam, ut Cic. lib. primo *De legibus* scribit,

In

in amicitia neceſſarium eſt, ut nihilo ſeſe plùs quàm alterum diligat: cuncta enim debent eſſe paria. Tanta ſiquidem eſt vis amicitiæ, ut, ſimulatque ſibi aliquid quàm alteri maluerit, nulla ſit ampliùs amicitia.

* Τιθέασι γὰρ φίλον, τὸν βελόμενον, καὶ πράττοντα τἀγαθὰ, ἢ τὰ φαινόμενα, ἐκείνου ἕνεκα· ἢ τὸν βελόμενον εἶναι καὶ ζῆν τὸν φίλον, αὐτοῦ χάριν· οἱ δὲ, † συνδιάγοντα καὶ τὰ αὐτὰ αἱρούμενον, ἢ † συναλγοῦντα καὶ συγχαίροντα τῷ φίλῳ.

Quo pacto Ariſtoteles id, quod dixiſti, confirmat?

* *Ex* quibuſdam *Definitionibus*, vel *Deſcriptionibus Amici*, è quotidiano ſermone deſumptis. Vulgò enim *Amicus* dicitur eſſe, qui ei, quem amat, bene vult & benefacit, ipſius causâ. *Item*, Qui eum, quem amat, cupit eſſe & vivere, hoc eſt, eſſe ſalvum & incolumem, illius ipſius causâ. *Præterea*, Qui gaudet alterius converſatione & congreſſu. *Ad hæc*, Qui eadem vult & expetit, quæ alter. *Denique*, Qui iiſdem rebus gaudet, vel dolet, quibus Amicus.

Ex his jam dictis Proprietatibus τῆς φιλαυτίας, quot Ariſtoteles colligit Amicitiæ Adjuncta?

Quatuor: Quorum Primum eſt, ἡ εὔνοια, *Benevolentia*. Alterum, ἡ συνεργασία, *Beneficentia:* Tertium, ἡ ὁμόνοια, *Concordia:* Quartum, ἡ συμβίωσις, *Victus*, & *Converſatio:* de qua in præcedenti lib. cap. 5. & 6. dictum eſt, & infrà in poſtremo cap. dicetur.

Eſtne etiam ejuſmodi φιλαυτία in viro bono?

* Maximè: Atque ideò etiam ſolus verè poteſt cum aliis amicitiam colere.

Declara, quo pacto vir bonus revera ſit, & eſſe debeat, φίλαυτος, Sui amans.

* Πρὸς ἑαυτὸν δὲ λέγων ἕκαστον τῷ ἐπιεικεῖ ὑπάρχει τοῖς ἄλλοις, ἢ τισὶ τοι ὑπολαμβάνουσιν εἶναι ἔοικε γὰρ, καθάπερ εἴρηται, μέτρον ἕκαστῳ ὁ σπουδαῖος εἶναι). * Βούλεται δὴ ἑαυτῷ τἀγαθὰ καὶ τὰ φαινόμενα, καὶ πράττει· τῷ γὰρ ἀγαθῷ, τἀγαθὸν διαπονεῖν, καὶ ἑαυτῷ ἕνεκα· τῷ γὰρ διανοητικῷ χάριν, ὅπερ ἕκαστος εἶναι δοκεῖ. * Οὕτω γὰρ ὁμολογήσουσι ἑαυτῷ, καὶ τῶν αὐτῶν ὀρέγεται κατὰ πᾶσαν τὴν ψυχήν.

* *Primùm*, Quia vir bonus ſibiipſi non ſolùm bene vult, verùm etiam benefacit ſecundum præſtantiſſimam ſui partem, mentem ſcilicet, quam ſtudet veris bonis, hoc eſt, virtutibus, artibus, & ſcientiis excolere & exornare. * *Deinde*, Quia eſt in viro bono erga ſeipſum ſumma concordia & pulcherrimus conſenſus, ſecundum omnes animi vires & potentias: habet enim appetitum rectæ rationi obſe-

quen-

quentem. *Tertió*, Quia vir bonus libenter ſecum ipſe converſatur & habitat: quæ converſatio ei maximè eſt jucunda, non ſolùm propter rerum à ſe præclarè geſtarum recordationem, & ſpem futurorum bonorum, quæ ſuâ virtute ſe conſecuturum ſperat; verùm etiam propter pulcherrimarum rerum ſcientiam & contemplationem. *Quartó*, Quia vir bonus toto animo propter rem aliquam gaudet, vel dolet: neq; idem ei aliàs eſt jucundum, aliàs moleſtum. *Poſtremó*, Quia vir bonus vitam & ſalutem ſuam unicè amat: maximè verò quoad mentem, quâ res pulcherrimas & maximas intelligere & gerere poteſt.

3 Συνδιάγει τε ὁ πιθανὸς ἑαυτῷ βέλτιον· ἡδέως γὰρ αὐτὸ ποιεῖ. &c.

4 Συναλγεῖ τε καὶ συνήδεται μάλιστ' ἑαυτῷ.

5 Καὶ ζωὴν δὲ βέλτιον ἑαυτὸν καὶ σώζεσθαι, καὶ μάλιστα τοῦτο, ᾧ φρονεῖ.

Eſtnè etiam vir malus & improbus φίλαυτος, id eſt, ſui amans?

* Etiamſi mali & improbi homines quoque ſeipſos interdum nimiùm amare videantur: tamen revera non ſunt φίλαυτοι.

* Φαίνεται δὲ τὰ εἰρημένα καὶ τοῖς πολλοῖς ὑπάρχειν, καίτοι ἔστι φαύλοις. &c.

Quamobrem?

Primùm, Quia vir malus & improbus revera ſibi neq; bene vult, neque benefacit: non enim ſtudet ſibi vera animi bona acquirere, ſed tantùm ſectatur τὰ φαινόμενα ἀγαθά· ut ſunt bona externa, quæ hominibus malis plerunq; ſunt βλαβερά, noxia. *Deinde*, Quia ſecum ipſe non conſentit: nam, quod ſuadet Ratio, id diſplicet Appetitui; & vice verſâ. Et ſic quaſi perpetuò ipſe ſecum pugnat. *Tertió*, Quia non libenter ſecum ipſe vivit: ſed alios quærit, cum quibus vivere ac tempus fallere poſſit. Nam ſolitaria vita ei eſt moleſta, partim recordatione ſuorum ſceleruin, quæ perpetravit: partim etiam metu pœnarum, quas ſuis ſceleribus commeruit. *Quartó*, Quia non toto animo propter rem aliquam gaudet, vel dolet; ſed animum habet diſtractum in diverſas partes: ità ut alterâ parte gaudeat, alterâ doleat. *Poſtremó*, Quia vir malus, & improbus,

1 Αἱρεῖν γὰρ, ἀντὶ τῶν δοκούντων ἑαυτοῖς ἀγαθῶν εἶναι, τὰ ἡδέα βλαβερὰ ὄντα. 2 Διαφέρονται γὰρ ἑαυτοῖς, καὶ ἑτέρων μὲ ἐπιθυμοῦσιν, ἄλλα ἃ βούλονται· οἷον οἱ ἀκρατεῖς. 3 Ζητοῦσι δὲ οἱ μοχθηροὶ μεθ' ὧν συνημερεύσουσιν, ἑαυτοὺς ἃ φεύξονται. &c. 4 Οὐδὲ δὴ συγχαίρουσιν, οὐδὲ συναλγοῦσιν οἱ τοιοῦτοι ἑαυτοῖς· στασιάζει γὰρ αὐτοῖς ἡ ψυχή. 5 Οἷς δὲ πολλὰ καὶ δεινὰ πέπραγε, καὶ διὰ πολὺ μοχθηρίαν μισεῖται, φεύγουσι τὸ ζῆν, καὶ ἀναιροῦσιν ἑαυτούς.

non verè amat ſuam vitam, ſalutem, & incolumitatem; ſed potiùs eam ſuâ intemperantiâ & aliis vitiis perdit: Et ſic ante tempus ſibiipſi mala, morbos, mortémq; accerſit.

Quid ex jam dictis efficitur?

* Ex his efficitur, *Virum bonum* revera & ſibiipſi eſſe amicum, & cum aliis verè poſſe amicitiam colere: *Malum* verò, & improbum, neque ſibiipſi eſſe amicum, neq; cum aliis poſſe verè amicitiam colere; quemadmodum dicitur, *Conveniet nulli, qui ſecum diſſidet ipſe.* Proinde, *Fugiendam* eſſe improbitatem, & ſtudendum virtuti: ut viri boni, probíque evadamus. Sic enim & nobisipſis amici erimus; & aliorum amicitiam nobis conciliabimus: quæ res ad vitam bene beatéq; degendam utiliſſima eſt & ſuaviſſima

* Οὐ δὴ φαίνεται ὁ φαῦλος ἔτι πρὸς ἑαυτὸν φιλικῶς διακείσεται, διὰ τὸ μηδὲν ἔχειν φιλητόν. Εἰ δὴ τὸ οὕτως ἔχειν λίαν ἐστὶν ἄθλιον, φευκτέον τὴν μοχθηρίαν διατεταμένως, καὶ πειρατέον ὁμοίως εἶναι· οὕτω γὰρ καὶ πρὸς αὐτὸν φιλικῶς ἕξει, καὶ ἑτέρῳ φίλος γένοιτο.

CAPUT V.

Quod eſt Primum Adjunctum Amicitiæ?

1 Ἡ δ' εὔνοια φιλίᾳ μὲν ἔοικεν· οὐ μέντοι ἐστὶ φιλία. γίνεται γὰρ εὔνοια καὶ πρὸς ἀγνῶτας, καὶ λανθάνουσα· φιλία δ' οὔ.

1 BEnevolentia, ἡ εὔνοια, quæ differt ab *Amicitia:* quia poteſt eſſe occulta & otioſa; nec ſolùm erga notos, verùm etiam erga ignotos. *Amicitia* autem eſt manifeſta & actuoſa erga eum, qui amatur: éſtque ſolùm inter notos.

Eſtnè Benevolentia idem quod φίλησις, id eſt, Amatio, ſeu Amor?

2 Non. Quoniam *Benevolentia* poteſt ſubitò exiſtere & eſt ſolùm levis quædam voluntas, ſeu propenſio erga alterum abſque cupiditate eidem benefaciendi, aut cum eo converſandi. φίλησις autem eſt vehemens affectus erga aliquem: qui non ſubitò exiſtit; ſed opus habet morâ aliquâ temporis & vitæ conſuetudine; habétque conjunctum deſiderium juvandi eum quem amat, & cum eodem converſandi.

2 Οὐδὲ φίλησίς ἐστιν· οὐ γὰρ ἔχει διάτασιν, οὐδ' ὄρεξιν τῆς φιλήσεως δὲ ταῦτ' ἀναγκαῖον. Καὶ ἡ μὲν φίλησις οὐ συνηθείᾳ, ἡ δ' εὔνοια, καὶ ἐν προσκαίρῳ. 3 Ἔοικε δὴ ἀρχὴ φιλίας εἶναι, ὥσπερ τῆς ἐρᾶν ἡδονὴ διὰ τῆς ὄψεως ἡδονή.

Eſtnè Benevolentia neceſſaria ad Amicitiam?

3 *Benevolentia* omnino ad Veram amicitiam eſt neceſſaria: unde dicitur eſſe ἀρχὴ τῆς φιλίας, *Principium amicitiæ*

citiæ; Et Cic. in *Lælio* ait, *Benevolentia est amicitiæ fons à natura constitutus: quâ sublatâ, etiam amicitiæ nomen tollitur.*

4 Διὸ μεταφέρων φαίη τις ἂν αὐτὴν ἀργὴν εἶναι φιλίαν.

Quomodo definis Benevolentiam ex jam dictis?

4 *Benevolentia* est occulta quædam & otiosa amicitia: quæ progressu temporis, accedente consuetudine, in veram amicitiam transire potest.

CAPUT VI.

Quod est Alterum Adjunctum Amicitiæ?

1 *Concordia*, ἡ ὁμόνοια, seu *Animorum consensio*, de qua *Terentius* ait, *Idem velle & idem nolle, ea demũ firma est amicitia.* Unde etiam Amicitia vulgò definitur, quòd sit, *Unus animus in duobus corporibus.*

1 Φιλικὸν δὲ καὶ ἡ ὁμόνοια φαίνεται.

Estnè ὁμόνοια idem quod ὁμοδοξία, id est, opinionum consensus?

2 Non. Nam *Concordia* est solùm inter notos, & eos qui inter se amicitiam colunt, vel colere possunt: *Opinionum* autẽ *consensus* potest esse non solùm inter notos, sed etiam inter ignotos, imò etiam inter inimicos. Præterea, *Opinionum consensus* potest esse de quibusvis rebus in omnibus artibus & scientiis: *Concordia* autem propriè solùm dicitur de rebus gerendis, pertinentibus ad civilem societatem, & communem eorum, qui concordes sunt, utilitatem.

2 Διόπερ ἐκ ἔστιν ὁμοδοξία· τοῦτο μὲ γὰρ καὶ ἀγνοοῦσιν ἀλλήλους ὑπάρξειεν ἄν. Οὐδὲ τοὺς περὶ ὁτιοῦν ὁμογνωμονοῦντας ὁμονοεῖν φασιν, ὅσον τοὺς περὶ τῶν ἐφικνουμένων· ἡ γὰρ φιλικόν, τὸ περὶ τῶν ὁμονοεῖν. ἀλλὰ τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασιν, ὅταν περὶ τὴν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. 3 Πολιτικὴ δ' ἡ φιλία φαίνεται ἡ ὁμόνοια· περὶ τὰ συμφέροντα γάρ ἐστι, καὶ τὰ πρὸς τὸν βίον ἀνήκοντα. 4 Ἔστι δ' ἡ τοιαύτη ὁμόνοια ἐν τοῖς ἐπιεικέσιν· ἔστι γὰρ καὶ ἑαυτοῖς ὁμονοεῖσι, καὶ ἀλλήλοις, ἐφ' ἃ τὴν αὐτὴν ἔχοντες,

Quid est Concordia?

3 *Concordia* est civilis inter aliquos amicitia & consensus de rebus gravibus & utilibus, ac pertinentibus vel ad publicam, vel ad privatam eorum, qui concordes sunt, utilitatem: súntq; tales, quæ per nos effici aut comparari possunt

Inter quos homines Concordia locum habet?

4 *Concordia* solùm locum habet inter viros bonos: quoniam enim secum ipsis sunt concordes, ideo etiam facilè possunt cum aliis concordiam colere. *Deinde*, Quia firmi-

ὡς εἰπεῖν. τῶν τοιούτων γὰρ μένει τὰ βελτίστα, καὶ οὐ μεταῤῥεῖ, ὥσπερ Εὐριπος· βούλονται τε δίκαια, καὶ τὰ συμφέροντα· τούτων δὲ καὶ κοινῇ ἐφίενται). 5 Τοὺς δὲ φαύλους οὐκ ἔστιν ὁμονοεῖν, πλὴν ἐπὶ μικρόν, (καθάπερ καὶ φίλους εἶναι) πλεονεξίας ἐφιεμένους ἐν τοῖς ὠφελίμοις. &c.

ter in suo proposito perseverant, quod sciunt esse honestum: neque instar Euripi animus eorum fluctuat. Nihil *denique* petunt, nisi quod honestum sit & utile, non sibi solùm, verùm etiam aliis.

Cur inter Malos non potest esse Concordia?

5 Quia *Mali* & improbi non solùm à se ipsis dissident, sed etiam ab aliis. Habent *Præterea* animum fluctuantem & voluntates mutabiles. *Insuper* etiam, sua solùm quærunt commoda: aliorũ verò commoda conantur impedire.

CAPUT VII.

Quod est Tertium Adjunctum Amicitiæ?

Beneficentia, ἡ εὐεργεσία· Neque enim animo solùm debemus amico bene velle, & omnia bona ei precari, verùm etim hanc nostram voluntatem reipsa & factis palàm erga eum declarare. *De Beneficentia* autem, Quid ea sit, item quomodo & erga quos exercenda; suprà in quarto libro, in cap. *De Liberalitate* prolixè dictum est: hîc solùm explicatur sequens quæstio.

1 Οἱ δ' εὐεργέται τοὺς εὐεργετηθέντας δοκοῦσι μᾶλλον φιλεῖν, ἢ οἱ ἔυ παθόντες τοὺς δράσαντας. ὅπερ καὶ ἐπὶ τῆς τεχνίτης συμβέβηκε· πᾶς γὰρ τὸ οἰκεῖον ἔργον ἀγαπᾷ μᾶλλον, ἢ ἀγαπηθείη ἂν ὑπὸ τοῦ ἔρια ἐμψύχα γιγνόμενα. &c. 2 Ἅμα δὲ καὶ τῷ μὲν εὐεργέτῃ καλὸν, τὸ κατ' τὴν πρᾶξιν, ὥστε χαίρειν ἐν ᾧ τοῦτο· τῷ δὲ παθόντι οὐδὲν καλὸν ἐν τῷ δράσαντι, ἀλλ' εἴπερ συμφέρον. 3 Ἡδεῖα δ' ὁδὶ τὸ μὲν παρόντος ἡ ἐνέργεια· τοῦ δὲ μέλλοντος, ἡ ἐλπὶς· τοῦ δὲ γεγενημένου, ἡ μνήμη· ἥδιστον δὲ, τὸ κατ' τὴν

Quare Benefactores videntur magis amare eos, quibus Benefecerunt, quàm hi illos?

1 Hujus rei Aristoteles plures adfert rationes. Quarum prima est, *Quia* is, qui beneficium accepit, est quasi opus benefactoris: *Artifex* autem suum *opus* semper magis amat, quàm opus artificem amaret, si redamare posset.

Quæ est Altera ratio?

2 *Quia* id, quod *Honestum* est, magis est amandum, quàm quod est *Utile*. Is autem qui beneficium accepit, est suo benefactori honestus: hic verò tantùm ei est utilis.

Quæ est Tertia ratio?

3 *Quia* ea, quæ sunt *Præsentia*, magis delectant: ideóq; etiam magis amantur, quàm præterita. Atqui *Honestas* collati beneficii semper est benefactori quodammodo

præsens: Utilitas autem beneficii accepti citò interdum perit, unà cum ejus memoria.

ἐνέργειαν, καὶ φιλητὸν ὁμοίως.

Quæ est Quarta ratio?

4 *Quia* præstantiori etiam magis competit id, quod est præstantius. *Amare* autem præstantius est, quàm *Amari*: siquidem actio præstantior est passione. Ideo etiam potiùs tribuitur benefactori, tanquam præstantiori.

1ῳ μὲν οὖν πεποιηκότι, μένει τὸ ἔργον· τὸ καλὸν γάρ, πολυχρόνιον· τῷ δὲ παθόντι, τὸ χρήσιμον παροίχεται. καὶ τὸ μὲν μνήμη τῶν μὲν καλῶν, ἡδεῖα· τῶν δὲ χρησίμων, οὐ πάνυ, ἢ ἧττον. &c.

Quæ est Quinta ratio?

5 Quia ea, quæ cum labore & magnis sumptibus à nobis sunt acquisita, etiam nobis sunt chariora: Atqui *Benefacere*, laboriosius & sumptuosius est, quàm *Beneficium accipere*: Ideo etiam *Benefactor* suum *Beneficiarium* magis solet amare.

Objectio. *At sunt aliqui, qui dicunt Benefactores eo modo magis amare suos Beneficiarios: quemadmodum Creditores magis amant suos Debitores, quàm hi illos?*

6 *Solutio.* Dissimilis est ratio sive causa amoris in Creditore erga *Debitorem*, & in Benefactore erga *Beneficiarium*. Nam *Creditor* Debitorem amat sui commodi gratiâ: ut nimirum possit ab eo recipere debitum. *Benefactor* autem suum Beneficiarium amat illius ipsius causâ: & non ut vicissim aliud beneficium ab eo accipiat.

4 Καὶ ἡ μὲν φίλησις, ποιήσει ἔοικε· τὸ δὲ φιλεῖσθαι, τῷ πάσχειν. 5 Δοκεῖ δὴ τὸ μὲν εὖ πάσχειν, ἄπονον εἶναι· τὸ δ' εὖ ποιεῖν, ἐργῶδες. διὰ ταῦτα δὴ καὶ αἱ μητέρες φιλοτεκνότεραι· ἐπιπονωτέρα γὰρ ἡ γέννησις, καὶ μᾶλλον ἴσασιν ὅτι αὐτῶν· δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ τοῖς εὐεργέταις οἰκεῖον εἶναι. 6 Τοῖς μὲν οὖν πλείοσι φαίνεται, ὅτι οἱ μὲν ὀφείλουσι, τοῖς δὲ ὀφείλεσθαι· καθάπερ ἐν ταῖς δανείοις, οἱ μὲν ὀφείλοντες βούλονται μὴ εἶναι οἷς ὀφείλουσιν· οἱ δὲ δανείσαντες καὶ ἐπιμέλονται τῶν ὀφειλόντων σωτηρίας, τοῦ κομιδῆς ἕνεκα. οὕτω καὶ τοὺς εὐεργετήσαντας &c. [Ἀλλ' οὐχ οὕτως.] Οἱ δ' εὖ πεποιηκότες φιλοῦσι καὶ ἀγαπῶσι τοὺς εὖ πεπονθότας, κἂν μηδὲν ὦσι χρήσιμοι, μηδ' εἰς ὕστερον γένοιντ' ἄν.

CAPUT VIII.

Dixisti officia veræ amicitiæ petenda esse ἐκ τῆς φιλαυτίας. At ego putabam φιλαυτίαν esse vitiosam: siquidem multi propter eam reprehenduntur.

1 ἈΠορεῖται δὴ πότερον δεῖ φιλεῖν ἑαυτόν.

1 EST quidem hic affectus naturâ nobis insitus: ut quisq; seipsum maximè diligat; sibique potiùs quàm alteri

bonum exoptet. Unde etiam nata sunt hæc Proverbia, TUNICA, *pallio propior:* GENU, *surâ propius:* PROXIMUS *sum egomet mihi:* & his similia. Quæ indicant homini inesse amorem erga seipsum. Sed, quia plerique hac in re peccant, modum excedentes in se amando; ideo factum est, ut φιλαυτία soleat à multis reprehendi.

Quotuplex est ergò φιλαυτία;

2 *Duplex:* Una *Honesta*, bona & laudabilis; Altera *Turpis*, & reprehendenda.

Quæ est Bona φιλαυτία;

3 *Bona φιλαυτία* est amor suiipsius: quo quis præcipuam sui partem, h. e. animum seu mentem suam maximè amat; eámq; studet præstantissimis bonis excolere & exornare.

Quæ est Vitiosa φιλαυτία;

4 *Vitiosa φιλαυτία* est amor suiipsius: quo quis cupiditatibus & affectibus suis indulgens, in expetendis voluptatibus & bonis externis modum excedit; & ex illo amore variis sceleribus sese contaminat.

Potéstne vir Bonus esse φίλαυτος;

5 *Secundum priorem φιλαυτίαν*, vir Bonus non solùm est, sed etiam maximè esse debet φίλαυτος.

Quamobrem?

6 Quia per hanc φιλαυτίαν vir Bonus excolit præstantissimam sui partem, nempe mentem: quam studet pulcherrimis bonis, virtute nimirum & plurimarum rerum scientiâ, exornare; quò non sibi solùm, sed etiam aliis, imò toti humanæ societati possit plurimùm prodesse.

Cur Animum sive Mentem vocas præstantissimam hominis partem?

7 *Primùm*, Quia MENS suâ naturâ aut divinum quiddam est, aut certè divinissimum omnium eorum, quæ sunt in homine. *Deinde*, Quia Mens principatum in homine

2 Ἴσως δ' ἐν τοῖς τοιούτοις δεῖ τῶν λόγων διαιρεῖν, &c.
3 Εἰ γάρ τις ἀεὶ ἀπεδάζει τὰ δίκαια πράττειν, αὐτὸς μάλιστα πάντων, ἢ τὰ σώφρονα, ἢ ὁτιοῦν ἄλλα τῶν κατὰ τὰς ἀρετάς, &c. ὃ δεῖ εἶναι ἐρεῖ φίλαυτον τοῦτον, ὃ δὲ ψέξει. &c
4 Οἱ μὲν οὖν εἰς ὄνειδος ἄγοντες αὐτὸ, φιλαύτους καλοῦσι τοὺς ἑαυτοῖς ἀπονέμοντας τὸ πλεῖον ἐν χρήμασι, καὶ τιμαῖς, καὶ ἡδοναῖς ταῖς σωματικαῖς· οἱ δὲ περὶ ταῦτα πλεονέκται, χαρίζονται ταῖς ἐπιθυμίαις. &c. Διὸ καὶ ἡ προσηγορία γέγονε ἀπὸ τοῦ πολλοὺς φαύλους εἶναι· δικαίως δὴ τοῖς τοιούτοις ὀνειδίζεται. 5 Δόξειε δ' ἂν ὁ τοιοῦτος [ὁ ἀεὶ ἀπεδάζων τὰ δίκαια πράττειν, &c.] εἶναι μᾶλλον φίλαυτος. 6 Ἀπονέμει γὰρ ἑαυτῷ τὰ κάλλιστα καὶ μάλιστα ἀγαθά, καὶ χαρίζεται ἑαυτοῦ τῷ κυριωτάτῳ, καὶ πάντα τούτῳ πείθεται. 7 Ὥσπερ οὖν καὶ πόλις τὸ κυριώτατον μάλιστ' εἶναι δοκεῖ, καὶ πᾶν ἄλλο σύστημα, οὕτω καὶ ἄνθρωπος· καὶ φίλαυτος δὴ μάλιστα.

obtinet, ipsúmque corpus regit & conservat. Unde etiam homo non à carne & ossibus, sed à mente nomen habet. Quemadmodum *Plato* inquit, Οὐκ ἔστιν ἄνθρωπος τὸ ὁρώμενον. Et *Cic.* lib. 6 *de Rep.* MENS *cujusque is est quisque: non ea figura, quæ digito monstrari potest.* *Tertiò*, Quia secundum Mentem, sive rationem, dicitur aliquis Continens, vel Incontinens: quatenus ei obsequitur, vel non obsequitur. *Quartò*, Quia secundum Animum & Mentem actiones hominum præcipuè æstimantur, utrùm sint spontaneæ, vel non spontaneæ.

Καὶ ἐγκρατὴς δὴ καὶ ἀκρατὴς λέγεται, πρὸς κράτος τὸν νοῦν, ἢ μή, ὡς τοῦτο ἑκάστου ὄντος. Καὶ παραγίνεσθαι δοκοῦσιν αὐτοῖς ἑκουσίως, τὰ μὲν λόγῳ μᾶλλον.

Quare in viro Malo & Improbo φιλαυτία *reprehenditur?*

8 *Quia* vir Malus suâ φιλαυτίᾳ non solùm sibiipsi nocet, quatenus per eam seipsum variis sceleribus contaminat, ac interdum sibiipsi exitium accersit: sed etiam aliis nocet, quibus injuriam facit, dum per fas & nefas eorum bona ad se attrahere conatur.

8 Τὸν δὲ μοχθηρὸν οὐ δεῖ [φίλαυτον εἶ]. βλάπτει γὰρ καὶ ἑαυτὸν καὶ τοὺς πέλας, φαύλοις πάθεσιν ἑπόμενος.

Objectio. *Si vir Bonus debet esse sui amans: igitur non debet Reipub. causâ, aut aliorum gratiâ, seipsum aut fortunas suas in discrimen vocare.*

9 *Solutio.* Nego consequentiam. *Etsi* enim vir Bonus, Reip. aut aliorum gratiâ, vitam & fortunas suas amittat: tamen nihilominus est sui amantissimus; quia pro caducis istis bonis, quæ amittit, sibi acquirit majora & veriora bona; nempe perpetuam suæ virtutis memoriam, laudem, & gloriam; quæ reliqua omnia bona longè superant.

9 Ἀληθὲς καὶ τὸ περὶ τὰς τοιαύτας, καὶ τὸ τῶν φίλων ἕνεκα πολλὰ πράττειν, καὶ τῆς πατρίδος, καὶ ὅλως τὰ πλείω χρήματα ἀγαθά, περιποιούμενον ἑαυτῷ τὸ καλόν. &c.

CAPUT IX.

Cùm Beatus omnibus bonis abundet: videturne tibi etiam opus habere Amicis?

1 *Maximè.* Iis enim si destitueretur, non verè omnibus bonis abundaret: *Quoniam* amici inter præcipua bona numerantur, teste Herodoto, qui ait, Κτημάτων πάντων ὄφελιμώτατον, ἀνὴρ φίλος καὶ ἔυνος. *Præterea*, Non εὐδαίμονι, φίλους μὴ ἀποδιδόναι· ὃ δοκεῖ τῶν ἐκτὸς ἀγαθῶν μέγιστον εἶ). Εἰ δὲ φίλως ὄφελιμον τὸ εὖ ποιεῖν, ἢ τὸ πάσχειν, &c. Ἄτοπον δὲ ἴσως καὶ τὸ μονώτην ποιεῖν τὸ μακάριον· πολιτικὸν γὰρ ὁ ἄνθρωπος, καὶ συζῆν πεφυκός.

1 Ἔοικε δ' ἀπόρῳ, τὸ πάντα ἀποτέμνεσθαι τἀγαθὰ ἵνα

haberet erga quos, & cum quibus posset commodè exercere suam virtutem. *Denique*, Cogeretur aut solitariam vitam agere, aut cum alienis & ignotis vivere. Quorum illud prius adversatur naturæ humanæ; quia homo naturâ est animal ad civilem societatem & conversationem factum: hoc verò posterius est valde molestum, propter metum & suspiciones.

2 Τῶν τοιούτων μὲν οὖν οὐδὲν δεήσεται ὁ μακάριος· ἐπειδὴ τἀγαθὰ ἐστὶν αὐτῷ. Οὐδὲ δὴ τῶν διὰ τὸ ἡδύ, ἢ ὅτι μικρόν· ἡδὺς γὰρ ὁ εὐδαίμων ἄνευ τούτων ἔσται ἐπεισακτέα ἡδονῆς.

3 Οὐ δεόμενος δὲ τῶν τοιούτων φίλων, οὐ δοκεῖ δεῖσθαι φίλων· τὸ δ' οὐκ ἔστιν ἴσως ἀληθές· ὁμοίως γὰρ εἰρήσθαι, ὅτι ἡ εὐδαιμονία ἐνέργειά τίς ἐστιν. &c. 4 Μονώτῃ μὲν οὖν χαλεπὸς ὁ βίος· οὐ ῥᾴδιον γὰρ καθ' αὑτὸν ἐνεργεῖν συνεχῶς· μεθ' ἑτέρων δὲ καὶ πρὸς ἄλλους, ῥᾴον. 5 Φυσικώτερον δὲ ἐστὶ σκοπεῖν· ἔοικεν ὁ σπουδαῖος φίλος τῷ σπουδαίῳ τῇ φύσει αἱρετὸς εἶναι.

2 *Neutiquam.* Nam Utilibus & Jucundis non indiget: siquidem omni bonorum genere abundat; ejúsque vita per se est suavis & jucunda.

Ergóne indiget amicis Honestis, hoc est, qui sunt viri boni?

3 *Omnino.* Atque hujus rei *Tres causas* commemorat Aristoteles. Quarum *Prima causa est:* Ut Beatus habeat aliquos, in quibus possit se suásque virtutes optimè contemplari: id autem in nullo alio commodiùs quàm in amico facere potest; quia amicus est tanquam alter idem. Proinde, cùm amicum virum bonum intuetur, seipsum quasi intuetur.

Quæ est Altera causa?

4 *Altera causa est:* Ut Beatus habeat aliquos, erga quos & cum quibus possit exercere suam virtutem: in quo exercítio consistit præcipua pars beatitudinis; propter veram voluptatem, quam vir bonus ex actionibus virtutum suarum percipit.

Quæ est Tertia causa?

5 *Tertia causa* sumitur ex ipsa natura: Etenim amici conversatio, & convictus Beato naturaliter est jucundissimus.

CAPUT X.

Súntne plures, an verò pauci habendi amici?

1 Ἆρ' οὖν ὡς πλείστους φίλους ποιητέον, ἢ καθάπερ ἐπὶ τὰς ξενίας εὐμελῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ τὸ, Μήτε πολύξεινον, μήτ' ἄξεινον, καὶ ὅπως τὰς φιλίας ἁρμόσει, Μήτ' ἄφιλον εἶναι, μήτ' αὖ πολύφιλον καὶ ἐπὶ βολήν;

1 QUod *Hesiodus* de Hospitalitate præcipit, Μήτε πολύξεινον, μήτ' ἄξεινον καλέεσθαι, h. e. *Neque multo-*

rum, neque nullorum hospitem vocari debere: idem etiam videtur ad Amicitiam transferri posse, Μήτ' ἄφιλον, μήτε πολύφιλον εἶναι, hoc est, *Neque nullos, neque nimis multos amicos esse habendos.*

Quid ex hoc præcepto Hesiodi colligitur?

Circa Amicorum numerum Modum esse tenendum: & fugienda Extrema, nempe ἀφιλίαν, καὶ πολυφιλίαν.

Quomodo æstimatur ille Modus?

2 Ex commoditate convictûs & mutuâ communicatione officiorum: ut tot habeamus amicos, quot idonei sunt ad convictum & officiorum communicationem.

In qua autem Amicitia existimas πολυφιλίαν posse locum habere?

3 *In nulla.* Nam in *Amicitia*, quæ *propter Utilitatem* susciptur, ideo multitudo amicorum locum non habet: quia pluribus velle simul inservire & largiri, difficile est; & facultatibus nostris detrimentosum. *Præterea*, Impedimento nobis est ad reliquas vitæ actiones rectè obeundas

Quare in Amicitia Jucunda πολυφιλία non habet locum?

4 *Quia* nimirum multi amici tædium potiùs adferunt, quàm voluptatem. Etenim amicis in vita utendum est sicuti condimentis ciborum: quæ, si fuerint pauca, reddunt cibos suaviores; si verò fuerint in majore copia, nauseam adferunt comedentibus.

Quare in Amicitia Honesta πολυφιλία non potest consistere?

5 Hujus rei ab *Aristotele* plures commemorantur causæ: quæ omnes ad duas possunt referri. Quarum una est, *Quoniam* ea officia, quæ in vera amicitia requiruntur, non possunt omnia commodè pluribus simul præstari. Veluti sunt, Simul familiariter vivere & conversari; Omnia inter se officia communicare; In omnibus simul consentire;

2 Ἴσως ἔν τῳ ἔχει, μὴ ζητεῖν ὡς πολυφιλώτατον εἶναι, ἀλλὰ τοσούτους, ὅσοι εἰς τὸ συζῆν ἱκανοί.

3 Πολλοῖς γὰρ ἀνθυπηρετεῖν, ἐπίπονον· καὶ οὐκ ἐνδέχεται ὁ βίος αὐτοῖς τοῦτο πρᾶξαι. οἱ πλείους δὴ τῶν πρὸς τὸ ἀνεῖον βίον ἱκανῶν, πρεῖερροι καὶ ἐμπόδιοι πρὸς τὸ καλῶς ζῆν. ἐδὲν ἔν δεῖ αὐτῶν.

4 Καὶ οἱ πρὸς ἡδονὴν ὃ ἀρκοῦσιν ὀλίγοι, καθάπερ ἐν τῇ τροφῇ τὸ ἥδυσμα.

5 Ὅπ δ' οὐ χ οἷόν τε πολλοῖς συζῆν [ἐδὲ τοῖς τυχοῦσι] καὶ διανέμειν αὐτόν, δῆλον. Ἔπ δέ, καὶ εἰνους δεῖ ἀλλήλοις φίλους εἶναι, εἰ μέλλουσι πάντες μετ' ἀλλήλων συνημερεύειν· τοῦτο δὲ ἐργῶδες ἐν τοῖς πολλοῖς ὑπάρχει. Χαλεπὸν ὃ γίνεσθαι καὶ τὸ συγχαίρειν καὶ τὸ συναλγεῖν οἰκείως πολλοῖς· εἰκὸς γὰρ συμπίπτειν ἅμα, τῷ μὲν συνήδεσθαι, τῷ ὃ συναχθεσθαι.

Omnes ſummo amore complecti; In utraque fortuna tam ſecunda, quàm adverſa, ſibi mutuò eodem tempore compati, vel gaudendo, vel dolendo.

Quæ eſt Altera cauſa?

6 Οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται δόξειεν ἂν πολλοῖς εἶναι φίλον σφόδρα· διόπερ οὐδὲ ἐρᾶν πλείονων.

6 *Quoniam* ſi quis cum pluribus velit Veram amicitiam colere, neceſſe eſt, ut hi omnes non ſolùm hunc ipſum, ſed etiam ipſi ſeſe invicem ſummo amore complectantur. Hoc autem inter plures accidere poſſe, vix credibile eſt: quandoquidem, ut *Cic.* inquit, *Ex omnibus ſeculis, vix tria aut quatuor paria verorum amicorum fuerunt reperta.*

At reperiuntur aliqui, qui pluribus delectantur amicis, imò cupiunt omnibus eſſe amici.

7 Οἱ δὲ πολύφιλοι, καὶ πᾶσιν οἰκείως ἐντυγχάνοντες, οὐδενὶ δοκοῦσιν εἶναι φίλοι, πλὴν πολιτικῶς· οὓς καὶ καλοῦσιν ἀρέσκους.

7 Verum quidem eſt, eſſe interdum quoſdam, qui conantur ſe in omnium amicitiam inſinuare, & cupere quamplurimos habere amicos. Sed tales potiùs ἄρεσκοι, id eſt, *Blandi*, quàm φίλοι, *Amici*, ſunt nominandi: quia cupiunt omnibus ἀρέσκειν, *placere*. Neque etiam vulgus hominum tales pro veris amicis agnoſcit: Unde dici ſolet, *Qui omnibus eſt amicus, is nulli eſt amicus.*

CAPUT XI.

Eſtnè in omni fortuna opus Amicis?

1 Πότερον δ' ἐν εὐτυχίαις φίλων μᾶλλον δεῖ, ἢ ἐν ἀτυχίαις; ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται· οἵ τε γὰρ ἀτυχοῦντες δέονται ἐπικουρίας, οἵ τ' εὐτυχοῦντες, συμβίων, καὶ οὓς εὖ ποιήσουσι. 2 Ἐν ἀμφοῖν γὰρ ἐπιζητοῦνται· ἀναγκαιότερον μὲν δή, ἐν ταῖς ἀτυχίαις· διὸ τοῦ χρησίμων ἐνταῦθα δεῖ. καλλίον δ', ἐν ταῖς εὐτυχίαις· διὸ καὶ τοὺς ἐπιεικεῖς ζητοῦσι· τούτους γὰρ αἱρετώτερον συνεργεῖν, καὶ μετὰ τούτων διάγειν.

1 MAximè: *In adverſa* quidem, ut nobis adſint ſuo conſilio & auxilio. *In ſecunda* verò, ut ſint nobis jucundi ſuâ converſatione: & ut habeamus erga quos & cum quibus exerceamus noſtras virtutes.

Quales autem Amici in utraque fortuna magis ſunt neceſſarii?

2 *In omni* quidem *fortuna* Amici *Honeſti* ſunt exoptandi. Sed tamen in *Adverſa fortuna*, magis expetendi ſunt ii amici, qui poſſunt nobis eſſe non ſolùm *Honeſti*, verùm etiam *Utiles:* In *Secunda* autem fortuna, præcipuè ii qui nobis poſſunt eſſe *Jucundi.*

Qualis

Qualis est Præsentia amici alteri amico in utraque fortuna?

3 Etsi *Præsentia amici* in utraq; fortuna per se sit amico *Jucunda*; quatenus ei adfert vel gaudium, vel solatium: tamen in adversa fortuna, *interdum* est eidem *Molesta*; quatenus suâ calamitate ei præbet causam doloris & tristitiæ.

Quatenus vocandi sunt ad nos Amici in utraq; fortuna?

4 *In secunda fortuna* Amici sunt *statim vocandi*, ut eos participes faciamus nostræ felicitatis, nostrique gaudii. *In adversa* verò fortuna *tardiùs* sunt *advocandi:* & tum demum, quando parvo suo incommodo possunt nobis plurimùm commodare.

Quatenus conveniendi sunt Amici in utraque fortuna?

5 *In adversa* fortuna *maturè* sunt conveniendi, neque expectandũ quoad vocemur: Hoc enim illis erit gratius; nobis verò, honestius. *In secunda* autem fortuna, *Gratulandi* quidem aut *juvandi gratiâ*, promptè & *statim* sunt accedendi: *tardè* autẽ, *ad accipiendum* aliquod beneficium.

3 Ἔστι γὰρ καὶ ἡ παρουσία αὐτὴ τῆς φίλων ἡδεῖα, καὶ ἐν ταῖς εὐτυχίαις καὶ ἀτυχίαις· καφίζονται γὰρ οἱ λυπούμενοι συναλγέντων τῶν φίλων. Τὸ δὲ λυπούμενον αἰσθάνεσθαι δεῖ ταῖς αὐτῶν ἀτυχίαις, λυπηρόν. 4 Διὸ δόξειεν ἂν δεῖν εἰς μὲν τὰς εὐτυχίας καλεῖν τὰς φίλους σπουδαίως· συνεργητικὸν γὰρ εὖ, καλόν. εἰς δὲ τὰς ἀτυχίας, ὀκνεῖν· μεταδιδόναι γὰρ ὡς ἥκιστα δεῖ τῆς κακῶν· ὅθεν τὸ, Ἄλις ἐγὼ δυστυχῶν. 5 Ἰέναι δ' ἀπαλλαγὴν ἴσως ἁρμόζει σπουδαίως μὲν τὰς ἀτυχίας, ἄκλητον καὶ σπουδαίως· φίλος γάρ, εὖ ποιεῖν, καὶ μάλιστα τὰς ἐν χρείᾳ, καὶ τὰς μὴ ἀξιώσαντας· ἀμφοῖν γὰρ κάλλιον, καὶ ἥδιον. Εἰς δὲ τὰς εὐτυχίας, συνεργοῦντα μέν, σπουδαίως· καὶ γὰρ εἰς ταῦτα χρεία φίλων. σπουδὴν δέ, σχολαίως· ἡδὺ γὰρ καλόν, τὸ σπουδάζεσθαι ὡς φελεῖσθαι.

CAPUT XII.

Quare Conversatio, seu Convictus, in amicitia quoque requiritur?

1 PRimùm, Quia amici conspectus amico est jucundus. *Deinde*, Quia omnis societas requirit aliquã conversationem. *Tertiò*, Quia ex conversatione amicus optimè cognoscit suum amicum esse salvum & incolumem: quod ei est jucundissimum. *Quartò*, Quia in conversatione & convictu possunt inter se mutuò exercere ea studia, eásque actiones quibus maximè delectantur.

1 Ἆρ' ἔστιν ὡς σφόδρα τοῖς ἐρῶσι τὸ ὁρᾶν ἀγαπητότατόν ἐστιν; &c. Τοῖς φίλοις αἱρετώτατόν ἐστι τὸ συζῆν· κοινωνία γάρ, ἡ φιλία. &c. καὶ ὅ ποτέ ἐστιν ἑκάστοις τὸ εἶναι, ἢ οὗ χάριν αἱροῦνται τὸ ζῆν, ἐν τούτῳ μετὰ τῶν φίλων βούλονται διάγειν.

Quæ est Utilitas Convictûs & Conversationis in Amicitia?

2 Ἔκφυσι δ' ἐν τέτῳ συνημερέυσιν, ὃ, πρμάλισα ἀγαπῶσι τῶν ἐν βίῳ συζῆν γὰρ βελόμθοι τῶν φίλων, ταῦτα ποιᾶσι, κ τέτων κοινωνᾶσιν, ὅις ὀίονλαι συζῆν.

2 Maximam vim habet Convictus ad conciliandam amicitiam: propterea quòd per eum paulatim nascitur morum & studiorum similitudo; quæ vel sola potest animos hominum conciliare, & inter ipsos amicitiam gignere.

Quotuplex est Conversatio?

3 Duplex. *Una malorum* & improborum: quæ fugienda est; quia est turpis & noxia, quatenus per eam reddimur deteriores. *Altera* est *bonorum* virorum: quæ est expetenda; quia & honesta est & utilis: Nam per eam efficimur meliores.

3 Γίνεται ἓν ἡ μὲν τῶν φαύλων φιλία, μοχθηρᾶ· κοινωνᾶσι γὰρ φαύλων, ἀβέβαιοι ὄνλες κ μοχθηροὶ ὃ γίνονλαι ὁμοιέμενοι ἀλλήλοις. ἡ δὲ τῶν ἐπιεικῶν, ὀπεικὴς, συναυξανομέν τε ταῖς ὁμιλίαις. δοκοῦσι ὃ κ βελτίες γίνεσθαι, ἐνεργθντες, κ διορθθντες ἀλλήλες.

LIBER X.

Quod est argumentum, & quæ sunt partes Decimi libri?

TRes sunt hujus libri *partes*. IN PRIMA, usquè ad sextum caput, agitur *De Voluptate:* quatenus est conjuncta cum *Beatitudine*. IN ALTERA, usquè ad nonum caput, agitur De *Beatitudine contemplativa*. IN TERTIA, Concludit totam hanc de moribus tractationem, cum annexa commonitione: quâ ostendit, *Sola* præcepta ad civilem beatitudinem consequendam non sufficere; sed necesse quoque esse, ea transferre ad usum, qui consistit in actione virtutis.

CAPUT I.

Quare de Voluptate in hac doctrina agitur?

Μετὰ ὃ ταῦτα, περὶ ἡδονῆς ἴσως ἔπλαι διελθεῖν· μάλισα γὰρ δοκεῖ συνῳκειῶθαι τῷ γένει ἡμῶν· διὸ παιδεύεσι τὲς νέες, ὀιακίζοντες ἡδονῇ κ λύπῃ.

CUr in doctrina Morali etiam de voluptate agendum sit, suprà in lib. 7. cap. 11. tres causæ fuerunt allatæ: quibus hoc loco tres aliæ adjiciuntur; nimirum, 1 *Quia* naturæ

naturæ noſtræ admodum eſt cognata. 2 *Deinde*, Quia ad virtutem & beatitudinem plurimùm confert. *Denique*, Quia de ea variæ fuerunt Philoſophorum opiniones.

2 Δοκεῖ δὲ πρὸς τιὼ τὸ ἦθος ἀρετιὼ μέγιστον εἶῃ, τὸ χαίρειν εἰς δεῖ, καὶ μισεῖν ἃ δεῖ.

Quæ fuerunt Philoſophorum de Voluptate Opiniones?

3 *Duæ*, & quidem *Contrariæ*, fuerunt opiniones Philoſophorum de Voluptate. *Aliqui* enim dixerunt, eam eſſe *Summum bonum:* ac propterea maximè expetendam. *Alii* verò contrà dixerunt, Voluptatem eſſe *Rem valde malam*, & omnibus modis fugiendam.

3 Οἱ μὲν γὰρ ταὐγαθὸν ἡδονὴν λέγεσιν· οἱ δ' ἐξ ἐναντίας, κομιδῇ φαῦλον.

CAPUT II.

Quæ fuit Eudoxi opinio de Voluptate?

1 EUdoxus, Epicurus, & eorum ſectatores *Voluptatem* dixerunt eſſe SUMMUM BONUM. *Primùm*, Quia ab omnibus animalibus tam brutis, quàm ratione præditis, expetitur. *Deinde*, Quia opponitur dolori, qui per ſe eſt malus & fugiendus. *Tertiò*, Quia per ſe expetitur. *Quartò*, Quia, cuicunque bono voluptas acceſſerit, facit illud magis expetendum.

1 Εὔδοξος μὲν ἐν τιὼ ἡδονὴν ταὐγαθὸν ᾤετο εἶναι, διὰ τὸ πάντ' ὁρᾶν ἐφιέμενα αὐτῆς, καὶ ἐλλογα καὶ ἄλογα. Καὶ ἐν τῷ ἐναντίῳ τιὼ γὰρ λύπην καθ' αὐτὸ πᾶσι φυκτὸν εἶναι· ὁμοίως δὲ τὸ ἐναντίον αἱρετόν. Μάλιστα δ' αἱρετόν, ὃ μὴ δι' ἕτερον αἱρούμεθα, &c. τοιοῦτον δ' εἶναι τὴν ἡδονήν. Προσπεθεμένιω τε ὁτιωοῦν τῶν ἀγαθῶν αἱρετώτερον ποιεῖν. 2 Οἱ δ' ἐνιζάμενοι ὡς ἐκ ἀγαθόν, ὃ πάντ' ἐφίεται, μὴ ὀρθῶς λέγεσι. 3 Εἰ μὲν γὰρ τὰ ἀνόητα [χ. μόνα] ὠρέγετο αὐτῶν, ἦν ἂν τὸ λεγόμενον· εἰ δὴ καὶ τὰ φρόνιμα, πῶς λέγοιεν ἂν τι; &c. Ἴσως δὲ καὶ ἐν τοῖς φαύλοις ἔστι τι, &c.

Quid ad hæc argumenta reſpondent Platonici?

2 *Ad primum* Argumentum reſpondent Platonici, De Summo bono non ſtatuendum eſſe ex judicio & appetitu brutorum animalium, aut imperitorum hominum. Itaque, etiamſi bruta & homines imperiti voluptatem maximè expetant, non tamen propterea ſequi, eam eſſe Summum bonum: quandoquidem fieri poſſit, ut etiam expetant id, quod eſt malum.

Quid ad hæc Ariſtoteles?

3 *Negat* Ariſtoteles hanc *Solutionem* eſſe *ſufficientem: Primùm*, Quia non ſolùm animalia bruta, aut homines imperiti, verùm etiam ſapientes & viri boni interdum voluptatem expetunt. *Deinde*, Negat iſtum appetitum Bo-

NI, quatenus naturaliter ineſt, non ſolùm omnibus hominibus etiam malis, ſed etiam brutis animalibus, omnino eſſe vitioſum: propterea quòd hoc communi appetitu quodammodo tacitè fatentur, eſſe adhuc aliquod aliud præſtantius bonum, quàm ſit illud, quod ipſis adeſt; etiamſi, quodnam illud ſit, ignorent.

Quid reſpondent Platonici ad alterum Argumentum?

4 Οὐκ ἔοικε δὲ καὶ περὶ τὸ ἐναντίον καλῶς λέγεσθαι· ἃ γάρ φασιν, εἰ λύπη κακόν ἐστι, καὶ ἡδονὴν ἀγαθὸν εἶναι. &c.

4 *Platonici* negant id continuò bonum eſſe, quod malo opponitur; quia interdum etiam malum malo opponitur, ut, in Virtutum Extremis, Avaritia Prodigalitati: atque hoc modo Voluptatem poſſe opponi Dolori, tanquam malum malo.

Quid ad hæc Ariſtoteles?

5 Οὐ μὴν ὅτι γε τῶν εἰρημένων ἀληθεύουσιν. &c.

5 *Ariſtoteles* eam refutat τῇ ἐνστάσει. Si Voluptas Dolori opponitur, ut malum malo: æquè eſt mala & fugienda, ſicut dolor. Sed *Platonici* Voluptatem non ità fugiunt, ſicut Dolorem. Ergò non videntur ità eam opponere Dolori, quemadmodum malum malo opponitur.

Quid ad Quartum argumentum reſpondent Platonici?

6 Τοιούτῳ δὴ λόγῳ χρῆ Πλάτων ἀναιρεῖ, ὅτι οὐκ ἔστιν ἡδονὴ τἀγαθόν· αἱρετώτερον γὰρ εἶναι μὴ φρονήσεως τὸν ἡδὺν βίον, ἢ χωρίς. Εἰ δὲ τὸ μικτὸν κρεῖττον, οὐκ εἶναι τὴν ἡδονὴν τἀγαθόν· οὐδενὸς γὰρ προστεθέντος αὐτῷ, τἀγαθὸν αἱρετώτερον γίνεσθαι. 7 Δῆλον δ' ὡς οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τἀγαθὸν ἂν εἴη, ᾧ μετά τινων τῶν καθ' αὑτὸ ἀγαθῶν αἱρετώτερον γίνεσθαι.

6 *Platonici* hoc Quartum argumentum retorquent contra *Eudoxum:* & ex eo probant, Voluptatem eam ipſam ob cauſam non poſſe dici Summum bonum; quia acceſſione alterius boni poteſt fieri optabilior. Nam Summum bonum dici id, quod nullius boni acceſſione poteſt fieri melius, & magis expetendum.

Quid ad hæc Ariſtoteles?

7 *Ariſtoteles* negat hanc Definitionem Summi boni competere ei bono, quod hîc inquiritur. Nam ſi Summum eſt, quod non poteſt acceſſione alterius boni fieri melius & optabilius: igitur in rebus humanis nullum erit Summum bonum. Quia omne bonum humanum poteſt alterius boni acceſſione fieri melius, & magis expetendum

CAPUT

CAPUT III.

Quibus Argumentis Platonici probare volebant, Voluptatem non posse dici BONUM?

QUatuor præcipuè argumentis Platonici oppugnabant Voluptatem. Quorum *Primum* fuit tale. *Omne bonum est qualitas. Voluptas non est qualitas. Ergò Voluptas non est* BONUM.

Quid respondes ad hoc Argumentum?

1 Major Propositio est falsa. Non enim omne bonum est qualitas: Exempli gratiâ, DEUS, MENS, Beatitudo, Mediocritas, Actio virtutis, sunt BONUM; & tamen non sunt qualitates.

1 Οὐ μὲν οὐδ' εἰ μὴ τῶν ποιοτήτων ἐστὶν ἡ ἡδονή, διὰ τοῦτ' οὐδὲ τῶν ἀγαθῶν.

Quod est Alterum Argumentum?

2 *Omne bonum est* ὡρισμένον, *finitum. Voluptas non est definita: quoniam recipit magis & minus. Ergò Voluptas non est* BONUM.

2 Λέγεσι δὴ τὸ μὲν ἀγαθὸν ὡρισμένον εἶναι, τὴν δ' ἡδονὴν ἀόριστον εἶναι, ὅτι δέχεται τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον.

Quid respondes ad hoc Argumentum?

Primùm, Nego Minorem Propositionem: neque enim omnes Voluptates recipiunt magis & minus; sed tantùm Voluptates corporis, quæ habent aliquid Doloris admixtum. *Deinde*, Nego probationem Minoris: Ea omnia indefinita esse, quæ recipiunt magis & minus. Nam etiam actiones virtutum in Concreto consideratæ recipiunt magis & minus: & tamen non sunt propterea indefinitæ. Alii enim aliis sunt fortiores, justiores, & temperatiores, &c. Item, Sanitas recipit magis & minus; & tamen est definita

Quod est Tertium Argumentum?

3 *Omne quod revera bonum est, perfectum est. Voluptas non est perfecta: quia est vel motus, vel generatio. Ergò Voluptas non est* BONUM.

3 Τέλειόν τ' ἀγαθὸν πάντες, τὰς δὲ κινήσεις καὶ τὰς γενέσεις ἀτελεῖς, τὴν ἡδονὴν κίνησιν καὶ γένεσιν ἀποφαίνειν πειρῶνται.

Quid ad hoc Argumentum respondes?

4 Nego Minorem Propositionem, ejusq; probationem: *Voluptas* enim *neque Motus* est, neque *Generatio*. Non

4 Οὐ καλῶς δ' ἐοίκασι λέγειν οὐδ' εἶναι κίνησιν· πάσῃ γὰρ οἰκεῖον εἶναι δοκεῖ τάχος καὶ βραδυτής. Γένεσίς τε πῶς ἂν εἴη; δοκεῖ γὰρ οὐκ ἐν τῷ τυχόντι τὸ τυχὸν γίνεσθαι· ἀλλ' ἐξ οὗ γίνεσθαι, εἰς τοῦτο διαλύεσθαι.

est

est *Motus:* quia ei neque tarditas, neque celeritas competit ratione actûs & fruitionis. Non est *Generatio:* quoniam per Generationem substantia aliqua nova generatur ex Corruptione prioris: Sed per Voluptatem nulla substantia generatur, aut corrumpitur.

Objectio. *At aliqui dicunt Voluptatem esse Repletionem naturæ indigentis: atque ideo quoque esse Generationem.*

5 Καὶ λέγουσί γέ τινες μὴ λύπην ἔνδειαν εἶναι τὴν κατὰ φύσιν· πῶς δ' ἡδονήν, ἀναπλήρωσιν. Ταῦτα δὲ σωματικά ὅτι πάσχει. Εἰ δή ὅτι τὴν κατὰ φύσιν ἀναπλήρωσις, ἡ ἡδονή· ἐν ᾧ ἡ ἀναπλήρωσις, τοῦτ' ἂν κἀ ἥδοιτο. Τὸ σῶμα δ' οὐα. Οὐ δοκεῖ δέ. Οὐκ ἔστιν ἄρα ἀναπλήρωσις, ἡ ἡδονή. 6 Πρὸς δὲ τοὺς προφέροντας τὰς ἐπονειδίστους τῶν ἡδονῶν, λέγοι τις ἂν ὅτι οὐκ ἔστι ταῦτ' ἡδέα· οὐ γὰρ, εἰ τοῖς κακῶς διακειμένοις ἥδεα ταῦτ' ἐστίν, ὀφείλει αὐτὰ κἀ ἡδέα εἶναι ἁπλῶς. &c. 7 Ἐμφανίζειν δ' δοκεῖ κἀ ὁ Φίλωθ, ἕτερος ὢν τοῦ κόλακος, οὐκ ἔσαν ἀγαθὸν τὴν ἡδονήν, ἢ διαφόρως εἴδει· ὁ μὲν γὰρ, πρὸς τὸ ἀγαθὸν ὁμιλεῖν δοκεῖ· ὁ δὲ, πρὸς ἡδονήν. κἀ τὸ μὲν ὀνειδίζεσαι· τὸ δ' ἐπαινοῦσιν, ὡς πρὸς ἕτερα ὁμιλοῦντα. Οὐδείς τ' ἂν ἕλοιτο ζῆν παιδὸς διάνοιαν ἔχων διὰ βίου, &c. οὐδὲ χαίρειν, ποιῶν πᾶσ' αἰσχίστων. &c.

5 *Solutio.* Voluptas *non* est ipsa *Repletio* indigentis naturæ; sed potiùs ipsam repletionem comitatur. *Præterea,* Non omnem Voluptatem antecedit Dolor ex indigentia ortus: cujusmodi sunt Voluptates Mentis; item quorundam sensuum, ut visûs, auditûs, & odoratûs.

Quod est Quartum Argumentum?

Quod turpe est & probrosum, non potest dici BONUM. *Voluptas est talis. Ergò Voluptas non potest dici* BONUM.

Quid ad hoc Argumentum respondes?

6 *Primum,* Nego id, quod turpe est & probrosum, posse *Simpliciter jucundum* dici: quoniam solùm malis & improbis hominibus tale esse videtur. *Deinde,* Nego de *Voluptatibus Per Se* dici, quòd sint turpes: sed tantùm *Per Accidens*; quatenus ex rebus & actionibus turpibus percipiuntur. *Præterea,* Etiamsi *aliquæ Voluptates* sunt *turpes:* tamen sunt etiam *multæ Honestæ* & bonæ; quæ non possunt è numero bonorum excludi.

Quibus argumentis refutatur Eudoxi opinio: qui simpliciter affirmavit, omnes Voluptates esse Bonas, imò quasdam esse Summum bonum?

7 Hanc *Eudoxi* sententiam falsam esse, quatuor argumenti

mentis oſtendi poteſt. Nam, ſi ea vera eſſet, ſequeretur indè, *Primùm*, Nullum eſſe diſcrimen inter eam voluptatem, quam adfert adulator; & eam, quam adfert amicus, & vir bonus: cùm tamen illa ſit turpis; hæc verò, honeſta. *Deinde* ſequeretur, Vitam puerorum, quæ deliciis abundat, maximè eſſe expetendam. *Tertiò* ſequeretur, Quodvis turpe facinus committendum eſſe, ſi conjunctam habeat voluptatem. *Denique* ſequeretur, Voluptatis causâ cuncta expetenda & ſuſcipienda eſſe. Atqui multa propter ſe expetimus, & ſuſcipimus, nullâ voluptate impulſi; ut Videre, audire, edere, bibere, laborare, peregrinari, & ſimiles actiones: quæ licèt interdum quoque habeant aliquam conjunctam voluptatem; tamen non propter eam ſuſcipiuntur.

CAPUT IIII.

Dixiſti antè Voluptatem non eſſe Motum, aut Generationem: cupio id mihi ampliùs probari.

QUòd Voluptas non ſit Motus, & per conſequens neq; Generatio; id tribus argumentis Ariſtoteles hoc loco confirmat. *Primum* eſt tale. *Nullus motus*, excepto motu circulari, quovis tempore eſt perfectus: quoniam requirit moram aliquam temporis, donec perveniat ad ſuum finem. 1 *Voluptas* autem quovis tempore eſt perfecta: quia eſt ſimul & ſemel tota; neque opus habet acceſſione alterius rei, ad ſui perfectionem. *Ergó*, Voluptas non eſt Motus.

1 Ὅλον γάρ τι ἔχει· καὶ οὐ κατὰ χρόνον λάβοι τις ἂν ἡδονὴν, ἥτις ἐπὶ πλείω χρόνον γινομένης, τελειωθήσεται τὸ εἶδος. &c.

Quod eſt Alterum Argumentum?

2 *Omnis Motus* fit in parte aliqua temporis. *Voluptas* autem fit momento, quod non eſt tempus. *Ergó*, Voluptas non eſt Motus.

Quod eſt Tertium Argumentum?

3 *Motus* eſt ex numero earum rerum, quarum partes poſſunt ſegregari, & à ſe mutuò ſejungi. *Voluptas* non eſt tale quiddam, cujus partes poſſint ſejungi: ſed eſt totum impartibile. *Ergó*, Voluptas non eſt Motus.

2 Δόξειε δ' ἂν τοῦτο καὶ ἐκ τοῦ μὴ ἐνδέχεσθαι κινεῖσθαι μὴ ἐν χρόνῳ, ἡδεῖαν δὲ τὸ ἐν τῷ νῦν, ὅλον τι. 3 Οὐ γὰρ πάντων ταῦτα λέγεται, ἀλλὰ τῶν μεγεθῶν, καὶ μὴ ὅλων. &c.

Quoniam Voluptas non est Qualitas, neque Motus, neque Generatio: Quid igitur est Voluptas?

Voluptas est perfectæ operationis subsequens signum. Ἡδονὴ ὅτι τελείας ἐνεργείας ἐπιγενόμενόν τι τέλος.

Quam vocas Perfectam operationem?

4 Καθ' ἕκαστον δὲ βελτίστη ὅστιν ἡ ἐνέργεια, τὸ ἄριστα διακειμένου πρὸς τὸ κράτιστον τῶν ὑφ' αὑτῷ· αὕτη δ' ἂν τελεωτάτη εἴη καὶ ἡδίστη.

4 Quæ proficiscitur à Facultate optimè disposita, & agit in Objectum optimè dispositum. Ex tali namque actione Agens percipit apud animum suum aliquam Voluptatem: quæ signum est Perfectæ operationis.

Quarum actionum Voluptas dicitur Perfectio?

5 Κατὰ πᾶσαν γὰρ αἴσθησίν ἐστιν ἡδονή· ὁμοίως δὲ καὶ διάνοιαν, καὶ θεωρίαν. ἥδιστη δέ, ἡ τελεωτάτη.

5 *Actiones* sunt *triplices:* vel enim sunt τῆς θεωρίας, id est, *Contemplationis* rerum divinarum, cœlestium, æternarum, & necessariarum: vel sunt τῆς διανοίας, *Ratiocinationis*, & deliberationis de rebus agendis: vel sunt τῆς αἰσθήσεως, i. e. *Sensuum*, qui versantur circa Singularia. Omnes hæ actiones judicantur esse perfectæ hoc quasi signo, Quando Agenti sunt jucundæ.

Sed quo pacto Voluptas dicitur esse Signum Perfectæ operationis?

6 Τελείοις δὲ τοῖς ἐνεργείαν ἡδονή, οὐχ ὡς ἕξις ἐνυπάρχουσα, ἀλλ' ὡς ἐπιγιγνόμενόν τι τέλος· οἷον τοῖς ἀκμαίοις ἡ ὥρα.

6 *Quoniam Voluptas* semper comitatur Perfectam operationem, tanquam *Accidens* quoddam *inseparabile:* vel, ut Aristoteles inquit, ὡς ἐπιγενόμενόν τι τέλος· Quemadmodum SANÆ OPERATIONES sunt *Signum* sanitatis, à qua proficiscuntur: ἡ ὥρα, *Venustas corporis*, est indicium τῆς ἀκμῆς, id est, florentis ætatis.

Quamdiu Voluptas est in Actionibus?

7 Ἕως δ' ἂν ποτε τὸ ἀισθητὸν ἢ νοητὸν ἢ, οἷον δεῖ, καὶ τὸ κεῖνον ἢ θεωροῦν, ἔσται ἐν τῇ ἐνεργείᾳ ἡ ἡδονή. Καὶ πάντα τὰ ἀνθρώπεια ἀδυνατεῖ συνεχῶς ἐνεργεῖν· ὃ γίνεται ὧν ἐστὶ ἡδονή· &c.

7 *Tamdiu Voluptas* est in actione, quoad Facultas Agentis & Objectum circa quod actio versatur, fuerint optimè disposita: quòd si verò defatigentur & langueſcant, necesse est etiam ipsam voluptatem imminui. Atque hæc etiam causa est, cur nulla voluptas sit perpetua, sed paulatim evanescat.

Quare

Quare ea, quæ nova sunt, initiò vehementiùs delectant, quàm postea?

8 *Quia* in res novas *Animus* magis *intentus* est; & *Facultas* agendi est adhuc *integra*: quæ postea paulatim fatigatur & fit remissior.

8 Ἔνια δὲ τέρπει καινὰ ὄντα, ὕστερον δὲ οὐχ ὁμοίως τὸ μὲν γὰρ πρῶτον προσανέχεται ἡ διάνοια, καὶ διατεταμένως ὥσπερ αὐτὰ ἐνεργεῖ.

Quare non solùm homines, sed & omnia animalia tantopere expetunt Voluptatem?

9 *Quia* omnia amant vitam, ac propter eam quoque amant voluptatem; quæ videtur vitam quasi perficere: quandoquidem etiam ipsa vita est quædam actio: unde *Cic.* lib. 2. *De nat. Deorum* ait, *Is qui nihil agit, esse omnino non videtur.*

9 Ὀρέγεσθαι δὲ τῆς ἡδονῆς οἰκεῖόν πως ἂν ἅπαντας, ὅτι καὶ τοῦ ζῆν ἅπαντες ἐφίενται· ἡ δὲ ζωὴ ἐνέργειά πως ἐστί.

CAPUT V.

Sintne omnes Voluptates uniusmodi?

1 MInimé: sed plures sunt earum Differentiæ atque Species.

1 Οὐκ ἔστιν δοκεῖ καὶ τῷ εἴδει διαφέρειν. &c.

Quibus argumentis probat Aristoteles Voluptates Specie inter se differre?

Duobus præcipué: quorum *Unum* sumitur ab earum proprio Subjecto, cui insunt; *alterum*, ab earum Effectu.

Expone Primum argumentum.

2 *Si perfectæ actiones*, quibus ineſt & quas semper comitatur aliqua Voluptas, quam Agens indè percipit, Specie differunt: igitur etiam hæ ipsæ Voluptates Specie inter se sunt diversæ. Sed Antecedens est verum. Ergó. *Assumptio* declarari potest exemplis: Nam operationes Mentis, veluti sunt, Intelligere, Ratiocinari, Meditari, & similes, Specie differunt ab operationibus Sensuum: cujusmodi sunt, Videre, Audire, Gustare, & reliquorum Sensuum; quę etiam ipsæ inter se Specie differunt. Eodem modo operationes Naturales Specie differunt ab operationibus Artificialibus: quemadmodum videre est in earum operibus,

2 Τὰ γὰρ ἕτερα τῷ εἴδει, ὑφ' ἑτέρων οἰόμεθα τελειοῦσθαι. Οὕτω γὰρ φαίνεται καὶ τὰ φυσικὰ καὶ τὰ ἐκ τέχνης· οἷον ζῶα, καὶ δένδρα, καὶ γραφή, καὶ ἀγάλματα. &c. Ὁμοίως δὲ καὶ τὰς ἐνεργείας τὰς διαφερούσας τῷ εἴδει, ἕτερα διαφερόντων τῷ εἴδει τελειοῦσθαι. διαφέρουσι δὲ αἱ τε διανοίας τῶν τε περὶ τὰς αἰσθήσεις, καὶ αὗται ἀλλήλων κατ' εἶδος· καὶ αἱ τελειοῦσθαι δὴ ἡδοναί.

quæ Specie sunt diversa, ut Animal, Lignum, Lapis, Arbor, &c. Item Domus, Statua, Pannus, Gladius, Olla, Mensa, & cætera, sunt opera Specie diversa.

3 Ἔτι δὲ μᾶλλον τοῦτ' ἂν φανείη ἐκ τοῦ τὰς ἀφ' ἑτέρων ἡδονὰς ἐμποδίζειν ταῖς ἐνεργείαις ἔοικε· οἱ γὰρ φίλαυλοι ἀδυνατοῦσι τοῖς λόγοις προσέχειν, ἐὰν καλακέουσιν αὐλοῦντος, μᾶλλον χαίροντες ταῖς αὐλητικαῖς τῶν παρόντων ἐνεργείας. ἡ γὰρ τοιὰ αὐλητικὴν τὴν ἡδονὴ τοῦ λόγου ἐνέργειαν φθείρει.

Dic alterum argumentum.

3 *Quorum Effectus* Specie differunt, ea ipsa quoq; Specie differunt. Sed Voluptatum diversi sunt Specie Effectus. Ergò etiam ipsæ Voluptates Specie differunt. *Minoris* declaratio. Etenim, quam actionem propria voluptas promovet, ac perficit, eandem aliena voluptas impedit, ac quasi perdit.

Quæ sunt ergò Voluptatum Divisiones hoc loco notandæ? Suprà enim in cap. de Temperantia etiam aliquas divisiones habuimus.

4 *Voluptates* commodè distinguuntur secundum *Actiones*, quibus ità sunt cognatæ, ut etiam videantur quibusdam esse ἐνέργειαι. *Primùm* enim, Quemadmodum *Actiones* aliæ sunt *Honestæ*, aliæ *Turpes*, aliæ *Intermediæ*: Ità etiam *Voluptates* aliæ sunt *Honestæ* & expetendæ; aliæ *Turpes* & fugiendæ; aliæ *Mediæ naturæ*. Deinde, Quemadmodum *Operationes Mentis* puriores sunt operationibus Sensuum & Corporis; & ipsorum quoque Sensuum operationes aliæ aliis sunt puriores, secundum Sensuum puritatem: Ità etiam *Voluptates*, quæ istis operationibus sunt cognatæ, aliæ aliis sunt puriores. Hinc existit hæc divisio, quòd *Voluptates* aliæ sunt *Puræ* & sinceræ; quæ nihil habent admixtum turpitudinis, aut doloris: aliæ autem *Impuræ* & mixtæ; quibus etiam inest aliqua vel turpitudo vel molestia.

Quam præterea habes Voluptatum Divisionem?

5 Est etiam alia Voluptatum divisio, desumpta à differentia animalium: quorum cùm sint diversæ naturæ & operationes; etiam diversas sectantur & percipiunt volu-

4 Διαφερόντων δὲ τῶν ἐνεργειῶν ἐπιεικείᾳ καὶ φαυλότητι, καὶ τῶν μὲν αἱρετῶν ὄντων, τῶν δὲ φευκτῶν, τῶν δὲ οὐδετέρων, ὁμοίως ἔχουσι καὶ αἱ ἡδοναί· καθ' ἑκάστην γὰρ ἐνέργειαν οἰκεία ἡδονή ἐστιν. &c. Διαφέρει δὲ καὶ ὄψις ἀφῆς καθαριότητι, καὶ ἀκοὴ καὶ ὄσφρησις, γνώσεως· ὁμοίως δὲ διαφέρουσι καὶ αἱ ἡδοναί, καὶ τούτων αἱ περὶ τὴν διάνοιαν, καὶ ἑκάτεραι ἀλλήλων. 5 Δοκεῖ δ' εἶναι ἑκάστῳ ζώῳ καὶ ἡδονὴ οἰκεία, ὡς καὶ ἔργον ἕτερον. καὶ γὰρ ἵππου ἡδονὴ καὶ κυνὸς καὶ ἀνθρώπου.

ptates. Hinc ergò *Voluptates* aliæ dicuntur *Humanæ*; quæ hominis naturæ conveniunt: aliæ *Belluinæ*, quæ belluis conveniunt; (6) quarum rursum tot sunt Differentiæ, quot sunt earũ Species. Aliæ enim aliis rebus delectantur: hinc dicitur leonina, equina, asinina, canina, lupina voluptas; quâ leones, equi, asini, canes, lupi delectantur; & sic de cæteris. Est etiam Humanarum Voluptatum maxima varietas, pro diversitate temperamentorum, ætatis, sexûs, conditionis, & aliarum circumstantiarum. Non enim eadem delectant senem, quæ puerum aut adolescentem; virum, quæ mulierem; Theologum, quæ militem aut mercatorem; sapientem & doctum, quæ insipientem & idiotam: non denique eadem delectant virum bonum, quæ virum malum & improbum.

6 Αἱ μὲν ὧν τῶν ἑτέρων τῷ εἴδει, διαφέρουσιν εἰ δεῖ· τὰς δὲ τῶν αὐτῶν, ἀδιαφόρους εὔλογον εἶ). Διαλλάττουσι δὲ μικρὸν ἐπί γε τῶν ἀνθρώπων· τὰ γὰρ αὐτὰ τὲς μὲ λυπεῖ, τὲς δὲ τέρπει. &c.

In tanta autem Voluptatum varietate, quænam sunt Veræ & Humanæ Voluptates nominandæ?

7 *Veræ* & *Humanæ Voluptates* eæ solùm sunt judicandæ, quibus vir bonus delectatur: quas nimirum percipit ex actionibus virtutum.

7 Δοκεῖ δ' ἅπασι τοῖς τοιούτοις εἶναι τὸ φαινόμενον τῷ σπουδαίῳ.

Quamobrem?

8 *Quia* solius viri boni judicium est verum & rectum: proficiscitur enim ex virtute, quæ rerum & actionum humanarum verissima est mensura. *Præterea*, Quia actiones virtutum sunt solius hominis propriæ: ideo etiam voluptates, quæ illis sunt cognatæ, propriè humanæ dicuntur. Cæteræ verò voluptates, quas ex aliis rebus vel actionibus vir bonus percipit, veluti ex cibo, potu, ludo, & similibus, ei sunt communes partim cum aliis hominibus, partim etiam cum brutis animalibus.

8 Εἰ δὲ τοῦτο καλῶς λέγεται, καθάπερ δοκεῖ, καὶ ἔστιν ἑκάστου μέτρον ἡ ἀρετὴ καὶ ὁ ἀγαθός, ἢ τοιοῦτος· καὶ ἡδοναὶ εἶεν ἂν αἱ τούτῳ φαινόμεναι, καὶ ἡδέα, οἷς οὗτος χαίρει.

CAPUT VI.

Quid ad extremum agit Aristoteles in his libris?

1 REpetit quædam de *Beatitudine*, quam ab initio dixi esse finem hujus doctrinæ.

1 Εἰρημένων δὲ τῶν περὶ τὰς ἀρετὰς καὶ φιλίας καὶ ἡδονάς· λοιπόν, περὶ εὐδαιμονίας τύπῳ διεληλθεῖν, ἐπεὶδὴ τέλος αὐτὴν τιθέμεν τῶν ἀνθρωπίνων.

Quare bis de eadem agit, in Primo & hoc Postremo libro?

Quia *Finis* in actionibus *duplicem* habet *considerationem:* Unam, *Ratione principii*, quatenus movet Agentem, ut actionem aliquam suscipiat: alteram, *Ratione extremi*; quatenus Agens suam actionem ad eum dirigit, & in eodem terminat.

Eodémne modo hîc & suprà Beatitudinem considerat?

Non. Nam, quæ in primo libro de Felicitate tradita fuerunt, pertinent ad *Felicitatem Practicam:* quæ est secundum externam & civilem vitam, & comparatur actionibus virtutum Moralium. Quæ verò in hoc loco traduntur, pertinent ad *Felicitatem Theoricam:* quæ est secundum mentem, & consistit in contemplatione rerum divinarum & cœlestium.

2 Εἰπωμεν δ', ὅτι οὐκ ἔστιν ἕξις· καὶ γὰρ ἂν οὕτω καθεύδοντι διὰ βίου ἂν ὑπάρχοι ἄν, φυτοῦ ζωὴν τινὰ βίον, καὶ τῶν δυστυχούντων τὰ μέγιστα.

Consistitne Beatitudo hominis in solo Habitu, an verò in aliqua Operatione, seu Actione?

2 *Beatitudo non* est ponenda in solo *Habitu:* alioquin enim dormiens, aut ægrotans, aut inopiâ laborans, aut in alia aliqua calamitate constitutus etiam Beatus posset dici; quandoquidem nihil impedit, quò minùs etiam tales sint habitu aliquo præditi.

3 Δῆλον, ὅτι τὴν εὐδαιμονίαν τῶν καθ' αὑτὰς αἱρετῶν [ἐνεργειῶν] τινα θετέον, καὶ οὐ τῶν δι' ἄλλο.

Collocas ergò Felicitatem hominis in aliqua Operatione?

3 *Maximè:* & quidem in Operatione per se expetenda, eâque seriâ.

Quare in Operatione Per se expetenda?

4 Οὐδενὸς γὰρ ἐνδεὴς ἡ εὐδαιμονία, ἀλλ' αὐτάρκης.

4 Quia *Beatitudo* est bonum αὐτάρκες, id est, *seipso contentum*, atque *perfectum:* quod neque ad aliud refertur; neque ullo alio bono extra se, ad sui majorem commendationem, indiget.

Quare in operatione seria potiùs Felicitatem hominis ponis quàm in operatione ludicra: quæ tamen videtur in se plus habere voluptatis?

5 Καὶ δὴ καὶ ἐν πολλάκις εἴρηται, καὶ τίμια καὶ ἡδέα ὁτὲ τὰ τῷ σπουδαίῳ τοιαῦτα ὄντα· ἐκάστῳ δ' ἡ κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν αἱρετωτάτη ἐνέργεια· καὶ τῷ σπουδαίῳ δὴ ἡ κατὰ τὴν ἀρετήν. Οὐκ ἐν παιδιᾷ ἄρα ἡ εὐδαιμονία· καὶ γὰρ ἄτοπον, τὸ τέλος εἶναι παιδιάν, &c.

5 *Primùm*, Quia vir bonus serias actiones præfert ludicris actionibus. *Deinde*, Quia Beatitudo est ultimus fi-

nis

nis rerum humanarum, cujus gratiâ omnes omnia suscipiunt & agunt: quòd si eam poneremus in ludicra actione, sequeretur, Homines ludi & joci gratiâ natos esse, & eorum causâ debere omnes labores & molestias suscipere & sustinere; quod est absurdum. *Præterea*, Vita Beata est secundum virtutem; virtus autem est res seria, non ludicra: igitur etiam Beatitudo non in ludicra actione posita est. *Ad hæc*, Quia Beatitudo est bonum optimum & præstantissimum: ideo etiam in præstantiore actione est collocanda. Certum autem est, actiones serias præstantiores esse ludicris actionibus: quia tribuuntur præstantiori homini, nempe viro bono; & præstantiori parti hominis, nimirum rationi. *Denique*, Si Beatitudo consisteret in actionibus ludicris: tum servorum vita beata esset censenda; quia etiam in ipsis laboribus inter se ludunt & jocantur.

Objectio. *Atqui potentes, magnates, divites, & similes, qui vulgò Beati esse judicantur, majorem ferè partem vitæ traducunt in ludis & jocis: Igitur videtur Felicitas hominis in ludicris actionibus consistere.*

6 *Solutio.* De Beatitudine hominis non est statuendum ex magnatum & divitum opinione aut factis: quia plerunque judicium habent corruptum & depravatos mores, propter malam educationem & summam vitæ licentiam, quâ voluptatibus corporis ità sese addixerunt & contaminârunt, ut veras & sinceras animi voluptates nunquam degustârint, ac propterea de illis sincerè judicare non possint.

6 Καλαφεύγεσι δ' ὅτι τὰς τοιαύτας διαγωγὰς τῶν εὐδαιμονιζομένων οἱ πολλοί· &c.

ἐδὲν δ' ἴσως σημεῖον οἱ τοιοῦτοί εἰσιν· ἃ γὰρ ἐν τῷ διαιτᾶσθαι ἡ ἀρετή, ἐδὲ ὁ νοῦς, ἀφ' ὧν αἱ εὐπραξίαι ἐνέργειαι. &c.

CAPUT VII.

Quænam est igitur illa seria & per se expetenda ἐνέργεια, in qua dicis Beatitudinem hominis positam esse?

1 Ἡ Θεωρία, hoc est, *Contemplatio* rerum præstantissimarum & pulcherrimarum: cujusmodi sunt res divinæ, & æternæ, earúmque causæ & principia.

1 Εἰ δ' ὄζιν ἡ εὐδαιμονία κατ' ἀρετὴν ἐνέργεια, εὔλογον κατὰ τὴν κρατίστην· &c.

A qua virtute proficiscitur hæc ἐνέργεια?

A Sapientia, quæ, est nobilissimæ partis in homine, nempe Mentis, præstantissimus habitus: quemadmodum in libro sexto ostensum est.

Cur autem in Contemplatione præcipuam hominis Beatitudinem collocas?

2 Αὕτη δ' ἂν εἴη τὸ ἀείσε. 2 *Quia Contemplatio* est omnium operationum humanarum præstantissima: ideo non immeritò Beatitudo, quæ est præstantissimũ hominis bonum, in ea collocatur.

Quibus argumentis Aristoteles probat Contemplationem esse præstantissimam operationem?

3 Κρατίστη γὰρ αὕτη ἐστὶν ἡ ἐνέργεια· καὶ γὰρ ὁ νοῦς, τῶν ἐν ἡμῖν· καὶ τῶν γνωστῶν, περὶ ἃ ὁ νοῦς. 3 *Primùm*, Quia proficiscitur à divinissima hominis parte, Mente scilicet: & versatur circa nobilissimam materiam, nempè circa res Divinas. *Deinde*, Quia diutissimè potest continuari absque fatigatione & molestia. *Tertiò*, Quia est jucundissima: non solùm quia habet sinceram & firmam voluptatem, verùm etiam quia conjuncta est cum scientia & cognitione rerum pulcherrimarum. *Quartò*, Quia est αὐτάρκης, *seipsâ contenta*, non egens externis quibusdam adjuments. *Quintò*, Quia per se est optabilis, neq; propter aliquod aliud bonum consequendum suscipitur. *Sextò*, Quia minimè est laboriosa; sed tranquilla, & quieta.

Ἔτι δὲ συνεχέστατ' ἂν θεωρεῖν τε γὰρ δυνάμεθα συνεχῶς μᾶλλον, ἢ πράττειν ὁτιοῦν.

Quid ex his infert Aristoteles?

4 Hominem maximè debere expetere vitam *Theoricam:* quoniam est similis divinæ vitæ; & homini maximè propria. Nam per eam homo maximè vivit secundum eam partem, quæ in eo est optima & præstantissima, nempe secundum Mentem: reliquam enim vitam, nempe

Ὁ δὲ τοιοῦτος τε δεῖν ἥδιστα παρημεῖχθαι τῇ εὐδαιμονίᾳ· ἥδιστα δὲ τῶν κατ' ἀρετὴν ἐνεργειῶν, ἢ κατὰ τὴν σοφίαν ὁμολογουμένως ἐστίν. &c. Ἡ τε λεγομένη αὐτάρκεια περὶ τὴν θεωρητικὴν μάλιστ' ἂν εἴη. Δόξειε δ' ἂν αὐτὴ μόνη δι' αὐτὴν ἀγαπᾶσθαι. &c. Δοκεῖ τε ἡ εὐδαιμονία ἐν τῇ σχολῇ εἶναι. &c. 4 Θεῖον ὁ νοῦς πρὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ ὁ κατὰ τοῦτον βίος θεῖος πρὸς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Vegeta-

Vegetativam, & *Sensitivam*, communem habet partim cum plantis, partim cum aliis animalibus.

At sunt aliqui, qui dicunt Hominem mortalem debere mortalia sapere, in divina & æterna non inquirere?

5 Rectè quidem hæc dicerentur, si homo in universum esset mortalis: verùm, quia secundum præstantissimam sui partem, Mentem scilicet seu Animum, est immortalis; ideo maximè debet secundum eam vivere, & ea, quæ divina & immortalia sunt, quærere, atque hoc modo ἀποθανατίζειν, *se à mortalitate quasi vindicare*, omnémque operam dare, ut mentem suam excolat, & secundum eam vivat. Sic enim erit θεοφιλέστατος, καὶ εὐδαιμονέστατος, *Deo charissimus, & quàm maximè Beatus.*

5 Χρὴ δ' ὅ, κατὰ τὰς παραινέσεις, ἀνθρώπινα φρονεῖν ἄνθρωπον ὄντα, ὐδὲ θνητὰ τὸν θνητόν, ἀλλ' ἐφ' ὅσον ἐνδέχεται ἀποθανατίζειν, καὶ πάντα ποιεῖν πρὸς τὸ ζῆν κατὰ τὸ κρατιστον τῶν ἐν αὐτῷ.

CAPUT VIII.

Quare Vita & Beatitudo Theorica præstantior est Practicâ?

1 HOc ex utriusque comparatione facilè potest intelligi. *Primùm* enim, Quia θεωρία est solius Mentis ἐνέργεια. Mens autem est divinum quiddam: ideo vita *Theorica* videtur esse quodammodo *Divina*, ac similis vitæ Deorum; quibus reliquæ actiones tribui non possunt. *Practica* autem vita dicitur *Humana*: quia occupata est circa externas actiones, pertinentes ad humanas necessitates, & civilem societatem; quæ corporis ministerio peraguntur, & cum affectibus sunt conjunctæ. *Deinde*, Vita *Theorica* est seipsâ contenta, non indigens aliis adjumentis ad actionem suam perficiendam. *Practica* autem vita, ad actiones Civiles atque Morales peragendas, multis & variis rebus, & bonis externis opus habet: quemadmodum in singulis virtutibus Moralibus exercendis videre licet.

1 Δευτέρως δ' ὁ καὶ ἄλλῳ ἀρετὴν αἱ καθ' αὐτὴν ἐνέργειαι, ἀνθρωπικαί. &c. Πρὸς δὲ τὰς πράξεις, πολλῶν δεῖ, &c. τῷ δὲ θεωροῦντι, ὐδενὸς τῶν τοιούτων, πρός γε τὴν ἐνέργειαν, χείρ· ἀλλ', ὡς εἰπεῖν, καὶ ἐμποδὼν ὄντι πρός γε τὴν θεωρίαν. &c.

Præterea,

Præterea, Beatitudo nullam aliam ob causam tam Diis quàm hominibus propriè tribuitur, nisi propter θεωρίαν, *Contemplationem:* quâ Dii quidem perpetuò sese oblectant; homines verò, quatenus Diis similem vitam vivere cupiunt. Brutis autem, quia omni contemplationis munere destituuntur, etiam omnis Beatitudo denegatur.

'Η δ' ἐλευθερία εὐδαιμονία, ὅτι θεωρητική τις ἐστὶν ἐνέργεια, καὶ ἐντεῦθεν ἂν φανείη· τοὺς θεοὺς γὰρ μάλιστα ἐπιλήψαιμεν μακαρίους καὶ εὐδαίμονας εἶναι). &c.

Quare Diis non tribuuntur ab Aristotele actiones virtutum Moralium?

2 *Quoniam* ad eas rectè obeundas opus est *Moderatione affectuum*, item *Ministerio corporis*, & *Adminiculo externorum bonorum:* quæ tria secundum Aristotelem Diis propriè tribui non possunt. De hac quæstione videatur etiam *Cicero* in libro 3. *de Natura deorum.*

"Ωστε ἡ τοῦ θεοῦ ἐνέργεια, μακαριότητι διαφέρουσα, θεωρητικὴ ἂν εἴη· καὶ τῶν ἀνθρωπίνων δὴ ἡ ταύτῃ συγγενεστάτη, εὐδαιμονικωτάτη. σημεῖον δὲ καὶ τὸ μὴ μετέχειν τὰ λοιπὰ ζῶα εὐδαιμονίας. &c.

Ergóne prorsus nulla bona externa ad vitam Theoricam requiruntur?

3 *Per Se* quidem externa bona ad contemplationem *non requiruntur*; sed etiam magis impediunt: unde legimus quosdam Philosophos, ut liberiùs possent Philosophari, suas opes & facultates aut abjecisse, aut aliis dedisse. Exemplo sunt, Anaxagoras, Solon, Crates, Democritus, Diogenes, & plures alii. *Per Accidens* autem, quatenus ii, qui contemplationibus vacant, etiam sunt homines, hoc est, non ex sola mente, sed etiam ex corpore constantes: eatenus quoque opus habent aliquibus bonis externis; partim ad vitæ sustentationem, partim ad actiones Civilis vitæ & virtutum Moralium commodiùs obeundas.

2 Πράξεις δὲ ποίας ἀπονεῖμαι χρεὼν ἀνδρὶ; πότερα τὰς δικαίας; &c.

3 Δεήσει δὴ καὶ τῆς ἐκτὸς εὐπορείας ἀνθρώπῳ ὄντι· ἡ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν, ἀλλὰ δεῖ καὶ σῶμα ὑγιαίνειν. &c.

CAPUT IX.

Dixisti suprà scopum hujus doctrinæ esse, efficere viros bonos: Existimásne igitur hæc præcepta, quæ hactenus habuimus, ad eam rem sufficere?

SI sola virtutis cognitio posset facere virum bonum: tum præcepta hactenus tradita sufficerent. Sed solam

virtutis

virtutis cognitionem non posse facere virum bonum: non solùm patet ex fine hujus doctrinæ, qui magis in actione quàm in cognitione consistit, sed etiam testatur ipsa experientia multorum; qui licèt habeant non contemnendam virtutis cognitionem, adeò ut de ea & acutè disputare & copiosè verba facere possint, nihilo tamen sunt meliores.

Quæ requiruntur igitur ad efficiendum virum bonum, seu ad comparandam virtutem?

1 *Tria* sunt, quæ ad habitum virtutis comparandum, & ad efficiendum virum bonum requiruntur: *Natura*, *Doctrina*, & *Assuefactio* sive *Educatio*; de quibus Aristoteles in hoc loco sic scribit: Γίνεται δ' ἀγαθὸς ὅτιοῦν, ὁτὲ μὲν φύσει· ὁτὲ δ', ἔθει· ὁτὲ δέ, διδαχῇ. Item lib. 7. *Polit.* cap. 13. Ἀγαθοὶ γὴ πεπαιδαῦσθαι γίνονται διὰ τριῶν· ταῦτα δ' ἐστὶ, φύσις, ἔθος, λόγος.

1 Γίνεσθαι δ' ἀγαθὸς ὅτιοῦν, ὁτὲ μὲν, φύσει. &c.

2 Τὸ μὲν οὖν τῆς φύσεως, δῆλον ὡς οὐκ ἐφ' ἡμῖν ὑπάρχει, &c.

3 Ὁ δὲ λόγος καὶ ἡ διδαχὴ μὴ ποτε οὐκ ἐν ἅπασιν ἰσχύῃ, &c.

4 Δεῖ δὴ τὸ ἔθος [γρ. ἦθος] προϋπάρχειν πως οἰκεῖον τῇ ἀρετῇ, στέργον τὸ καλὸν, καὶ δυσχεραῖνον τὸ αἰσχρόν. &c.

Quid confert Natura?

2 Etsi nulla virtus Moralis nobis Naturâ sit insita; quemadmodum in lib. 2. cap. 1. est demonstratum: tamen *Natura* habilitatem quandam homini tribuit, per quam aptus & idoneus redditur, & quasi disponitur ad virtutem accipiendam; sine qua habitus virtutis acquiri non potest.

Quid confert Doctrina?

3 Ut, cognitâ virtutis naturâ, pulchritudine, præstantiâ, & utilitate, faciliùs ad illius amorem & studium allici & persuaderi possimus: Contrà verò, Intellectâ vitiorum turpitudine, deformitate, & noxâ, faciliùs nos ab illis absterreri & abstrahi patiamur.

Quid confert Assuefactio & Educatio?

4 Plurimùm sanè ad virtutis habitum acquirendum valet *Bona Educatio*, & *Assuefactio*: adeò ut *Plato* lib. 1. *de Legib.* affirmet, ferè per hanc solam posse viros bonos effici. Et profectò, neglectâ eâ, reliqua duo, *Natura* & *Doctrina* non multùm poterunt prodesse.

Declara exemplo simili.

Quemadmodum ager, si debet semen recipere, & indè fructum proferre, priùs diligenti cultura ad sementem præpa-

præparandus est : Ità etiam animus ejus, qui in moribus instituendus est, priùs diligenti educatione assuefaciendus est; ut possit honestis rebus & actionibus gaudere, turpibus verò offendi, pravis denique affectibus resistere. Alioquin enim neque præcepta ista intelligere poterit, neque illis obtemperare volet.

Quotuplex est hæc Educatio seu Institutio?

Duplex: *Privata*, & *Publica*.

Quid est Privata παιδεία?

Privata Institutio est: quâ privatim singuli in aliqua familia ad virtutem & bonos mores instituuntur. Huic præest Paterfamiliâs, aut is, qui ejus personam sustinet, & vices agere debet.

Quid est Publica παιδεία?

Publica Institutio seu disciplina est: quâ publicâ autoritate multi, vel etiam omnes qui in eadem civitate vivunt, ad virtutis studium, publicæ honestatis & utilitatis gratiâ, excitantur. Huic præest Magistratus.

Ad utramque Disciplinam quid præcipuè requiritur?

5 *Ad bonam* & rectam *educationem* requiruntur *Leges:* & quidem tales, quibus non modò juvenes honestis rebus & actionibus assuescere discant; verùm etiam adulti in iis exerceantur, & confirmentur.

5 Ἐκ νέου δ' εἰσαγῆς ὀρθῆς τυχεῖν πρὸς ἀρετὴν χαλεπόν, μὴ ὑπὸ τοιούτοις τραφέντα νόμοις· τὸ γὰρ σωφρόνως ζῆν καὶ καρτερικῶς, οὐχ ἡδὺ τοῖς πολλοῖς, ἄλλως τε καὶ νέοις. διὸ νόμοις δεῖ τεταχθαι τὴν τροφὴν καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα· οὐκ ἔσται γὰρ λυπηρὰ συνήθη γενόμενα.

Quare ad Educationem seu Disciplinam requiruntur Leges?

6 Quoniam Leges habent vim cogendi homines, ad facienda ea, quæ alioquin propter laborem & molestiam, quæ illis conjuncta sunt, non facerent. Atqui Virtuti assuescere, Affectibus & cupiditatibus resistere, Disciplinæ se subjicere, plerisque hominibus videtur admodum esse difficile atque molestum: unde etiam pauci reperiuntur,

6 Οἱ γὰρ πολλοὶ ἀνάγκῃ μᾶλλον ἢ λόγῳ πείθαρχοῦσι καὶ ζημίαις, ἢ τῷ καλῷ.

qui

qui ultro & ſponte iſta facere velint. Itaque legibus ad ea ſunt cogendi. Quo nomine etiam commendantur *Lacedæmonii:* apud quos juventutis inſtituendæ ratio, etiam publicis legibus fuit deſcripta, & ſancita.

Unde autem habent Leges hanc vim cogendi?

7 *Partim ab autoritate* virorum prudentum, qui eas tulerunt & ſanxerunt: *partim* etiam *propter præmia*, quæ pollicentur obedientibus; & *pœnas*, quas minantur tranſgreſſoribus.

7 Διόπερ οἴονται τινες τὸς νομοθετητὰς δεῖν μὴ παρακαλεῖν ἐπὶ τὸ ἀρετὴν, καὶ προτρέπεσθαι τὸ καλὸν χάριν, ὡς ἐπακουσομένων διὰ ἐθισμὸν τοῖς ἔθεσιν, &c. ἀπειθῶσι δὲ καὶ κολάσεις τε καὶ τιμωρίας ἐπιτιθέναι· τὸς δ' ἀνιάτως ὅλως ἐξορίζειν. &c.

Quotuplices ſunt hæ Leges?

8 Quemadmodum *duplex* eſt *Diſciplinæ* ſeu *Educationis ratio*; una *Publica*, altera *Privata:* Ità etiam *Leges* ſunt *duplices*; aliæ *Publicæ*, quæ communiter ad omnes, qui in Repub. aliqua vivunt, pertinent; aliæ *Privatæ*, quæ ad cujuſque domum & familiam pertinent.

8 Αἱ μὲν γὰρ κοιναὶ ἐπιμέλειαι διὰ νόμων γίνονται. &c.

Eſtnè omnium eadem vis & efficacia?

9 *Publicarum* Legum præcipua vis eſt ad cogendum etiam invitos, ut illis pareant: propter publicam autoritatem eorum, qui illas debent cuſtodire. *Privatarum* autem legum vis major eſt ad ſuadendum iis, quibus feruntur, ut ultro & volentes obtemperent: partim *Propter τὴν συγγένειαν*, hoc eſt, *Sanguinis conjunctionem*, quâ Patrifamiliâs ſunt conjuncti; partim etiam propter *τὴν εὐεργεσίαν*, id eſt, *Beneficentiam*, quâ eidem ſunt devincti; partim denique propter *τὴν ἀκρίβειαν*, hoc eſt, *Quia magis accommodata ſunt ſingulis perſonis, earúmque officiis.*

9 Ὡς τῶν γὰρ ἐν ταῖς πόλεσιν ἐνισχύει τὰ νόμιμα καὶ τὰ ἤθη, ὅπου καὶ ἐν οἰκίαις οἱ παρεικοὶ λόγοι καὶ τὰ ἤθη· καὶ ἔτι μᾶλλον διὰ τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς εὐεργεσίας προϋπάρχουσι γὰρ σέργοντες καὶ εὐπειθεῖς τῇ φύσει.

Ad ferendas bonas leges quid requiritur?

10 *Ad bonas Leges ferendas* neceſſaria eſt *ἡ νομοθετικὴ*, hoc eſt, *Scientia Legum ferendarum:* quæ conſiſtit partim *In cognitione τὸ καθόλου τῆς πραγμάτων*, id eſt, *In notitia generis univerſi rerum agendarum*; partim *In accommodatione τῆς καθέκαστα*, *Singularium actionum & negotiorum.*

10 Μάλιστα δ' ἂν τέτο δωίαιτο δόξειεν ἂν ἐκ τῆς εἰρημένων, νομοθετικὸς εἶναι. &c.

Quæ igitur requiruntur in bono Legislatore?

11 Ἀλλ' ἐπιμελητὴν μὲν ἄειρα τῶ καθ' ἕνα χὴ ἰατρός, χὴ γυμναστής, χὴ πᾶς ἄλλ⊖ ὁ τὸ καθόλυ εἰδώς, ὅπ πᾶσιν, ἢ ποῖς τοιῖσδε. &c.

11 *Duo:* ἡ ἐπιςήμη τῦ καθόλυ, *Scientia rei Universæ;* & ἐμπειρία, *Experientia Singularium.*

A quibus autem νομοθετικὴ est discenda?

12 *Scientia ferendarum Legum non* petenda est *à solis Politicis*, qui tantùm usu quodam & experientiâ Respub. hodie administrant; suæ autem administrationis nullas possunt certas reddere rationes: quia habent tantùm notitiam τῦ ὅπ, non autem τοῦ διότ. *Neque* etiam petenda est à *Sophistis*; quoniam eam non tenent: alioquin non dicerent, eam aut eandem esse cum Rhetorica, aut etiam inferiorem. Itaque petenda est ab iis, qui simul & *Philosophi* sunt & *Politici*, de quibus Plato scribit, *Tum demum beatas fore Respub. si aut docti aut sapientes homines eas administrarent.*

12 Ἆρ' ἔν μ῀ τῦτο ἐπισκεπτέον, πόθεν ἢ πῶς νομοθετικὸς γίνοιτ' ἄν πς· ἢ, καθάπερ ἐπὶ τῶν ἄλλων, οὐδὲ τῶν πολιτικῶν; μόριον γὰρ ἐδόκει πολιτικῆς εἶ). ἢ ἔχ ὅμοιον φαίνε῀αι ἐπὶ τῆς πολιτικῆς, &c. Τῶν δ' σοφιςῶν οἱ ἐπαγγελλόμωοι, λίαν φαίνονται πόῤῥω εἶ) τῦ διδάξαι· ὅλως γὰρ ὐδὲ ποιόν τι ὄςίν, ὐδὲ περὶ ποῖα, ἴσασιν· ὃ γὰρ ἂν τιὼ ἀυτιὼ τῇ ῥητορικῇ, ὐδὲ χείρω ἐτίθεσαν.

ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΟΥΣ
ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΩΝ ΚΑΙ ΚΑΚΙΩΝ.



Ἔστι μὲν τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν καλῶν ἡγοῦνται αἱ ἀρεταὶ, τῶν δ' αἰσχρῶν αἱ κακίαι. Ἐπαινετὰ δέ ἐστι καὶ τὰ αἴτια τῶν ἀρετῶν, καὶ τὰ παρεπόμενα ταῖς ἀρεταῖς, καὶ τὰ γινόμενα ἀπ' αὐτῶν, καὶ τὰ ἔργα αὐτῶν· ψεκτὰ δὲ, τὰ ἐναντία. Τῶν μερῶν δὲ τῆς ψυχῆς λαμβανομένης κατὰ Πλάτωνα· τοῦ μὲν λογιστικοῦ ἀρετή ἐστιν ἡ φρόνησις· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς, ἥ τε πραότης, καὶ ἡ ἀνδρεία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἥ τε σωφροσύνη, καὶ ἡ ἐγκράτεια· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς, ἥ τε δικαιοσύνη, καὶ ἡ ἐλευθεριότης, καὶ μεγαλοψυχία. Κακία δέ ἐστι τοῦ μὲν λογιστικοῦ, ἡ ἀφροσύνη· τοῦ δὲ θυμοειδοῦς, ἥ τε ὀργιλότης, καὶ ἡ δειλία· τοῦ δὲ ἐπιθυμητικοῦ, ἥ τε ἀκολασία, καὶ ἡ ἀκρατία· ὅλης δὲ τῆς ψυχῆς, ἥ τε ἀδικία, καὶ ἀνελευθεριότης, καὶ μικροψυχία.

ΟΡΟΙ ΑΡΕΤΩΝ.

Φρόνησις.

Ἔστι δὲ φρόνησις μὲν ἀρετὴ τοῦ λογιστικοῦ, παιδαγωγικὴ τῶν πρὸς εὐδαιμονίαν συντεινόντων.

Πραότης.

Πραότης δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ὑπὸ ὀργῆς γίνονται δυσκίνητοι.

Ἀνδρεία.

Ἀνδρεία δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν δυσέκπληκτοί εἰσιν ἀπὸ φόβων τῶν περὶ θάνατον.

Σωφροσύνη.

Σωφροσύνη δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν ἀνόρεκτοι γίνονται περὶ τὰς ἀπολαύσεις τῶν φαύλων ἡδονῶν.

Ἐγκράτεια.

Aristotelis de Virtutibus & Vitiis liber.

Simone Grynæo interprete.

QUemadmodum vehere laudibus, quæ pulchra sunt; sic, quæ sunt turpia, convitiis proscindere, par est: Sed inter pulchra quidem, *Virtutes*; inter turpia verò *Vitia* primatum tenent. Laudari verò non ipsa modò virtus, sed causæ quoque, & comites, fructúsque, & opus omne virtutis; ut contrà reprehendi contraria debent. Cùm autem *Animæ partes*, qualiter opinatur *Plato*, *tres* sint: Quâ de agendis omittendísque dispicitur, *Prudentia*; quâ sustinentur infesta, *Mansuetudo*, ac *Robur*; quâ adscisendis idoneis cupiditas regitur, *Sobrietas*, ac *Continentia*; *Communésque* partium omnium harum, *Justitia*, *Liberalitas*, ac *Magnanimitas*. Totidem rerum earundem oppositæ *Vitia*. In dispiciendo recto, *Stultitiam*; in arcendo infesto, *Ferociam*, & *Ignaviam*; in adscisendo idoneo, *Protervitatem*, ac *Incontinentiam*; *Communésq*; partium earum omnium, *Injustitiam*, & *Illiberalitatem*, *animíque Parvitatem* esse oportet.

Quid unaquæque Virtus sit.

Prudentia.

Prudentia igitur rationabilis animi partis virtus est, quâ ea, quæ ad felicitatem suam tendunt, dispicientes sibi comparant.

Mansuetudo.

Mansuetudo verò incitabilis ad vindictam animi partis virtus est, per quam ægrè ad iram concitantur.

Fortitudo.

Fortitudo verò incitabilis ad vindictam animi partis virtus est, per quam ægrè terroribus mortem minantibus concutiuntur.

Temperantia vel *Sobrietas.*

Sobrietas verò pronæ ad cupiditatem partis virtus est, quâ fit, ut in fruendis rebus sic versentur, pravas ut omnino voluptates nè appetant.

Ἐγκράτεια.

Ἐγκράτεια δέ ἐστιν ἀρετὴ τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν κατέχεσι τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ὅτι τὰς φαύλας ἡδονάς.

Δικαιοσύνη.

Δικαιοσύνη δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, διανεμητικὴ τοῦ κατ' ἀξίαν.

Ἐλευθεριότης.

Ἐλευθεριότης δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, εὐδάπανος εἰς τὰ καλά.

Μεγαλοψυχία.

Μεγαλοψυχία δέ ἐστιν ἀρετὴ ψυχῆς, καθ' ἣν δύναται φέρειν εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.

Οἱ ΟΡΟΙ ΚΑΚΙΩΝ.

Ἀφροσύνη.

Ἀφροσύνη δέ ἐστι κακία τοῦ λογιστικοῦ, αἰτία τοῦ ζῆν κακῶς.

Ὀργιλότης.

Ὀργιλότης δέ ἐστι κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν εὐκίνητοι γίνονται πρὸς ὀργήν.

Δειλία.

Δειλία δέ ἐστι κακία τοῦ θυμοειδοῦς, καθ' ἣν ἐκπλήττονται ὑπὸ φόβων, καὶ μάλιστα τὸν πρὸ θανάτου.

Ἀκολασία.

Ἀκολασία δέ ἐστι κακία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν αἱροῦνται τὰς φαύλας ἡδονάς.

Ἀκρασία.

Ἀκρασία δέ ἐστι κακία τοῦ ἐπιθυμητικοῦ, καθ' ἣν ἡττῶνται σὺν τῇ ἀλογίᾳ τινὸς ἐπιθυμίαν, ὠθοῦσαν ἐπὶ τὰς τῶν φαύλων ἡδονῶν ἀπολαύσεις.

Ἀδικία.

Ἀδικία δέ ἐστι κακία ψυχῆς, καθ' ἣν πλεονεκτικοὶ γίνονται περὶ τινὰ ἀξίαν.

Ἀνελευθερία.

Continentia.

Continentia verò proni ad cupiditatem animi retinaculum est, per quam in fruendis rebus pravas ad voluptates incitantem cupiditatem ratione sistunt, ac continent.

Justitia.

Justitia verò est virtus animi, quâ tribuitur quod cuiq; est par.

Liberalitas.

Liberalitas autem animi virtus est, erogare, quatenus honestum est, parata.

Magnanimitas.

Magnanimitas verò, virtus animi, quâ ferre fortunam infortuniúmque, nomen & ignominiam potest.

QUID UNUMQUODQUE VITIUM SIT.

Stultitia.

Stultitia rationis est vitium ac morbus, infelicis vitæ totius causa.

Iracundia.

Iracundia, incitabilis ad vindictam partis vitium, unde proclivitet iræ concedunt.

Timiditas.

Timiditas, incitabilis ad vindictam partis vitium, quo terroribus facilè concutiuntur, præsertim interitum minantibus.

Intemperantia sive *Protervitas.*

Protervitas ac *Lascivia* pronæ ad cupiendum partis vitium est, quo pravas voluptates diligunt.

Incontinentia.

Incontinentia pronæ ad cupiendum partis vitium est, quo fit, ut contra rationem avidè cupita, tametsi turpium ad voluptatum illecebras ducentia, amplectamur, attrahamúsque.

Injustitia.

Injustitia verò vitium animi est, quo amplius quàm par sit qualibet in re habere, polleréque volunt.

Ἀνελευθερία.

Ἀνελευθερία δέ ἐστι κακία ψυχῆς, καθ' ἣν ὀρέγονται τῶν πανταχόθεν κέρδους.

Μικροψυχία.

Μικροψυχία δέ ἐστι κακία ψυχῆς, καθ' ἣν ἀδυνατοί εἰσι φέρειν ἐυτυχίαν καὶ ἀτυχίαν, καὶ τιμὴν καὶ ἀτιμίαν.

ΓΑ' ΤΩΝ ΑΡΕΤΩΝ.

Τὰ τῆς Φρονήσεως.

Τῆς δὲ φρονήσεώς ἐστι, τὸ βουλεύσασθαι, τὸ κρῖναι τὰ ἀγαθὰ καὶ τὰ κακά, καὶ πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ αἱρετὰ καὶ φευκτά· τὸ χρῆσθαι πᾶσι καλῶς τοῖς ὑπάρχουσιν ἀγαθοῖς, τὸ ὁμιλῆσαι ὀρθῶς, τὸ συνιδεῖν τὰς καιρός, τὸ ἀγχίνους χρήσεως καὶ λόγου καὶ ἔργου, τὸ τ' ἐμπειρίαν ἔχειν τῶν χρησίμων πάντων. ἡ μνήμη δέ, καὶ ἐμπειρία, καὶ ἀγχίνοια, ἤτοι ἀπὸ τ' φρονήσεως ἐκάστη αὐτῶν ἐστιν, ἢ παρέπεται τῇ φρονήσ. ἢ τὰ μὲν αὐτῶν οἷον συναίπα τῆς φρονήσεώς ἐστι, καθάπερ ἐμπειρία καὶ ἡ μνήμη· τὰ δὲ οἷον μέρη αὐτῆς, οἷον εὐβουλία καὶ ἀγχίνοια.

Πραότητος.

Πραότητος δέ ἐστι, τὸ δυνασθαι φέρειν μετρίως ἐγκλήματα καὶ ὀλιγωρίας, καὶ τὸ μὴ ταχέως ὁρμᾶν ὅπῃ τὰς τιμωρίας, καὶ τὸ μὴ εὐκίνητον εἶ) πρὸς τὰς ὀργάς· ἄπικρον δὲ πῶς ἤθει καὶ ἀφιλόνεικον ἔχοντα τὸ ἠρεμαῖον ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ σάσιμον.

Ἀνδρείας.

Ἀνδρείας δέ ἐστι, τὸ δυσέκπληκτον ὑπὸ φόβων ἧ ὡς ἐπὶ θάνατον, καὶ τὸ εὐθαρσῆ ἐν τοῖς δεινοῖς, καὶ τὸ εὐτολμον πρὸς τοὺς κινδύνους, καὶ τὸ μᾶλλον αἱρεῖσθαι τεθνάναι καλῶς, ἢ αἰσχρῶς σωθῆναι, καὶ τὸ νίκης αἴτιον εἶ). ἔπι δὲ ἀνδρείας ὄζει καὶ τὸ πονεῖν, καὶ καρτερεῖν, καὶ αἱρεῖσθαι ἀνθεξαναδίζειν. Παρέπεται δὲ τῇ ἀνδρείᾳ, καὶ ἡ εὐτολμία, καὶ ἡ εὐψυχία, καὶ τὸ θαρσεῖν, καὶ τὸ θράσος· ἔπι δὲ καὶ ἡ φιλοπονία, καὶ ἡ καρτερία.

Σωφρο-

Illiberalitas.

Illiberalitas autem vitium, quo lucrum undecunque oblatum sectantur.

Pusillitas animi.

Pusillitas autem parvitásque *animi* vitium est, per quod fit, ut neque fortunam nec infortunium, neque nomen nec ignominiam ferre possint.

QUID SIT UNICUIQUE VIRTUTI SUUM.

Prudentiæ.

AC *Prudentiæ* quidem est, & consilium capere, & bona maláque discernere, & petenda fugiendáve in vita omnia judicare, & bonis iis, quæ quidem concessa nobis naturâ sunt, præclarè uti, & rectè cum hominibus congredi, & opportunitatem rerum cernere, & rationem orationémque sagaciter adhibere, & eorum, quæ esse possunt nobis usui, omnium experimentum scientiámque tenere. Ipsa verò *Memoria*, *Experientiá*que, & *Industria*, aut *à Prudentia* proficiscuntur, aut comes ejus unaquæque earum exístit: Aut *Experimentum* & *Memoria* quidem, *concurrentes coadjutricésq*; *causæ*, *Industria* verò & *In dando consilio felicitas*, *partes Prudentiæ* sunt judicandæ.

Mansuetudinis.

Mansuetudinis est autem, criminationes calumniásque & contemptus moderatè ferre, ac ad vindictam celeriter non tendere, miniméque ad iram præcipitem esse: & cùm nec insuavibus nec irritabilibus moribus sis, placidum stabilémque animum retinere.

Fortitudinis.

Fortitudinis est autem, imperculso mortis ad minas animo esse, alacritatémque difficilibus in rebus servare, ad subeunda pericula animis abundare, magísque præclarè mori, quàm turpiter vivere servaríq; cupere, autorémque victoriæ exístere. Ad hæc, laborare, duraréque cùm velle cupereq;, tum posse, Fortitudinis est. Hanc & *Animositas*, & *Generositas*, & *Fiducia*, & *Audacia*, tum & *Sedulitas*, & *Tolerantia*, sequuntur.

Σωφροσύνης.

Σωφροσύνης δέ ἐστι, τὸ μὴ θαυμάζειν τὰς ἀπολαύσεις τῶν σωματικῶν ἡδονῶν, καὶ τὸ εἶναι πάσης ἀπολαύσεως αἰσχρᾶς ἡδονῆς ἀνόρεκτον, καὶ τὸ φοβεῖσθαι καὶ τιμᾶν δικαίαν ἄδειαν, καὶ τὸ τεταγμένως περὶ τὸν βίον ὁμοίως ἔν τε μικροῖς καὶ μεγάλοις. Παρέπεται δὲ τῇ σωφροσύνῃ, εὐταξία, κοσμιότης, αἰδώς, ἐγκράτεια.

Ἐγκρατείας.

Ἐγκρατείας δέ ἐστι, τὸ δύνασθαι κατισχεῖν τῷ λογισμῷ τὴν ἐπιθυμίαν ὁρμῶσαν ἐπὶ φαύλας ἀπολαύσεις καὶ ἡδονάς, καὶ τὸ καρτερεῖν, καὶ τὸ ὑπομονητικὸν εἶναι τῆς κατὰ φύσιν ἐνδείας καὶ λύπης.

Δικαιοσύνης.

Δικαιοσύνης δέ ἐστι, τὸ διανεμητικὸν εἶναι τοῦ κατ' ἀξίαν, καὶ σώζειν τὰ πάτρια ἔθη καὶ τὰ νόμιμα, καὶ τὸ σώζειν τοὺς χρωμένους νόμους, καὶ τὸ ἀληθεύειν ἐν τῷ διαφέρεσθαι, καὶ τὸ διαφυλάττειν τὰς ὁμολογίας. Ἔστι δὲ πρώτη τῆς δικαιοσύνης πρὸς τοὺς θεούς, εἶτα πρὸς δαίμονας, εἶτα πρὸς πατρίδα καὶ γονεῖς, εἶτα πρὸς τοὺς καθοιχομένους· ἐν οἷς ἐστιν ἡ εὐσέβεια, ἥτοι μέρος ὂν δικαιοσύνης ἢ παρακολουθοῦσα. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δικαιοσύνῃ, καὶ ὁσιότης, καὶ ἀλήθεια, καὶ ἡ πίστις, καὶ ἡ μισοπονηρία.

Ἐλευθεριότητος.

Ἐλευθεριότης δέ ἐστι, τὸ πρακτικὸν εἶναι χρημάτων εἰς τὸ ἐπαινετὰ καὶ δι' φιλῆ, ὅπως τῷ εἰς τὰ δέοντα ἀναλωθῆναι, καὶ τὸ βουθητικὸν εἶναι ἐν τῷ διαφόρῳ, καὶ τὸ μὴ λαβεῖν ὅθεν μὴ δεῖ. Ἔστι δὲ ἐλευθέριος, καὶ περὶ ἐδητὰ καθαρός, καὶ φρόνιμος οἰκήσαι, καὶ καταστολικὸς τῶν πρεπόντων καὶ καλῶν, καὶ διαγωγὴν ἐχόντων ἡδεῖαν ἀνὰ τὸ λυσιτελοῦν, καὶ θρεπτικὸς τῶν ζώων τῶν ἥδιον ἐχόντων τι ἢ θαυμαστόν. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἐλευθεριότητι, τὸ ἥδεως ὑγρότης, καὶ εὐαγωγία, καὶ φιλανθρωπία, καὶ τὸ εἶναι ἐλεητικόν, καὶ φιλόφιλον, καὶ φιλόξενον, καὶ φιλόκαλον.

Μεγαλο-

Temperantiæ vel *Sobrietatis.*

Sobrietatis autem ſive *Moderationis*, voluptatum corporearum illecebras minimè mirari, nullâque turpis illectamenti delinitione duci, ac etiam licitis utendi rebus ſecuritatem ſuſpectam habere, & non magìs, cùm ampliter, quàm cùm mediocriter ſuppetit, animum vitámque laxare, eſt. *Comes* Sobrietatis, quædam *Ordinis conſervatio*, & *Rerum munditia*, & *Verecundia*, & *Cautio* eſt.

Continentiæ.

Continentiæ veró, ratione cupiditatem turpes ad illecebras voluptatéſque cientem compeſcere, & animo adverſus naturalium rerum defectiones perturbationéſq; conſtanti eſſe & durabili.

Juſtitiæ.

Juſtitiæ veró, ejus quod par dignúmque ſit qualibet in re rationem habere, & mores ac inſtituta patria, ſcriptáſq; leges conſervare, veritatem, ubicunque refert, dicere, pactáque cuſtodire. *Prima* verò *Juſtitia* eſt, *quâ Deo*; *Proxima*, quâ *divis*; *Tertia* deinde, quâ *patriæ*, *parentibúſque*; *Poſtrema*, quâ *vitâ* jam *functis debitum*, ſuúmque cuique *officium præſtamus*: Inter quas *Pietas*, aut *Pars Juſtitiæ*, aut *ipſam Conſequens* Juſtitiam eſt. *Juſtitiam* verò & *Sanctitas*, & *Veritas*, & *Fides*, & ipſum *Pravitatis* totius *odium* conſequitur.

Liberalitatis.

Liberalitatis eſt, animo tali comparatum eſſe, ut opes ſuas honeſtas ad res erogare, útque in expendendo neceſſarias ad res abundare, tum ut ſubſidio ſicubi maximè referat eſſe, contráque, ut indè, unde non debet, minimè accipere velit. *Liberalis* autem vir, etiam veſtes, ac habitationem mundam amabit; ſæpéq; ſupervacuas, honeſtas modò ac haud inſuavem oblectationem habentes res, licèt ipſi non magno uſui futuras, comparabit: quale eſt, animantia, aut jucundum, aut admirabile quippiam præ ſe ferentia alere. *Comes* hujus, quædam *in moribus Remiſſio*, *Facilitáſq;*, & *Humanitas*: tum *Ad Miſericordiam*, *ad Amicitiam*, *ad Hoſpitalitatem*, ad omnéque præclarum *Propenſio* & *Amor* eſt.

Μεγαλο-ψυχίας.

Μεγαλο-ψυχίας δέ ἐστι, τὸ καλῶς ἐνεγκεῖν καὶ εὐτυχίαν καὶ ἀτυχίαν, καὶ πρᾳότητα καὶ ἀπραξίαν, καὶ τὸ μὴ θαυμάζειν μήτε τρυφήν, μήτε θεραπείαν, μήτ' ἐξουσίαν, μήτε τὰς νίκας τὰς ἀναγωνίους· ἔχειν δέ πως βάθος τῆς ψυχῆς καὶ μέγεθος. Ἔστι δὲ μεγαλόψυχος, ἐφ' ὃ τὸ ζῆν ὀλίγου πολλοῦ πωλεῖται, ἐφ' ὃ φιλόζωος· ἁπλῶς δὲ τῷ ἤθει, καὶ γενναῖος, ἀληθείᾳ δυνάμενος, καὶ ἐπιεικής. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μεγαλοψυχίᾳ, ἁπλότης, καὶ ἀλήθεια.

ΤΑ ΤΩΝ ΚΑΚΙΩΝ.

Ἀφελούνης.

Ἀφελούνης δέ ἐστι, τὸ κρίνειν κακῶς τὰ πράγματα, τὸ βουλεύεσθαι κακῶς, τὸ ὁμιλῆσαι κακῶς, τὸ χρήσασθαι κακῶς τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, τὸ ψευδῶς δοξάζειν περὶ τῶν εἰς τὸν βίον καλῶν καὶ ἀγαθῶν. Παρακολουθεῖ δὲ τῇ ἀφελούνῃ, ἀπειρία, ἀμαθία, ἀκρασία, ἐφαιρεσιερότης, ἀμνημοσύνη.

Ὀργιλότητος.

Ὀργιλότητος δέ ἐστιν εἴδη τρία· ἀκροχολία, πικρία, βαρυθυμία. Ἔστι δὲ τὸ ὀργίλον, μὴ δύνασθαι φέρειν μήτε τὰς μικρὰς ὀλιγωρήσεις, μήτε ἐλαττώσεις· εἶναι δὲ κολαστικόν, καὶ πικρητικόν, καὶ εὐκίνητον πρὸς ὀργήν, καὶ ἐπὶ ἔργῳ καὶ ἐπὶ λόγῳ τὸ τυχόντος. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ὀργιλότητι, τὸ παροξυντικὸν τοῦ ἤθους καὶ ἐμμετάβολον, καὶ ἡ πικρολογία, καὶ τὸ ἐπὶ μικροῖς λυπεῖσθαι, καὶ τὰ αὐτὰ πάσχειν ταχέως, καὶ ἐπὶ βραχὺν καιρόν.

Δειλίας.

Δειλίας δέ ἐστι, τὸ ἐπὶ τῶν τυχόντων φόβων εὐκίνητον εἶναι, καὶ μάλιστα τῶν περὶ θάνατον, καὶ τὰς σωματικὰς πτοήσεις. καὶ τὸ ἐπιλαμβάνειν κρεῖττον εἶναι ὁπωσοῦν σωθῆναι, ἢ τελευτῆσαι καλῶς. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ δειλίᾳ, μαλακία, ἀνανδρία, ἀπονία, φιλοψυχία. ὕπεστι δέ πως εὐλάβεια, καὶ τὸ ἀφιλόνεικον τοῦ ἤθους.

Ἀκολασίας.

Magnanimitatis.

Magnanimitatis autem, flantem reflantémque Fortunam, nomen & ignominiam præclarè ferre; ac neque voluptatem, neque clientelam, neque poteſtatem, neque victorias eas, quæ certando parantur, mirari; ſed aliquod in animo profundum, ac veluti pondus habere, eſt: Eſt autem *Magnanimus* is, qui nec vivere faciat plurimi, nec vitam ipſam vehementer amet, ſed ſimplici quodam animo, generoſóque cùm ſit, ferre injuriam abſque vindictæ ſtudio poteſt. *Comes* hujus *Simplicitas* eſt, & *Veritas.*

Quid unicuique ſit Vitio ſuum.

Stultitiæ.

Stultitiæ verò proprium, pravè de rebus judicare, pravéq; conſulere, pravè præſentibus cum rebus congredi conflictaríque, pravè de iis rebus, quæ in vita bonæ malæque verſantur, ſentire, eſt. *Comites* ejus, *Inſcitia, Impotentia, Ineptitudo*, ſunt, ac *Oblivio.*

Iracundiæ.

Iracundiæ verò *triagenera ſunt: Excandeſcentia, Amarulentia*, & quædam ex offenſa *Torpeſcentia.* Eſt autem iracundi hominis, contemptiones, imminutionéſve ſui, vel minimas, ferre minimè poſſe: ſed ad vindictã mulctámq; ſtatim tendere, itáq; & verbo & re qualibet ad iram perfacilè moveri. Conſequitur hanc, concitatis mobilibúſq; in univerſum ut moribus reddat homines, tum leviſſimas ut res curâ ſuâ dignas maximè judicet, eáſque propter ut turbetur: quos quidem mores nec conſtanter, nec diu, ſed ſubitò ac momento patitur ſuſtinétque Iracundia.

Timiditatis.

Timiditatis a. eſt, ab undecunque venientibus terroribus commoveri facilé, iis præſertim, quæ vel mortem ipſam corpori, vel aliquam corpoream orbitatem minentur: tum qualitercunque ſupereſſe ſervaríque, quàm præclarè oppetere, ſatius ducere. Sequitur hanc *animi Mollitia, Invirilitáſq;*, & *Inertia*, ac lucis hujus *Vitæque* tuendæ nimia *cupiditas.* Subeſt autem quædam huic *Cautio*, moréſque ejus alienos eſſe à contentione videmus.

Intemperantiæ.

Ἀχολασίας.

Ἀχολασίας δέ ὄζι, τὸ αἱρεῖσθαι τὰς ἀπολαύσεις τ ἡδονῶν τ βλαβερῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ τὸ ὑπολαμβάνειν εὐδαιμονεῖν μάλισα τὸς ἐν ταῖς τοιαύταις ἡδοναῖς ὄνλας καὶ τὸ φιλογέλοιον εἶ), καὶ τὸ φιλοσκώπλων, καὶ φιλοβάπελον, καὶ τὸ ῥαδιεργὸν εἶ) ἐν τοῖς λόγοις ἢ ἐν τοῖς ἔργοις. Ἀχολεθεῖ δὲ τῇ ἀχολασίᾳ, ἀταξία, ἀναίδεια, ἀχοσμία, τρυφή, ῥᾳθυμία, ἀμέλεια, ὀλιγωρία, ἔκλυσις.

Ἀκρασίας.

Ἀκρασίας δέ ὄζι, τὸ κωλύονλος τὸ λογισμοῦ τὰς ἀπολαύσεις τ ἡδονῶν αἱρεῖσθ, καὶ τὸ ὑπολαμβάνοντα κρεῖπον εἶ) μὴ μεταδεῖν μὲν αὐτῶν, μετέχειν ἢ μηδὲν ἧπον· καὶ τὸ οἴεσθαι μὲν δεῖν πράπειν καὶ τὰ καλά, καὶ τὰ συμφέροντα, ἀφίσασθαι δὲ αὐτῶν διὰ τὰς ἡδονάς. Ἀκολεθεῖ ἢ τῇ ἀκρασίᾳ, μαλακία, καὶ μεταμέλεια, καὶ τὰ πλεῖσα ταῦτα, ἃ ἢ τῇ ἀκολασίᾳ.

Ἀδικίας.

Ἀδικίας δέ ὄζιν εἴδη τρία· ἀσέβεια, πλεονεξία, ὕβεις. ἀσέβεια μέν, ἢ περὶ θεὸς πλημμέλεια, καὶ περὶ δαίμονας, ἢ καὶ περὶ τὸς καλοκαγαθίας, καὶ περὶ γονεῖς, καὶ περὶ πατρίδα· πλεονεξία δέ, περὶ τὰ συμβόλαια, παρὰ τὴν ἀξίαν αἱρεμένη τὸ διάφορον· ὕβεις δέ, καθ' ἣν τὰς ἡδονὰς αὐτοῖς προσκρούζεσιν, εἰς ὄνειδος ἀγαγόνλες ἑτέρες· ὅθεν Εὔηνος περὶ αὐτῆς λέγει, Ἥπις, κερδαίνεσ' ἄδεν, ὅμως ἀδικεῖ.

Ἔσι δὲ τῆς ἀδικίας, τὸ παραβαίνειν τὰ πάτρια ἔθη, καὶ τὰ νόμιμα, καὶ τὸ ἀπειθεῖν τοῖς νόμοις, καὶ τοῖς ἄρχεσι· τὸ ψεύδεσθαι, τὸ ἐπιορκεῖν, τὸ παραβαίνειν τὰς ὁμολογίας καὶ τὰς πίσεις. Ἀκολεθεῖ δὲ τῇ ἀδικίᾳ, συκοφαντία, ἀλαζονεία, φιλανθρωπία πρὸς ποίησιν, κακοήθεια, πανεργία.

Ἀνελευθερίας.

Ἀνελευθερίας δέ ὄζιν εἴδη τρία· αἰσχροκερδία, φειδωλία, κιμβεία. αἰσχροκερδία μέν, καθ' ἣν κερδαίνειν ζητοῦσι πανταχόθεν, καὶ τὸ κέρδος τῆς αἰσχύνης περὶ πλείονος ποιεῖσθ· φειδωλία δέ ὄζι, καθ' ἣν ἀδαπάνοι γίνονται τῶν χρημάτων εἰς τὸ δέον· κιμβεία δέ ὄζι, καθ' ἣν δαπανῶσι μέν, οὐ μικρὸν δὲ καὶ κακῶς, καὶ πλέον βλάπλονται, τῷ μὴ κατὰ καιρὸν ποιεῖσθαι τὸ διάφορον.

Ἔσι

Intemperantiæ sive *Protervitatis.*

Intemperantiæ autem sive *Protervitatis*, pernicioſarum turpiúmque voluptatum illecebras ſectari, eſt; eóſque qui his dediti ſunt, felices maximè eſſe putare, risúque & ſalibus & facetiis gaudere abundaréque; denique cùm rebus tum verbis ſupinum ac diſſolutum eſſe. *Comites* hujus, *Confuſio*, & *Imprudentia*, & *Invenuſtas*, & *Negligentia*, & *Contemptus*, & *Diſſolutio*, ſunt.

Incontinentiæ.

Incontinentiæ verò eſt, voluptatum illecebras, ratione prohibente, ſectari; & his non potiri cùm ſatius eſſe ducas, nihilominus potiri velle: cúmque recta honeſtáque quæ ſunt, eſſe facienda ſtatuas, ea voluptatis ergò deſerere. *Comes* Incontinentiæ, *Mollitia*, *Pœnitentiá*que eſt, & omnia ferè quæ Protervitatem ſequuntur.

Injuſtitiæ.

Injuſtitiæ verò *genera tria* reperiuntur: *Impietas*, *Arrogantia*, *Contumelia*. *Impietas* quidem *erga Deos*, *Divóſque*, *aut* etiam erga *mortuos*, tum erga *parentes* & *patriam*, rectum non ſervans. *Arrogantia* verò, *circa contractus*, commerciúmq; vitæ, ſuprà quàm merita eſt præpollere volens: *Contumelia* verò, voluptatem ſibi ſic ſtruens, in probrum ac dedecus alios ut ducat; rectéque de ea ſic *Evenus*, Tametſi nil ſibi commodet, *inquit*, injuriâ gaudet tamen: Iniquitatis eſt verò, mores ritúſque patrios prævaricari, legibus & autoritati publicæ ſubeſſe non velle, mentiri etiam ac pejerare, pactáque tranſgredi, & fidem fallere. Hanc *Calumnia*, *Factantiá*que, ac *humanitatis Simulatio*, & *Perverſitas*, *Dolúſque malus*, ſequuntur.

Illiberalitatis.

Illiberalitatis quoque *genera tria* ſunt: *Turpilucrium*, *Parcitas*, & *Tenacitas*. *Turpilucrium*, quo quærere lucrúmq; ex re qualibet facere non pudet, pluríſque lucrum quàm ignominia eſt: *Parcitas* a quâ honeſtas neceſſariáſq; ad res noſtras minimè ſuſtinemus impendere: *Tenacitas* a quâ impendunt quidẽ, tenuiter verò malignéq; adeò, plùs ut incommodent, dum ſumptus in tempore non faciunt.

Illibe-

Ἔστι δὲ τῆς ἀνελευθερίας, τὸ περὶ πλείστου ποιεῖσθαι χρήματα, καὶ τὸ μηδὲν ὀνήσεως ἡγεῖσθαι τῶν ποιούντων τὸ κέρδος. Βίος δημικός, καὶ δυσκολοπρεπής, καὶ ῥυπαρός, φιλοπημίας καὶ ἐλευθερίας ἀλλότριος. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀνελευθεριότητι, μικρολογία, βαρυθυμία, καὶ μικροψυχία, ταπεινότης, ἀμετρία, ἀγένεια, μισανθρωπία.

Μικροψυχίας.

Μικροψυχίας δέ ἐστι, τὸ μήτε τιμὴν μήτε ἀτιμίαν, μήτε εὐτυχίαν μήτε ἀτυχίαν δύνασθαι φέρειν· ἀλλὰ πιεσόμενον μὲν χαυνοῦσθαι, μικρὸν δὲ εὐτυχήσαντα ὑπερεξαίρεσθαι· ἀτιμίαν δὲ μηδὲ τὴν ἐλαχίστην ἐνεγκεῖν δύνασθαι· ἀποτυγμα δὲ ἄτιμον καὶ ἀτυχίαν κρίνειν μεγάλην· ὀδύρεσθαι δὲ ἐπὶ πᾶσι, καὶ δυσφορεῖν. Ἔτι δέ, τοιοῦτός ἐστιν ὁ μικρόψυχος, οἷος πάντα τὰ ὀλιγωρήματα καλεῖν ὕβριν καὶ ἀτιμίαν, καὶ τὰ δι' ἀγνοιαν ἢ λήθην γινόμενα. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ μικροψυχίᾳ, μικρολογία, μεμψιμοιρία, δυσελπιστία, ταπεινότης.

ΚΑΘΟΛΟΥ ΠΕΡΙ ΑΡΕΤΗΣ.

Καθόλου δὲ τῆς μὲν ἀρετῆς ἐστι, τὸ ποιεῖν ἀπταδίαν τὴν διάθεσιν περὶ τὴν ψυχὴν ἠρεμαίαις καὶ τεταγμέναις κινήσεσι χρωμένην, συμφώνουσαν κατὰ πάντα τὰ μέρη. διὸ καὶ δοκεῖ παράδειγμα πολιτείας ἀγαθῆς εἶναι, ψυχῆς ἀπταδία διάθεσις. Ἔστι δὲ ἀρετῆς καὶ τὸ εὐεργετεῖν τοὺς ἀξίους, καὶ τὸ φιλεῖν τοὺς ἀγαθούς, καὶ τὸ μήτε κολαστικὸν εἶναι, μήτε πωρητικόν, ἀλλὰ ἵλεων, καὶ εὐμενικόν, καὶ συγγνωμονικόν. Ἀκολουθεῖ δὲ τῇ ἀρετῇ, χρηστότης, ἐπιείκεια, εὐγνωμοσύνη, ἐλπὶς ἀγαθή. Ἔτι δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα, οἷον φίλοικον εἶναι, καὶ φιλόφιλον, φιλέταιρον, φιλόξενον, φιλάνθρωπον, καὶ φιλόκαλον· ἃ δὴ πάντα τῶν ἐπαινουμένων ἐστί. τῆς δὲ κακίας ἐστὶ τὰ ἐναντία.

ΤΕΛΟΣ.

Illiberalitatis autem est, maximi pecuniam facere, inque faciendo lucro probrum nullum inesse putare. Mercenaria hæc, servilísque, ac sordida vita, ab omníque honorum studio ac liberalitate aliena est: quâ usu nobis venit, ut nostris in rationibus quidem angustiâ circumdemur, in studiis verò ac voluntatibus veluti pondus ac molem objectam habeamus; ac omnino *Pusillitas*, ac *Dejectio*, *Ingenerositásque animi*, ac *Humanitatis* totius *odium*, nos ut consequatur.

Pusillitatis animi.

Pusillitatis autem, neque fortunam nec infortunium, neque nomen nec ignominiam ferre posse, est: sed honore subeundo tumescere, vanúmque ac levem reddi; fortunâ verò vel paululùm adspirante, continuò extolli; ignominiam autem nè minimam quidem sustinere posse: Repulsam verò, frustrationémque quantumvis exiguam, infortunium ingens esse judicare, omnémq; eam lacrymis prosequi, ac ægrè velut impositum pondus gestare. Denique talis *Pusillus* homo est, qui omnem neglectum sui, etiam qui per ignorantiam oblivionémque evenit, injuriam ac contumeliam nominet. Hanc *Angustia*, *Querimoniáq;*, & *Diffidentia*, & *Depressio* quædam *animi* sequitur.

Quid in universum Virtuti sit suum.

IN universum autem animus ritè compositus ut sit, placidísq; ac moderatis & suis motibus ut feratur, omnésq; per partes ipsius (quas tres esse diximus) velut harmoniæ ut consonet, efficere, *Virtutis* est. Itaque Reipublicæ similis virtuosus animi status esse videtur. Est verò *Virtutis* & hoc, beneficiis dignos afficere, bonos amicitiâ suâ dignari: tum nec pœnæ nec vindictæ cupidum, sed misericordem clementémq;, ac veniam concedere paratum esse. *Comites* Virtutis, *Probitas*, *Æquitas*, *Candor*, *Spes bona*, & id genus alia sunt. Qualis est familiarium, amicorum, sociorum, hospitum, hominum, & bonorum præsertim amor: Quæ quidem laudatorum de numero sunt omnia. Vitium verò contrariis per omnia præditum est moribus.

FINIS.

¶ Index rerum memorabilium, quæ in hac Ethices Epitome continentur.

Absentes *Utrùm se mutuò possint amare* 208
ad Actiones *Adhibendi sunt συνεργοί* 80
Actiones *Mixtæ* 66
Actiones Mixtæ *duobus modis considerantur* 66
Actiones *Non omnes sunt capaces mediocritatis* 55, 56
Actiones *quæ præcedunt, & quæ comitantur habitum virtutis,* Quo pacto differant 48
Actionis *Principia* 158
Actionum *Principia & Adjuncta* 64
Actionum *duo fontes, Notitia rei agendæ, & Voluntas agentis* 65
Actionum Mixtarum *quatuor Species* 67
Ἀδύναλα non aggredienda 80, 81
Æstimandi pretia rerum *Quænam sint media* 140
Æqualitas *in* Amicitia *& Justitia non eadem* 211
Æqualitas *Quo pacto in rebus & personis inveniendæ* 137
Æquitas *Quid* 153
Æquitas *Utrùm eadem cum* Justitia 151
Æquitati *Quæ adversentur* 153
Æquitatis *utilitas* 152
Æquum *bonum* à Jure *Quo pacto differat* 152
Affabilitas 121
Affectus *Non omnes sunt capaces mediocritatis* 55, 56
Affectus *Non planè à virtute sunt removendi* 46
Ἀχολασία unde dicta 101
Ἀκόσιον Quid 65
Ἀκόσιων Quotuplex 65
Ἀκειθοδίκαιον Quid 153
Ἀκροχολία Quid 120
Ἀλαζονεία Quid 124
Ἀλυπία 201
Amari *Cur plerique velint potiùs quàm* Amare 212
Ambitio *Quid* 117
Amici *magnatum & potentum* Quales 210
Amici *Quatenus vocandi, aut conveniendi in utraque fortuna* 241
Amicis Quibus *in qua fortuna maximè opus sit* 240
Amico *Utrùm omnia bona optanda* 211

Amico

Amico *Utrùm omnia tribuenda* 226
Amicorum *Multitudo* 238
Amicus *post renunciatam amicitiam Quo loco habendus* 229
Amicitia *Conjugalis* 217
Amicitia *est æqualitas* 213
Amicitia *est societas* 213
Amicitia *Honesta* 206
Amicitia Honesta *Cur perfecta & rara* 207
Amicitia *Jucunda, magis similis est Veræ Amicitiæ, quàm Amicitia Utilis* 210
Amicitia *multùm confert ad beatam vitam* 203
Amicitia *Naturalis, ejúsque Species* 217
Amicitia *necessaria civitatibus* 204
Amicitia *necessaria omnibus hominibus* 203
de Amicitia *Quare Philosopho Morali agendum* 203
de Amicitia *variæ Philosophorum opiniones* 204
Amicitia Utilis *&* Jucunda *quando diuturna* 207
Amicitia *Utrùm possit simul esse inter plures* 209
Amicitia *Utilis* 206
Amicitiæ *Adjuncta* 230
Amicitiæ Conjugalis *Causæ* 219
Amicitiæ *cum Virtute* cognatio 203
Amicitiæ *Definitio* 205
Amicitiæ ἐν ἰσότητι 210
Amicitiæ ἐν ὑφοχῇ 210
Amicitiæ Fraternæ *Causæ* 219
Amicitiæ *Objectum* 204
Amicitiæ *Officia unde petenda* 229
Amicitiæ ἀνομοιοειδεῖς & ὁμοιοειδεῖς 224
Amicitiæ Paternæ *Causæ* 218
Amicitiæ *Quales in singulis societatum Speciebus* 216
Amicitiæ *querelis obnoxiæ Quæ* 221
Amicitiæ *Quibus de causis dissolvendæ* 228
Amicitiæ *Quo pacto colendæ* 220
Amicitiæ *Species* 205
Amicitiæ *Stabiles Quæ* 212
Amicitiæ Utilis *duæ Species* 220
ad Amicitiam *Cur necessarius sit convictus* 208
Amor inter parentes & liberos *Qualis* 218
Amor duplex, *Activus & Passivus* 212
Ἀναιδηία Quid 100
Ἀναισχυντία Quid 127
Animi *Divisio* 37, 38
Animi Quæ Potentia *ad Ethicum pertineat* 38
Animi rationalis *Proprium officium* 157
Animi rationalis *Potentiæ* 157
de Animo, *Philosopho morali* consi-

considerandum 37
Animus *sive* Mens hominis *est ipse homo* 237
Animus *Unde cognoscatur* 37
Ἀντιπεπονθός 138
Ἀοργησία 119
Ἀπειροκαλία 111
Ἀρέσκεια Quid 122
Ἀρετή Unde dicta 50
Aristocratia 214
Arrogantes *duplices* 124
Ars *Quid* 162
Ars *differt à cæteris habitibus Intellectus* 162
Artis & Prudentiæ *discrimen* 164
Artis *Objectum* seu *Materia* 162
Artium tradendarum *duplex via & ordo* 9
Artium opera *considerantur extra artificem* 48, 49
Artificis *officium* 162
Assentatio 122
Assentatio *differt ab* Adulatione 122, 123
Ἀσωτία *Cur dicta* 106
Avaritia *Quid* 107
Avaritia *deterior est* Prodigalitate 108
Avarorum *Tria genera* 107
Αὐτάρκεια Quid 21
Αὐτάρκεια *Quo pacto æstimanda* 21
Αὐτόχειρες *Utrùm sibiipsis faciant injuriam* 154
Αὐτόχειρες *Utrùm sortes* 94
Ἀφιλοτιμία Quid 118

B

Βαυδυμία *Quid* 121
Beatitudo *An Fortunæ sit adscribenda* 28
Beatitudo *An possit homini auferri* 32
Beatitudo *Cur definiatur τῇ ἐνεργείᾳ* 22
Beatitudo *Cur in contemplatione posita* 254
Beatitudo *Cur tam Diis quàm hominibus præcipuè tribuatur* 256
Beatitudo *est divinum bonum* 27, 28
Beatitudo *In qua operatione posita* 252
Beatitudo *Non est in ludicra actione* 252, 253
Beatitudo *Quale bonum* 35
Beatitudo *seu* Felicitas *Politica* 20
Beatitudo *Theorica* & *Practica* 252
Beatitudinis *Vera & propria operatio* 254
Beatitudo *Utrùm in hac vita possit verè homini attribui* 29, 30
Beatitudo *Utrùm humanâ industriâ possit comparari* 27
Beatus *Quis* 34
Beatus *à misero dimidio vitæ tempore nihil differt* 25
Beatus *Utrùm etiam opus habeat amicis* 237

Benefactores *Quare ament suos beneficiarios* 234
Beneficia *A quibus accipienda* 221
Beneficia *Quo pacto compensanda* 222
Beneficia *Quo pacto æstimanda* 222
Beneficia *Non procrastinanda* 105
Beneficia *Quando & à quo æstimanda* 222, 225
Benevolentia *Quid* 233
Benevolentia *ad Amicitiam necessaria* 232
Benevolentia *differt ab Amicitia* 232
Bestix *An capaces sint Beatitudinis* 29
Βίαιον *Quid* 65
Blanditia 122
Bona externa *Ad vitam Theoricam non necessaria* 256
Bona externa *Quatenus ad Beatitudinem hominis requirantur* 26, 27
Boni appetitus *omnibus insitus* 243
Bono *Non semper opponitur malum* 244
Bonorum *Distinctio* 20, 21, 35
Bonum *vel* malum esse, *Utrùm sit penes hominem* 85
Βέλησις & βουλευτόν 76, 77
Βέλησις & ζήτησις differunt 81
Βέλησις & προαίρεσις differunt 81
Βέλησις & εὐκτόν 82, 83

C

Calumnia *Quid* 153
Cognatis & Affinibus *Quæ tribuenda* 227
Cognitionis *Principia* 158
Comitas *Quid* 121
Comitatis *Officia* 122
Communio *in societatibus Qualis* 213
Concordia *Quid* 233
Concordia *inter quos habeat locum* 233
Concordia *non potest esse inter malos* 234
Consilium *Bonum* 168
Consilium *Rectum* 168
in Consilium *Qui adhibendi* 78
Consuetudo *difficulter potest mutari* 194
Consuetudinis *magna est vis* 43
in Consultando *Adhibendi sunt* σύμβουλοι 78
Consultatio *Quid* 76
Consultatio *omnis suscipitur de Mediis* 79
Consultationis *Objectum* 77
Consultationis *Partes* 78
Contemplatio *Cur præstantissima actio* 254
Continens *Utrùm idem qui* Pertinax 191
Continens *&* Temperans *differunt* 192
Continentia 177

Continentia *An sit* Perseverantia 191
Continentia & Incontinentia *Cur imperfecti habitus* 176
Continentiæ & Incontinentiæ *etiam sunt certa quædam Objecta* 180
Continentia *Non est eadem cum* Temperantia 179
Continentiæ *Proprium Objectum* 184
Contractus *Inviti* 134
Contractus *Voluntarii* 134
Conversatio *In Amicitia utrùm necessaria* 241
Convictus & Conversatio *Cur in Amicitia requirãtur* 208, 241
Cupiditatum *Differentiæ* 186

D

DAmna ἀκούσια *Duplicia* 147, 148
Damnum *ex Ignorantia* 147
Damnum *ex Animi perturbatione* 147
Damnum *ex Malitia* 147
Damnum *Quando* Injuria *esse dicatur* 147
Decorum *in Operibus* 110
Decorum *in Sumptibus* 110
Δεινότης Quid 173
Δεινότης quo pacto se habeat ad Prudentiam 173
Democratia 215
Deus *major est omni laude* 36
Diis *Non tribuuntur actiones virtutum moralium* 256
Dissimulatio 124
Dissimulatores *Duplices* 124
Distributio Justa, *vel* Injusta, *Unde cognoscatur* 136
in Distributione iniqua *Quis dicatur Injustus* 149
Divitiæ *An summum hominis bonum* 15
Doctrina *ad virtutem Quid conferat* 257
Δόξα Utrùm quoque sit Habitus Mentis 160
Δυσχολία Quid 123

E

EDucatio Duplex, *Privata, & Publica* 258
Educatio *Quid ad virtutem conferat* 257
ad Educationem bonam *Necessariæ sunt Leges* 258
Educationis *diligens habenda est ratio* 43
Εἰρωνεία Quid 124
Ἑκούσιον Quid 65
Ἐπιείκεια Quid 153
Ἐπιεικὴς Quis 153
Ἐπιστήμη duobus modis accipitur 180
ETHICA ad Nicomachium *Utrùm ab ipso Aristotele conscripta* 3
ETHICA Aristotelis *Utrùm in Christianorum scholis explicanda* 3
Ethica præcepta *Solo non sufficiunt ad efficiendum virum bonum* 256, 257

Ethica *Quâ methodo ab Aristotele tradita* 5
Ethica *Quare de Fine primo loco consideret* 6
Ethica *Quid* 2
Ethica *Quo genere probandi & qualibus argumentis utatur* 8, 9
Ethica *Undè dicta* 1
Ethicæ auditor *Quis idoneus* 11
Ethicæ *Finis* 2
Ethicæ *Objectum* 2
Ethicæ *Scopus* 2
Ethicæ vocabulum *duobus modis usurpatur* 1
Ethicæ *Utilitas* 2, 3
Ethici auditoris *Officium* 10
Ethicorum librorum *præcipua capita* 4
Ethicus *Quatenus animum consideret* 37
Eudoxi opinio *de Voluptate* 243, 246
Excessus *magis vitandus quàm* Defectus *circa Virtutem* 62
Expetendorum *Tria genera* 47
Extremorum *erga Virtutem affectio* 61
Εὐβουλία Quid 168
Εὐδαιμονίας Vocabulum 12
Εὐδαιμονίας Definitio 20

F

Feritas *Quid* 177
de Fine ultimo *variæ opiniones* 12
utrùm Finis *aliquis sit rerum & actionum humanarum* 6
Finis *non cadit in Consultationem* 79
Finis ultimi, explicatio *Ad quam Scientiam pertineat* 8
Finis ultimi cognitio *Ad quid utilis* 8
Finis ultimus *Quis* 7
Finis ultimus *Quo nomine appelletur* 12
Finium *Differentia* 7
Formidabilia *Duplicia* 92
Formidabilia *Quæ* 90
Fortes & Audaces *differunt* 93
Fortis viri *Officium in rebus formidolosis* 93
Fortis *Utrùm quoque mortem possit metuere* 97
Fortitudinis actiones *Quomodo jucundæ* 97
Fortitudinis *Extrema* 93
Fortitudinis *Objecta* 90
Fortitudinis Proprium objectum *Mors bellica* 91
Fortitudo *Cur primo loco ab Aristotele explicetur* 89
Fortitudo *ex Ignorantia* 96
Fortitudo *Experimentalis* 95
Fortitudo *Fiduciaria* 96
Fortitudo *Iracunda* 95
Fortitudinis non veræ *Quinque Species* 94
Fortitudo *Politica* 94
Fortitudo *Quid* 90

Fratribus *Quæ tribuenda* 227

G

GLauci & Diomedis permutatio *Qualis* 149
Γνώμη 170
Γνώμη & συνέσις differunt 170

H

HAbitus *generantur ex crebris actionibus* 42
Habitus *Imperfecti* 176
Habitus *Intellectuales* 160
Homo *dicitur principium suarum actionum* 159
Homo *Utrùm solùm mortalia debeat sapere* 255
Honor *Utrùm summum hominis bonum* 15
Honor *Cur inter externa bona maximum* 112
Honorum *Contemptus* 118
Honoris *Studium* 117

Θ

ΘΗειότης Quid 177
Θηειότης minùs mala quàm κακία 188

I

IDeæ *Platonicæ* 16,17
in Idearum *contemplatione An summum hominis bonum* 16
an una Idea *omnium bonorum* 17
Ignorans agere *Quis dicatur* 69
Ignorantia circumstantiarum *Quare excusat factum* 71
Ignorantia *Facti* 70
Ignorantia Facti *Quando excusat* 71
Ignorantia *Juris* 70
Ignorantia *Quando reddat factum invitum* 69
Ignorantiæ *Distinctiones* 69
per Ignorantiam agere *Quis dicatur* 70
Impudentia *Quid* 127
Incontinens *Cur non possit dici Prudens* 193
Incontinens & Intemperans *differunt* 193
Incontinens *Non solo appetitu peccat* 182
Incontinens *partim* Sciens, *partim* Ignorans *peccat.* 180
Incontinens *Quot modis peccet circa Voluptates* 185
Incontinens *Utrùm agat contra suam scientiam* 179
Incontinens *Utrùm peccet contra opinionem* 183
Incontinens *Utrùm possit esse Prudens* 179
Incontinens *Utrùm verè sit Improbus* 193, 194
Incontinentia *Quid* 177
Incontinentia Cupiditatum *pejor est, quàm Iræ* 187
Incontinentiæ *Divisio ibid.*
Incontinentiæ *Duæ Species* 189
Incontinentis actiones *considerantur secundum tria tempora* 183

Indignatio *Utrùm Virtus* 60
Injuria *propriè dicta* 148
Injuria *Utrùm fiat volenti* 148
Injuriam facere, an pati, *Utrùm pejus* 156
Injuriam *Utrùm quis sibi facere possit* 154
Injustitia *Particularis* 129
Injustitia *Universalis* *ibid.*
Injustitiæ *Definitio* 128
Instrumenta *quibus in agendo utimur* sunt ἄψυχα σωμερχα 80
Intellectus 164
Intellectus *Objectum* 164
Intellectus, ὁ νῦς, *Duplex* 170
Intellectus *Quare dicatur esse Principium & Finis* 171
Intemperans *deterior est Incontinente* 190
Intemperantia *Quid* 100
Intemperantia *Cur magis vitiosa quàm ἀκρασία* 100
Intemperantiæ, Incontinentiæ, & Mollitiei *comparatio* 188
Invitum *Quid* 65
Jocandum *Quomodo* 125
Iræ causæ *Justæ* 119
Ira *Cos Fortitudinis* 95
ex Ira facta *Utrùm sint ἀκέσια nominanda* 72
Ira *Quid* 118
Iracundia *Quid* 120
Iracundia *deterior est Lentitudine* 121
Iracundiæ *Tres Species* 120
Irascendi *Quis modus* 119
Irascendum *Quamdiu* 119
Irascendum *Quando* 119
Irascendum *Quibus* 119
Jucunda *Utrùm sint Violenta* 68
de Jure *vel* Injuria *ex legibus est judicandum* 142
Juris *Divisio* 141
Juris Legitimi *Proprietates* 145
Juris Naturalis *Proprietates* 144
Juris scripti defectus *Unde* 152
Jus *Civile* 142
Jus Civile *Inter quos homines locum habeat* 142
Jus Domesticum *Non est simpliciter Jus* 143
Jus *Duplex* 141
Jus Gentium *Quò referendum* 144
Jus *Legitimum* 145
Jus Legitimum *Quare mutabile* 145
Jus *Naturale* 143
Jus Naturale *Quare sub Civili ab Aristotele ponatur* 144
Jus Oeconomicum *seu Domesticum* 143
Jus, *vel* Injuriam, *Quis patiatur* 148
Justa *vel* Injusta actio, *Quæ dicatur* 148
Justa agere & Justè agere, *differunt* 148
Justè *vel* Injustè agere *Quis dicatur* 148

Juſti & Injuſti notitia *Utrùm facilis* 150
Juſtitia *Commutativa* 134
Juſtitia *Diſtributiva* 133
in Juſtitia *Commutativa* requiritur *æqualitas* 137
Juſtitia *Particularis* 129
Juſtitia *Univerſalis* 129
Juſtitia Univerſalis *differt à Particulari* 132
Juſtitia Univerſalis *differt à Virtute Morali* 130
Juſtitia Univerſalis *præſtantior eſt Particulari* 130
Juſtitia Univerſalis *quare ab Ariſtotele excogitata* 131
Juſtitia *Utrùm poſſit erga omnes exerceri* 151
Juſtitiæ Commutativæ Proportio *eſt Arithmetica* 135, 137
Juſtitiæ *Definitio* 128
Juſtitiæ Diſtributivæ Proportio *eſt Geometrica* 135
Juſtitiæ Diſtributivæ & Commutativæ *diſcrimen* 135
Juſtitiæ *Diviſio* 129
Juſtitiæ *Mediocritas* 141
Juſtitiæ Mediocritas *eſt Analogia* 135
Juſtitiæ *Objectum* 129
Juſtitiæ Particularis *Diviſio* 133
Juſtum eſſe *Utrùm facile* 150
Juſtus *Utrùm etiam poſſit facere alteri injuriam* 150
Juvenes *Utrùm idoneiſint Ethicæ doctrinæ auditores* 10

K

Κατάπληξις 127

L

Lacedæmoniorum diligentia *circa educationem liberorum* 259
Leges Duplices, *Privatæ & Publicæ* 259
Leges *Unde habeant vim cogendi* 259
in Legiſlatore *bono quæ requirantur* 260
Legum, & Legumlatorum *ſcopus* 42, 87
Legum ferendarum ſcientia *Unde & à quibus petenda.* 260
Legum Publicarum *major vis quàm privatarum* 259
Lentitudo 120
Liberalis *quo pacto ſe gerat περὶ τὸν δόσιν καὶ λῆψιν* 104, 105
Liberalitas *Quid* 102
in Liberalitate *exercenda Quæ ſint conſideranda* 103
Liberalitatis *Extrema* 106
Liberalitatis *Objecta* 102
Liberalitatis *Quæ actiones* 103
Liberum arbitrium hominis *circa actiones ſpirituales eſt nullum* 89
Luxus 111

M

Magiſtratui *debetur honor* 143
Magnanimitas 111, 112
Magnanimitas *Duplex* 111
Magnanimitatis *Extrema* 116

Magnanimitatis *Objecta* 112
Magnanimo *Quis opponatur* 112
Magnanimum esse *Quare sit difficile* 113
Magnanimus *est vir optimus* 113
Magnanimus *Qualis circa honores* 113
Magnanimus *Qualis circa Fortitudinem, Temperantiam, Liberalitatem, Justitiam, Mansuetudinem, Veritatem, Amicitiam* 114, 115
Magnanimus *Qualis in quotidiana conversatione* 115
Magnanimus *Quis* 112
Magnificentia *Quid* 108
Magnificentia *differt à Liberalitate* 109
Magnificentia *Quibus personis conveniat* 110
Magnificentiæ decorum *In quibus spectetur* 110
Magnificentiæ *Extrema* 111
Magnifici *Officium* 109
Magnifici *Opera* 109
Magnifici Sumptus *Quales* 110
Mala *Duplicia* 90, 91
Mansuetudo *Quid* 118
Mansuetudinis *Extrema* 119
Mediocritatis cõsequendæ *præcepta* 63
Mediocritas *Duobus modis consideratur* 53
Medium *Personæ* 54
Medium *Rei* 53
Mendacium *duobus modis committitur* 124
Mens *est præstantissima hominis pars* 236
Μικροψυχία 111
Milites mercenarii *Utrùm etiam Fortes dicendi* 98
Modestia *Quid* 117
Mollities *Quid* 177
Mollities *Duplex* 190
in Moribus *Quæ expetenda & fugienda* 176
Morositas *Quid* 123
Mors bellica *Honestissima* 91
Mors *Cur maximum malum* 91
Mortui *Utrùm Beati* 30

N

NAtura *Ad virtutem quid conferat* 257
Naturalia *Non possunt mutari* 41
Necessariarum Propositionum *Genera* 161
Νομοθετικὴ Quid 259
Νομοθετικὴ *Unde & à quibus petenda* 260
Notiora *Duplicia* 10
Nova *Cur magis delectent* 249
Νῆς Quid 164
Νῆς πρακτικὸς 159
Nummi usus *in æstimandis & permutandis rebus* 141

O

OFficia *Quæ singulis tribuenda* 227
Oligarchia 215
Ὁμόνοια & ὁμοδοξία differunt 233

Operatio Perfecta *Quæ* 248
Operis alicujus magnitudo *Quo pacto æstimanda* 110
Ὀργιλότης 120

P

PArentibus *Quæ tribuenda* 227
Peccata per φαντασίαν commissa *Utrùm ἀκούσια* 88
Peccata ex vitioso habitu commissa *Utrùm sint ἀκούσια* 87
Peccata *circa Voluptates & Cupiditates* 100
Permutationis justæ *Signum* 138
Perspicacitas ingenii 169
Pertinaces *Triplices* 191
Philosophiæ Practicæ *Partes* 1
Πικρότης 120
Platonis dictum, *Nemo sponte malus*, Quo pacto intelligendum 86
placabilitas 118
Politica *Quare præstantissima Scientia* 8
de Πολυφιλία 209
Posterorum fortuna *Utrùm etiam ad defunctos pertineat* 34
Πραότης Quid 118
Præterita *Non cadunt sub Electionem* 159
Principiorum notitia *pertinet ad Intellectum* 164
Προαίρεσις Quid 73
Προαίρεσις alia *Bona*, alia *Mala* 159
Προαίρεσις Ex quibus constet 158
Προαίρεσις non est ἐπιθυμία, neque θυμός, neque βούλησις, neque δόξα 74
de Προαιρέσει Quare Philosopho Morali agendum 73
Prodigalitas *Duplex* 106
Profusio *seu* Prodigalitas 106
Proportio *Continua* 136, 137
Proportio *Disjuncta* *ibid.*
Proportio *Duplex* 136
Propositiones Necessariæ *Quæ* 161
Prudens *Cur non possit esse Incontinens.* 193
Prudens *Non omnes Voluptates adspernatur* 198
Prudens *Quis* 163
Prudentia *Quid* 163
Prudentia Civilis *Duplex* 167
Prudentia Communis *Duplex* 166
Prudentia *differt à Scientia & Intelligentia* 167
Prudentia *Judiciaria* 167
Prudentia *Practica* 167
Prudentia *Senatoria* 167
Prudentia *Quomodo comparetur* 167
Prudentia *Utrùm sit præstantior Sapientiâ* 175
Prudentiæ Comites seu *Famulæ* 168
Prudentiæ *Divisio* 166
Prudentiæ & Solertiæ *discrimen* 173

Prudentiæ *Objectum* 163
Prudentiæ *Utilitas in doctrina Morali* 171
Prudentis *Officium* 163
Pudor *Quid* 126, 127
Pudor *Quare non Virtus* 127
Pudor *Utrùm Virtus* 60
Pueri *Utrùm Beati possint dici* 29
Pusillanimitas 116

Q

Querelæ inter amicos *Unde existant* 224
Querelis amicorum *Quo pacto occurrendum* 221, 223, 225

R

Regnum 214
Rerumpublicarum formæ 214
Rusticitas 126

S

Sapientia 165
Sapientia *differt à Prudentia* 165
Sapientia *præstantior est Prudentiâ* 166
Sapientiæ *Objectum* 165
Sapientię *Propria Operatio* 171
Sapientis *Officium* 165
Scientia *Quid* 160
Scientiâ *Cur aliqui non in agendo utantur* 181
Scientia *Quo instrumento comparetur* 161
Scientiæ *Objectum* 161
Scurrilitas 126
Senes *Quare minùs idonei ad Amicitias* 209
Sensus *Quare non sint etiam principia actionum* 158
Sensus *Quo pacto inserviant cognitioni comparandæ* 158
Signum *Quo cognoscitur habitus Virtutis* 44
Societatis Civilis *Species* 214
Societatis Domesticæ *Species* 215
Solertia 173
Solonis sententia *de Beatitudine hominis* 29
Sordes 111
Spontaneum *Quid* 65
Stupor 127
Superbia *seu* Fastus 117
Συκοφαντία 153
Syllogismi Practici *Propositiones duplices* 181
Σύνεσις 169
Συνέσεως differt à Prudentia 169

T

Talio *seu jus Talionis* 139
Talio Pythagorica *Utrùm in Justitia locum habeat* 139
Temperantia *Quid* 98
Temperantiæ *Extrema* 100
Temperantiæ *Objectum* 98
Temperantiæ *Officium circa Voluptates* 100
Temperantiæ, Continentiæ, & Tolerantiæ *comparatio* 188
Timocratia 214
Tolerantia 177
Tyrannis 215

V

Varietas *Quare delectet* 201

Verax *Qualis* 123
Verecundia *Quid* 126, 127
Verecundia *Utrùm Virtus* 60
Verecundiæ *Extrema* 127
Veritas *Quid* 123
Veritatis *Objectum* 123
Violentum *Duplex* 66
ad Violentam actionem *Tria concurrunt* 66
Violentum *Quid* 65
Vir bonus *in quavis fortuna Beatus* 32
Vir bonus *maximè est* φίλαυτος 230
ad Virum bonum *efficiendum Quæ requirantur* 257
Vir malus *non est revera* φίλαυτος 231
Virtus *An locum habeat in jocando & ludendo* 125
Virtus *An naturâ nobis insita* 40
Virtus *est in Mediocritate* 52
Virtus *Heroïca* 176
Virtus *maximè est secundum Naturam* 43
Virtus Moralis *absque Prudentia non potest esse perfecta* 171
Virtus Moralis *An Naturâ sit nobis insita* 40
Virtus *Non est* δύναμις 51
Virtus *Non est* πάθος 50
Virtus *participat utrumq; Extremum* 60
Virtus *Quæ optima & perfectissima* 23
Virtus *Quare dicatur Habitus* 59
Virtus *Quo pacto etiam dicatur* ἀκρότης 55
Virtus *Quorum respectu dicatur esse Mediocritas* 55
Virtus *Utrùm* ἀπάθεια 46
Virtutes διανοητικαί 160
Virtutes & Vitia *An sint in hominis arbitrio & potestate posita* 85
Virtutes Morales *Non possunt doctrinâ comparari* 40
Virtutes Naturales *differunt à Veris Virtutibus* 174
Virtutes ὁμιλητικαί 121
de Virtute *Quare Philosopho Morali considerandum* 37
Virtutis actionum *Notæ propriæ* 44
Virtutis *An plures sint Species* 56
Virtutis *Causa Formalis* 49
Virtutis *Definitio Nominalis* 50
Virtutis & Extremorum *Triplex* ἀντίθεσις 60
in Virtutis habitu *Utrùm summum bonum* 15, 25
Virtutis *Definitio Essentialis* 50
Virtutum actiones *æstimantur ex persona Agentis* 49
Virtutum catalogus *secundum Aristotelem* 58
Virtutum *Causæ Efficientes* 40
Virtutum Divisio *secundum animi Potentias* 39
Virtutum & Vitiorum *Generale Objectum* 45

Virtutum Habitus *Ex qualibus actionibus generentur* 43
Virtutum Intellectualium *Subjectum* 157
Virtutum *Species* 57
de Virtutibus Intellectualibus *Cur in doctrina Morali explicandum* 156
Vita *Contemplativa* 13
Vita Contemplativa *maximè expetenda* 254
Vita Contemplativa *Cur præstantior vitâ Practicâ* 255
Vitæ humanæ *Præcipua genera* 13
Vita perfecta *Quæ* 24
Vita *Politica* 13
Vita *Quæstuosa* 14
Vita *Voluptuaria* 13
ad Vitam Theoricam *Quatenus externa bona necessaria* 256
Vitia *Interdum volunt videri Virtutes* 61
Vitia *non Naturâ nobis inesse, Quo pacto intelligendum* 51
Vitiorum *Medela* 46
Universale *potest sciri, licèt quædam ejus Particularia ignorentur* 181
Volenti *Utrùm fiat injuria* 148
Voluntas *Quid* 82
Voluntatis *Objectum* 83
de Voluntatis libertate *circa actiones tam bonas quàm malas* 85
Voluntatis viri Boni & viri Mali *non est idem Objectum* 84
Voluptas *An Bonum* 195, 196, 199
Voluptas *An ad Beatitudinem necessaria* 26
Voluptas *An possit dici Summum bonum* 199
Voluptas *corrumpit judicium circa actiones* 63
Voluptas *An Per se turpis* 246
Voluptas *An sit repletio naturæ indigentis* 246
Voluptas *An possit dici Bonum* 245
Voluptas *Cur tantopere ab omnibus expetatur* 249
Voluptas & Dolor *Cur sint Objectum Virtutum & Vitiorum* 45
Voluptas *est signum consequens perfectæ operationis* 248
Voluptas *non est generatio* 246
Voluptas *non est motus neque generatio* 246, 247
Voluptas *non omnis αἴσθησις* 197
Voluptas *Quamdiu insit actionibus* 248
Voluptas *Quo pacto dolori opponatur* 244
Voluptas *Utrùm recipiat magis & minus* 245
Voluptate *Actiones solent æstimari* 47
de Voluptate *Cur Ethico considerandum* 194

INDEX.

de Voluptate *Philosophorum opiniones diversæ* 194, 243
Voluptatem *Quare plerique sectentur* 14
Voluptates *Accersitæ* 99
Voluptates Animi *sunt perfectiores Voluptatibus Corporis* 201
Voluptates Belluinæ 251
Voluptates Corporis *Cur tantopere ab hominibus expetantur* 200
Voluptates Corporis *non sunt veræ voluptates* 200
Voluptates Corporis *Utrùm bonæ* 200
Voluptates *Cur pleræque malæ* 195
Voluptates *Duplices* 198
Voluptates *Humanæ* 251
Voluptates *Naturales* 99
Voluptates *non sunt per se noxiæ* 199
Voluptates *Specie differunt* 249
Voluptati resistere *Difficile* 47
Voluptatis *Definitio* 198
Voluptatis *magna vis* 47
Voluptatis *quædam artes* 198
Voluptatis sensus *per totum corpus diffusus* 47
Voluptatis *vitiosa Definitio* 197
Voluptatum Divisio *Secundum animalia* 250
Voluptatum Divisio *Secundum actiones* 250
Voluptatum & Cupiditatum *Divisio* 99
Voluptatum *Differentiæ* 185, 186
Urbanitas *Quid* 125

Υ

Ὑπόληψις Utrùm quoque sit Habitus Mentis 160

Φ

Φιλαυτία Duplex 236
Φιλαυτίας Propriæ notæ 229
Φίλησις καὶ ἔννοια Differunt 232
Φίλησις καὶ φιλία Differunt 208
Φιλοπμία 117
Φοβερὰ Duplicia 92
Φοβερά Quæ 90

Indicis Finis.

¶ Virtutum & Vitiorum Definitiones.

Prudentiæ	263	*Stultitiæ*	265
Mansuetudinis	263	*Iracundiæ*	265
Fortitudinis	263	*Timiditatis*	265
Temperantiæ	263	*Intemperantiæ*	265
Continentiæ	265	*Incontinentiæ*	265
Justitiæ	265	*Injustitiæ*	265
Liberalitatis	265	*Illiberalitatis*	267
Magnanimitatis	265	*Pusillitatis animi*	267

¶ Virtutum & Vitiorum Proprietates & Comites.

Prudentiæ	267	*Stultitiæ*	271
Mansuetudinis	267	*Iracundiæ*	271
Fortitudinis	267	*Timiditatis*	271
Temperantiæ	269	*Intemperantiæ*	273
Continentiæ	269	*Incontinentiæ*	273
Justitiæ	269	*Injustitiæ*	273
Liberalitatis	269	*Illiberalitatis*	273
Magnanimitatis	271	*Pusillitatis animi*	275

Errata sic corrigenda:

Pag. 111. εἶρσαι, lege εἴρησαι. pag. 116. εἶναι, lege ἴσναι. pag. 117. ἠδῆπη, lege ἐδῆπη. ibid. ἀρπτή, lege ἀρετή. pag. 120. ὀργιζόμψός τις, lege ----ός τε. pag. 123. Νίκεις, lege Νίκεις. pag. 199. ἔναι, lege ἔνια.

FINIS.